ANNALES SARDINIAE.


SERENISS.^MO FERDINANDO II. ETHRVRIAE DVCI MAGNO.

Per R. P. F. SALVATOREM Vitalem Marensem, Regularis Obseruantię Franciscanum.

PARS PRIMA.

PORSENA QVAE

HETRVSCIS



CLAVSIT CLVSII,

TV PANDIS

FLORENTIAE,

Ex Typographia Sermartelliana. M. DC. XXXIX.

Superiorum Permissu.

FERDINANDO II.
MAGNO DVCI
HETRVRIAE
OPTIMO PRINCIPI.

FRATER SALVATOR VITALIS,
Regularis Obseruantiæ Franciscanus, Theologus, &
Concionator Generalis, Prouinciæ Thusciæ;
felices, serenosq; soles.

A*Dmirandum amplo, latoq; orbi, soli mirificum argumentum, ! Sardiniam, delicijs affluam, Romæ vbera, vasto gurgite peruallatam; Garamantium turbine conuolutam, animãtibus potiùs, quàm insensibilibus, actam procellis, te nunquam, suum custodem, tutoremque præcipuum, obseruantiæ stemmate decorasse, neq; insignibus animi Sanctuarijs obsequutam; nisi Calarij inclytã, quæ iugiter tibi cernua, officijs obtulit sese gratam; vna pro cunctis debita soluens, rependens partim, remensa taxim; vt inde admiratio languida, cesset iam iam.*

Hæc, inquam, ciuitas Sardiniæ maxima Princeps, cæteris omni-

bus

FERDINANDO II.
MAGNO DVCI
HETRVRIAE
OPTIMO PRINCIPI.

FRATER SALVATOR VITALIS,
Regularis Obſeruantiæ Franciſcanus, Theologus, &
Concionator Generalis, Prouinciç Thuſciç;
felices, ſerenoſq; ſoles.

ADmirandum amplo, latoq; orbi, ſoli mirificum argumentum,! Sardiniam, delicijs affluam, Roma vbera, vaſto gurgite peruaſtatam; Garamantium turbine conuolutam, animātibus potiùs, quàm inſenſibilibus, actam procellis, te nunquam, ſuum cuſtodem, tutoremque præcipuum, obſeruantiæ ſtemmate decoraſſe, neq; inſignibus animi Sanctuarijs obſequutam; niſi Calarij inclytā, quæ iugiter tibi cernua, officijs obtulit ſeſe gratam; vna pro cunctis debita ſoluens, rependens partim, remenſa taxim; vt inde admiratio languida, ceſſet iam iam.

Hæc, inquam, ciuitas Sardiniæ maxima Princeps, cæteris omnibus

bus prorſus erutis, ſola remanſit illaſa, vti caput influeret, membraq; vegetans, redigeret in vigentia nuper insita, ſolo mutato. Hinc *Ioannes Arca*; dirutę, *inquit*, iacent veteres ciuitates & oppida, vrbe ſola ſuperſtite Calari. *Benignum polum, benignumq; ſolum habet Calaris, idcirco ciuilis, & benigna erga omnes. Claudiani hoc firmo dictis, de bello Gildonico,* Quæ pars vicinior Afris, plana ſolo, ratibus clemens: quæ reſpicit Arton, immitis, ſcopuloſa procax. *Antonomaſtica ciuitas, Antesignana, Xenio iſto ſe tuæ magnitudinis conſecrat munificentiſſimæ dignitati: tui siquidem apud ſe memoriam non eſt paſſa frigeſcere; quem, velut aliquod terrenum numen reuerenter, & gratulanter ſuſpiciens, atque reuerens, ita ſe præſtat, vt tuā Sereniſſimæ inclytatis effigiem, in lararijs equidem domus appendens, æternum gratitudinis monumentum oculis aptat, & in Altitudinis Altiſſimæ tuæ molem congerit laudes ſempiternas.*

vide in compendio dedica.

Calaritanū benignū ſolum & clima.

Quid, ſi Piſa, apud Lamellum Cardines Fidei non exturbaſſent, Federico Secundæ? Sardinia Regnum nequidquam amiſiſſent, hodieq; certiſſimè tuum foret. Apparent hucuſq; quo neſcio fato, ſuper Aquilæ turrim, vulgò, Sancti Brancatij, Pilæ tuæ, Auſtrali, nimirum, Borealiq; latere, vt hiſce ſæpiſſimè conteplatus, cauſa latitante, ſupinus obſtupui. Ibi etiam grauata ſunt lapide Gerardeſchæ insignia, ſiue arma, Aquilæ ala, ibi in medio Crux Piſana. Annoſa ſunt Pila, quæ si non tunc, æuis poſteris, fulminata, inſultantem Sultanum profligare non ceſſant. Adaucta ſint orbita, creſcant bombis, vt magis magiſq; orbita luceant.

Lamellum vulgò Melota.

Inſignia Mediceą in turri Calaritana.

Gerardeſchę arma ibidē.

Accedit inſuper, haud modicæ reputandæ, maieſtatis ænigma, in Scrinijs Vrbis hæc metra huc fideliter è fonte tranſlata.

Carmina in laudem Ferdinad. I in Scrinijs Calaritanis.

Magnorum Heroum, Tyrrhena potentia cælo
Magnorumq; Ducum gratiſſima gloria terris;
Neptumni imperij verſor, tremefactor aquarum,
Principis ęquorei terror, maris inclyta fama,
Gentis amor noſtræ, ſpes, & fiducia magna
libertatis opum, quam barbara terra fatigat
Africa; dimidiam minuens per compita Lunam
cærulea, ò Salue Princeps Etruſce, per orbem

corde

corde salutate; imperio dignissime Romæ,
Quin etiam æterno diademate pluribus auris.
Nomen Alexandri Magni tua gloria vincit,
qui redimis gentes nostras, præstasq; quotannis
libertatis opem, seruosq; à dentibus Apri
eripis, atq; animas, & corpora tristia fato
eruis; Harpiarum armis, à limine lethi
Ferdinande, tibi, vitæ sint stamina longa.

His Auum decantarunt Calaritani tuum; hisce Ferdinandum Primum, Othomanæ domus horrorem, maiores nostri accinuere lætitia magna: Accinuere minores, tibiq; acclamant lustra felicia, pro ijs quibus eximia laudis, & præstantissimi præconij viros, immortalitatis sæculo restitutos, ad nouam fortiter ante gestorum gloriam excitasti. Haud equidē nescio Alexādri mirifica (fatu sit fas) polo, soloq; stupenda, à Clitarcho, Polycrato, Onesycrito, Antigene, Istro, Aristobolo, Care, Philippo Calcidense, Ptolemæo, Antidide, Philone Thebano, Antisthene, Menechmo, Sycionio, Nymphis Heracleòthes, Potamone Mitylenæo, Soterico Asite, Arriano, Plutarcho, alijsq; Scriptoribus celebrata; sed quid? Sola insulula vna, Buccinaria scilicet, Sardiniæ adiacens, eorum buccinas, longè superat clangor tua.

Ad infulam Taulară 300 Christianiam no elapso libertatem habuerunt captis 2. triremibus Bilertanis.

Verùm veritoris ergò, vereor, ne, Cherilo similis, insulsis, illepidisq; apicibus, tuam contaminem maiestatem, eò me sisto, tuaque adeo gratiæ thronum, opituli velut mei confugio tutè sub aram, tua protectionis ad anchoram transuolo; ad suffragij tui elementa suspiro; tutela tua sub clypeo, conflictatus ab æmulis, profligatus ab inuidis, afflictatus ab inscijs, securus existam. Annales Sardiniæ, *nationis omnigenæ, atq; vniuersæ gentis amasia, pro qua obtinenda totq; tantosq; labores, æterno certamine subiere, magnum opus, magno indiget Mæcenate: esto igitur ei Magnus.*

Quippe qui talis, ac tanti generis splendore coruscas; decore pelluces, candore præfulges, & mole præpolles; qui antiquissima virtutis ænigmate præsagitus in Porsena, lineatus in Pilis, globisq; aureis præsignatus in illis, qui in eius mausolæo vnà cum corpore delitescunt, fatis arridens, clarissimè radias, euacuasse figuram. Por-

Nota de Por

sena ultimo Hetruriæ Rege.

sena siquidem in urbe Clusina sepultus, Pilarum ornamentum per monimenti ambitum habere describitur, & firmatur. Fuit hic ultimus Rex Hetruriæ, globiger et ipse, Pilisq; ibi decoratus humatur;

Ita traditio.

Hetruriæ Princeps, post Porsenam, Tu q; Pilis bonustus, condecoratus, cohonestatus caruleis, aureisq; orbibus, gloriosissimè surrexisti, successisti eidem.

Imperialis Aquila.

Quippe qui, Aquilæ clanctibus, Austrum omnem facis imperijs intonare, resonareq; totum propè Sublunare hemisphærium, virtutũ egregijs incrementis, animi dotibus Sacrosanctis, ingenio candido, perspicaci, natura, & Gratia donis amplissimis cumulatus; ornatus, dotatus, ditatus. Dum tibi non modò (ò proles benedicta) Proceres, & Magnates, non solùm Duces Magni Aui, Proaui, Ataui, nec non inclyti Genitores, decus adijciunt: verùm, & infulati, Magnalesq; homines, Pontifices Maximi, Cardinales ostrigeri, Archiepiscopi, Antistites, Præsules, Cæsares, Reges, Principes, Domini, pyramidum mole, æreis, aneisq; porphyreticis, marmoreisq; stemmatibus, Iconum, Atlantumq; Sublimium, maiestate, nomen, famamq; titulis æternantes. Austria quid magni non habet sub sole? Quot Iulios, quot Augustos, quot inuictissimos faustis fastibus, gestarum strenuissimè rerum portentis, triumphis, ouatibus gloriosos; palmis, honustos, pompis onustos, laureisq; florentissimis (etiam in æthere) redimitos, possidet Medicæa, atq; Austriaca Sacra magnalitas? Hocce, Tu germen, virtutum omnium pulchritudine Pandoratum, in Choro, firmamentoq; Syderum gloria præfulgenti, auricomum rutilas Astrum Austriæ; Austricas illas territans fulmine regiones; cristas excutiens caruleus intonans Auster. Incedis in orbe, curru purpureo triumphalis; APOSTOLICÆ, CÆSAREÆQVE NEPOS: CATHOLICÆ CONSOBRINVS, CHRISTIANISSIMÆ CONSANGVINEVS MAIESTATVM: LOTHORINGIÆ DVCVM, AB HEROINA PIISSIMA, CHRISTINA, GERMEN ILLVSTRE, VRBINATIS INCLYTI DVCIS, AFFINIS, ET GENER. Et quid ultra?

Sũmi Pont. multi de domo Medicis. Cardinales plurimi.

Laurentius Medicis naturę mõstrũ, Martius terror.

Ingenuitas atque nobilitas, imperialis, & Regia, Magni Ducis Ferdinandi II.

Qui eam nactus es patriam, quæ tibi ad Florentissimum Potentatum, vitæ munimen, & columen, probitatem, integritatem, candidissimas ingenij venas, laudabilium morum scatebras, magisterium

rium

rium dignitatum, Artium bonarum omnium promptuarium, pacis emporium, Fidei gremium, iustitiæ fasciam, (& si à fascia tibi omnia) Florentia inquam, Europæ flos aureus, (altum parens illustris, arridet.

Hæc est Florentißima, Vrbium Princeps. Fesularum, Pisarum, Senarum, Pistorij, Aretij, Massæ, Grossethi, Clusij, Chorytonij, Montis Politiani, Montis Alzini, Pientię, Collis, Suauianę, Burgi Sancti Sepulchri, Ligurniæ, Sancti Miniatis; *Hac 250. circiter (astellorum, atq; arcium pompa, Regina, maiestas: hac tandem oppidorum celeberrima domina plurimorum, quæ Thuscia, ditio tua, continet, & includit. Vireta, Xystos, pomaria deliciarum, amanißima viridaria, nulli sub Sole secunda. Aequiparanda ne Pheaciæ pomaria, quæ tali ac tanto studio coluit Rex Alcinous, (Deus hortorum creditus) Hesperidum forsan, Epicuri fortasse, seu Adonidis, Cyri, Semiramidis, Lucani, Mecænatisue forsitan,* Pratolino, tuisq; illis Podio ad Caianum, Artimino, Magiæ, Ambrosianę, Mosello, Castello Martini, Monteuectorino, Burgo ad Busianum, Altopasio, Cascinæ Pisanę, Casinæ Podij Caiani, Altopasio Pesciano, Abbatiæ ad Sansouinum Pisarum, Pithio, Casino, Villæ Imperiali, Palatio plateę, Palatio Sancti Laurentij? *Salsè Varro*, Italiæ adipem, *vocauit Hetruriam, lepidè quidem.*

Florentiæ maiestatis encomium.

Ciuitates Magni Ducis XVIII. Castella plus quam 250.

Villæ palatinæ cum nemoribus, & viretis Magn. Duc.

Plura? Satis superq; Florentissima Florentia, molis, & laudis, ab ipsa Cæli Regina manu propria scripta Literula decorata, vt doctissimus Homiliarum Catholicarum Auctor, lib. 14. Homil. 1. de Assump. & coronat. B. Virginis, adstruit hunc in modum. Extant & aliæ duę Epistolę B. Virginis, quas Messanenses, Florentiniq; se accepisse gloriantur à Deipara missas. Est autem ad Florentiam scripta, quam pro concione est interpretatus Hieronymus Ferrariensis, in eadem vrbe, die 25. Octobris anno Domini 1495. exemplar huiusmodi est.

Florentia Deo, ac Domino Iesu Christo, filio meo, & mihi, dilecta, tene fidem, insta orationibus, roborare patientia: his enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.

Epistola B. Virgin. ad vrbem Florētiam.

Ast quid vltra? Mausoleum illud S. Laurentij, sibi simile, opus,

Pyramis sepulchralis Magn. Ducis

Mausoleum Regum Hispaniæ s. Laurentius, Mausoleum Magnorum Ducum, s Laurentius nuncupatur.

Galeria Magni Ducis indicibilis excellentiæ.

Sculpturę & Picturæ in Florentia vrbe, mirabiles

opus, agnoscit in orbe? Barbara pyramidum sileant miracula Memphis. *Septem illa, toto orbe cantatissima ædificia, turris Pariæ, Muri Babylonis, Templum Dianæ Ephesinæ, Simulachrum Mausoli, Colossus Solis apud Rhodios, & simulachrum Iouis Olympici, domus Cyri Medorum Regis, cedant omnia Laurentinæ machinæ magnificentissimæ, Magni Ducis Hetruriæ. Dubitas lector? Vide, & credes. Dubitabam & ego; Vidi, & credidi.*

Apparatus aulicus, (Galeria *) par inueniet? Vrbis marmorea, calatura, sculptura? in illis loquitur Mutus ille Scorialis Hispani; Praxiteles ibi nobilitatur. Ibi Phidias, ibiq; Polycletus clarent; Myro: Lysippus: Arcesilas: Pythis in Pythio, Menestratus in Centauro illo, quem Hercules insidens, claua nodosa, enecat alta, magis quàm in Hecatis effigie, fulget. Pergat euisor, Florentiam peragret, lustret omnem, & mecum assentiat, Florentiam, terræ ambitus esse decorem.*

Gorgona, & insula Lilij Magni Ducis. illiq; pars Cosmopolis vulgò Porto Ferraio.

Tres insulæ, Ilua Cosmopolis; Lilium Arthemisia; Gorgonia Melotarum; coronam, diademaq; tuum gemmis exornant; Princeps Magne, à Magna vrbe Calari Xenium accipe, velut instar, quod ille ijs.

Magna refert Magnis

Et quidem non impar dicans, et quidem similis Magnitudine Calaris inclyta; esto quæso Calaritanæ vrbis egregiâ dignitatis auscultator arrectus. Eccere quænam.

Calaritanę vrbis Inclytitas

Calaris vrbs Sardiniæ, à cunctis scriptoribus celebrata.

Magna dicat, Magno, Calaris. Est siquidem à Scriptoribus tum priscis, cum etiam vicinioribus decantata, encomij, epithetis, titulis, elogijsq; celeberrimis, iure sat æquo, meritissimè decorata, insignita, præ cæteris Sardiniæ Ciuitatibus exaltata: digna censenda vt tanto, taliq; Magnato famulam offerat sese Magnam. Calaris antiquior omnibus; *Strabone teste Geogr. lib. 5. pag. 151. Cosmograph. generali: Theatr. illust. ciuit: Regist. Chronicor: Francisc. Angeluer: Georgio Brahum: Abraham Hortel. Hispania Illustrata:*

Arata: Philip. Bergom. & alijs. Calaris nobilior, & preclarior, nobilissima praeclarissima. *Ioan. stad. in adnot. ad Lucium Florum: Hermolao Barbaro in Castigat Plinianis: Ioan. Scamert, in Schol. ad Pomp Mel: Ambros. Calep verbo Sardinia, alijsq; 300.* Calaris prae cunctis, priuilegiata, exemptionibus, & immunitatibus decorata. *Archiu. Calarit. Plin. Fara, Registr Regn. Aragonum Priuil.* Calaris Vrbs ciuium Romanorum, *Plin. Fara, Scrip. per pluribus.* Calaris insignior, & celebrior. *Cornel. de Iudais: Thom. Procaccio: Ioanne Villano, Philippino, Marangone: Cyrno in Ms.* Calaris caput, fortalitium, & propugnaculum totius Regni. *Reges Aragonia in Diplom. Priuil. S Athanas. ad Iouin. Imp. Chron. Pisan. Ms. Chron. Aragon. Surita: Bonfilius, Epitaph. turris Pisana in domo Professa Patr. Societ. Iesu Stampacis.* Calaris Religiosa. *Ludou. Viues, in Commen. lib. de Ciuit. Dei in marg.* Calaris oraculum SS. *In Schol. ad Hieron.* Calaris Ecclesia Ecclesiarum Sardinię: *ex Athanas. ad Iouin. Imp.* Calaris Catholica, *ex eodem ibidem.* Calaris primaria vrbs Sardiniae: *idem Athanas. ibid:* Calaris magis culta & populosa: *Claudian. de bello Gildon. Luc Flor* Calaris Vrbs Vrbium: *idem Florus.* Calaris Regnum Regni Sardinię: *Marius Niger. Comment. Geograph.* Calaris Tetrapolis, Antiochiae similis. *Adrian. Roman. Hist. Cyrni: codex in Opera Cathed. Pisana, & patet ad oculum, constat enim, Castro, Leapole, Stampace, & Villa noua.* Alia Tetrapolis in Europa, nulla existit, nisi Calaris. *Teathr. Prouerb. in scem.* Calaris bellicosa, & strenua in armis: *Tit. Liu. lib 3. Decad. in Harsicora, & Host. filio: Procop. de temp. Gothor. Ioan. Dux Iustin. Anton. Mon. S. Bened. lib. 4. Ramon Montan. Surita, part. 1. lib. 11. cap. 5 lib. 8. cap. 53.* Calaris antiquior literarum magistra, & gymnasijs decorata à Iolao. *Ex hist. Diodor. Sicul. Hermol. Barbar. Aristot. qui aduentum Iolai in Sardiniam scribunt, & Diodorus,* Priorem insulae partem, campestrem scilicet, tenuisse: *campestris autem pars Calaris est, teste oculo: astipulatur Fara.* Calaris ab Ennio literas Gręcas docta, *Catoni Pratori legente, Pratores verò Calari residebant, testibus hist. atque Vrania Sulcitana.* Calaris diues, auri, argenti, plumbi aliorumq; metal-

Calaris antiquior cũctis Sardiniae vrbibus. Calaris pręclarior, & nobilior. Calaris priuilegiata pręcaeteris. Calaris vrbs ciuium Romanorum. Calaris celebrior, & insignior. Calaris totius Regni caput. Calaris Religiosa. Calaritana Ecclesia Ecclesiarũ Sardiniae. Calaris primaria ciuitas Sardinię. Calaris magis culta. Calaris vrbs vrbium. Calaris Regnũ Regni. Calaris Tetrapolis. Calaris bellicosa. Calaris antiquior litterarũ Magistra. Calaris ab Ennio docta. Calaris diues auri, & argẽti fodinis.

lorum fodinis, in montibus Ecclesiarum, vbi etiam gemmę naſcuntur: & in montibus Orgoſoli, alibiq;. *Patet ad oculum, ſcribunt multi, & Archiuium Ecclesienſe teſtatur, lib. Capbreu.* Calaris pulchrior omnibus Sardiniæ vrbibus. *Thomas Procatius in deſcript. inſularum.* Calaris nobiliſſima fortiſſima. *Idem ibidem.* Calaris caput Regni. *Leand. Albert. in deſcript. Italiæ. Procat. vbi ſupr. Boterus in Relat. Epiſc. Gonzaga in Chron. Orig. Relig. Rex Aragon. Petrus, in diplom. dat. Valentiæ, die 6. Ianuar. 1338. Rex Alfonſ. Aragon. dat. Barchin. 21. Octob. 1328. Idem Rex Dat. Herdæ, 16. Iunij. 1328. Idemq;, dat. Dertusæ, 26. Martij 1331. Idem ipſe, dat. Barchin. 15. Iulij. 1331. Rex Petrus, Reges Aragonum, & Hiſp. vt in Archi. Calarit. refertq; doctiſſimus Serpi in Chron. SS. Sardin.* Calaris Eccleſia Primatialis Sardinię: *S. Athan. in Apolog. contr. Arrianos: Papa Victor. in Epiſt. ſiue Breu. Apoſt. Pius V. in Motu prop. dat. Rom. ann. 1567. die 6. Septem. Et in mot. propr. die 3. Maij, 1569. in alio mot. prop. dat. Rom. in palatio Sacro, in alio, dat. Rom. ann. 1572. Sixtus V. in mot. prop. dat. Rom. 1. Nouemb. ann. 1585.* Calaris Vrbs Sardiniæ (*antonomaſticè*) *Raphael Volterr.* Calaris vbera Romæ, *ex Liuio.* Calaris Thuſca ab antiquis primordijs. *Ex Strabone, & alijs.* Calaris Regia, & curia Piſanorum, *ex Surita, & Hiſt. Genuen. & Piſan. Ioan. Villan. Ramon. Montauer.* Calaris ſemper Catholica. *S. Athan. ad Iouinianum.* Calaris ſemper fidelis Principibus ſuis, & Regibus; *ex Liuio, Surita pluribi in Annal.* Calaris mater Summorum Pontificum, nempe S. Hilarij, & S. Simmaci. *De Hilario teſtes ſunt Ioannes Mariana, lib. 5. cap. 4. hiſtor. Hiſpan. Carolus Sigonius, lib. 14. de Occident. Imperio. Alphonſus Ciaconius, in vit. Pontif. Onufrius Panuinus, in Epit. Roman. Pont. Victorellus, & Ferdinandus Hugulleus Abbas Ciſtercien. in addit. ad Ciacon. Paulus Mongia, lib. 1. cap. 2. Illuſtr. Viror. Hieronymus Romanus, Dimas Serpi, & alij. De Simmacho, idem in Chron. SS. Sardin. de Simagis, Calarit. diſtrict. & ex Orbillo Donerio, et ex Flauio, de Roman. Triumph. ſcribunt etiam multi,* S. Simmachum natum in Regno Sardinię, *Regnum autem Sardiniæ dicta eſt Calaris apud Authores, vti Regina, & Princeps Regni, vt teſtis eſt Marius*

Calaris pulchrior Sardiniæ vrbibus.
Calaris nobiliſſima, & fortiſſima.
Calaris caput Regni.
Calaritana Eccleſia Primatialis Sardiniæ.
Calaris per antonomaſiam vrbs Sardiniæ.
Calaris Tuſca.
Calaris Regia Piſanorũ & curia.
Calaris ſemper Catholica.
Calaris ſemper Principibus ſuis fidelis.
Calaris mater Pontificum.
S. Hilarius Pont. Max. Calaritanus.
S. Simmachus Pont. Max. Calaritanus.

rius Niger in Comment. 8. suæ Geograph. Unde sequitur, etiam Simmachum Calaritanum esse. Calaris Sanctorum fæcundissima parens; *vt testes sunt Chronica SS. Sardiniæ, agerq; ille SS. Corporum fodina mirabilis, inexhausta, cum marmoreis titulis, Calaritanos fuisse plures contestantibus*. Calaris tandem mater Sanctorum doctissimorum, qui scripserunt in fauorem Ecclesiæ Catholicę, & interfuerunt Cōcilijs, *ecumenicis, & Prouincialibus, Fidei propugnacula magna. En hic ex ijs vlli.*

Calaris Sanctorum parens.

Calaris mater virorum doctissimorum.

Prothogenes in Nicena Synodo, defendit cum alijs Catholicis Episcopis, Personam Spiritus Sancti. Et ipse quidem Calaritanus; vt multi scribunt, & Rota Romana deduxit, vt patet in eius decisione.

Prothogenes Archiep. Calaritanus, eiusq; filius vrbis naturalis

S. Eusebius Episcopus Vercellen. Martyr, in Synodo Mediolanensi defendit Personam Filij, Patri Consubstantialis, contra Arrianos; Legatus Apostolicus destinatus totius Occidentis, præcipuè Liguriæ, & Galliæ, vt inde Arrianos eliminaret, & veram Christi fidem per totum Occidentem prædicaret, quod effecisse testantur, S. Hieronymus, & Primus Cabilonensis Episcopus in Topographia Martyrum. Is vt testatur Nauclerus, omnes Occidentis Prouincias, sicut Athanasius Orientis, sua doctrina ab Arriana peste purgauit. Fuit autem S. Eusebius, Calaritanus, natus, educatusq; Calari: testes huius veritatis sunt, Primus Episc. Cabilonen. Nicolaus Germanus, in Registr. alphabetico, Cardinalis Baronij: extat in offic. antiquo, Cathedr Eccles. Vercellen. Contestātur Scriptores decumani rerum Sardoarū, Dimas serpi in Chron. Squirro Caputinus in Sanctuar. Calarit. & ex vetustiss. monum. Archiu. Calar. Fuit doctrina præstantissimæ Vir, scripsitq; in exilio ad Presbyteros Italiæ, Epistolam de fide Catholica, satis eruditam.

S. Eusebius Episcopus Vercellēsis, Calaritanus.

Doctissimus Antistes Sanctus Lucifer Calaritanus, legatus & ipse Apostolicus, ad Constantium Imp: Catholicæ fidei acerrimus propugnator, scripsit sex libros eruditionis eximiæ sale conspersos: & B. Athanasius affirmat doctrinam illam fuisse doctrinam Spiritus Sancti: quod et Baronius confirmat, ibi in margine, agens de ipsa dicens: doctrina Luciferi ex Spiritu Sancto. *Obijt Sanctus, & statim sibi erecta fuit Ecclesia, vt Fara testantur, & alij,*

S. Lucifer Calaritanus antistes à calumnijs vindicatus.

Eius doctrina ex Spiritu Sancto, iuxta Athanasiū, & Baroniū.

vt

Ecclesiæ antiquitùs erectæ Calari in honorem S. Luciferi.

vt in libro, quem pro eius defensione edidimus, copiosè, diffusèq; ostendimus, extat ad nostros dies Ecclesia ipsa: extant aliæ tres extra Calarim. Sanctus est, & Sanctum ore pleno appellitant viri graues. Ex ijs, Petrus de Natalibus in Cathalogo Sanctorum, (nunquam ab Ecclesia prohibito) in titulo eius hist. ait De Sancto Lucifero Calaritano Episcopo. *Mombritius in vita S. Luxorij Martyris prope finem. Bellarminus in Apologia contra Iacobum Angliæ Regem inter Sanctos Patres Ecclesiæ numerat B. Luciferum, Mombritius verò, Sanctum vocitat.*

Autores grauissimi qui Sanctum vocant ipsum Luciferum. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum collocat S. Luciferum cum titulo Sancti Canonizati.

Cornelius à Lapide in Apocal. inficias non it. Henricus Spondanus, in Epit. Annal. Baronij in 2. excussione Parisijs, anno 1622. pag. 462. Abraham Iouius in vita Pauli V. Romæ typis mandata, Sanctum appellat. Thomas Bozius, relatus à Coriolano, in vita Liberij Papæ, pag. 92. Bibliotheca veter. Patr. tom 9. nouæ impressionis: Franciscus Longo de Coriolano, in Breuiario Chronologico, ad annum 362. Sanctum appellat: Philippus Ferrarius, in Cathalogo Sanctorum, ad diem 5. Calen. Februarij, his verbis se habet. Calari in Sardinia Sancti Luciferi Episcopi. *Sanctus Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos,* Beatum Luciferum, *inquit. Blaterones hæc verba de ante acta vita eius intelligunt, non considerantes, Iudam, qui, iuxta eorum intelligentiam, Sanctũ liceret vocari propter ante actã Apostolicam vitã. Sanctus Hilarius Pictauiensis, de S. Lucifero æquè ac de alijs Eusebio, & Dionysio laudabiliter loquitur, iam defuncto. Ioannes Tilius Episcopus Meldensis in Epist. dedicatoria ad Pium Quintum, Parisijs ann: 1561. qua Suæ Sanctitati B. Luciferi opuscula cõsecrauit, Sanctum vocat, & viribus & posse propugnat. Cathedralis Ecclesia Vercellensis, in hymno antiquo, inuocat eius merita, verbis istis.*

S. Hieronymus Beatũ vocat Sãctũ Luciferum.

S. Hilarius Pictauiensis inter Sãctos Patres commemorat B. Luciferum. Ioannes Tilius Episcop. Meldẽsis Sãctum proponit B. Luciferũ Pio Quinto.

Tunc Palatini comites
Vi rapuerunt Presules,
Eusebium Dionysium,
Cum eis & Luciferum.
Hos deprecamur sedulè
Christi captos pro nomine
Sacris hymnorum meritis
Cęli fruamur gaudijs.

Ecclesia Cathedr. Vercellensis in Breuiario Eusebiano antiquo, inuocabat B. Luciferum.

Hymnus

Hymnus iste in Breuiario Eusebiano, excusso Venetijs, anno 1504. die 6 Februarij, extat. Est praeterea in Chronica Sanctorũ Sardiniae, vita Sancti Luciferi, nunquam ab Ecclesia expurgata, seu correcta, aut emendata, Sed illaesa iugiter pede decurrens. Est insuper Episcopus Fara Sassarensis, Scriptor egregius, qui in libro de Rebus Sardois, Sanctum saepissimè vocat, & de Ecclesia sibi post mortem erecta in vrbe Calari, nobile perhibet testimonium. Scripsere de illo multi alij, nempe Ioannes Arca, Doctor Antiochus Brundo in tract. Apocalypseos, omnesq; eius Sanctitatem constãtissimè praedicant.

Ast id largiùs: quod eius corpus inuentum est Calari elapsis annis intus in eius Ecclesia, cum titulis marmoreis, grauatis in lapide Sepulchrali. Sic. Hic iacet B. M. Luciferus Arciepiscopus Calaritanus, Primarius Sardinię, & Corsicę, Ca. . . . Filius S. Rom. Ecclesiae. Qui vixit annis LXXXI. K. Die XX. Mai. *Supra pectus autem habebat hoc Epithaphium, cum Cruce † S.* Luciferus Episcopus. *Veneratur, et colitur Calari, Sciente & aequè boniq; faciente Pontifice Maximo; cui, Archiepiscopus Calaritanus inuentionis eius corporis, aliorumq; Sanctorum, relationem transmisit, & approbauit Paulus V. Pont. Max. vt rescriptum Apostolicum, in Sanctuario Sedis Cathedralis Calaritanae appensum, & in lapide sculptum attestatur. De ijs satis, remittendo Lectorem ad, quem edidimus de ipso B. Lucifero apologeticum, tractatum, vbi exactius, & latius patet, cum solutionibus dubiorum, & responsionibus, ad obiecta.*

Corpus B. Luciferi inuentum Calari, cum titulis marmoreis Sanctũ testantibus. Ecclesia Calaritana colit B. Luciferum annuente Apostolica Sede. Arciep. Calaritanus cõsuluit Sedem Apostolicã, pro inuētione corporis San: Luciferi annuit Pontifex Paulus V.

Sanctus Hilarius Calaritanus, Pont. Max. Decreta in vnum contulit, & per vniuersum orbem publicauit, & de fide Catholica conscripsit Epistolas; testatur Fara ex Scriptoribus vitae eius.

S Hilarius scripsit Epistolas catholicas.

Sanctus Simmachus Doctor eximius, Calaritanus.

Sanctus Deodatus Calaritanus, eiusdem Antistes vrbis. Scripsit in defensionem Catholicae Fidei, vt extat in Biblioth. Vatic.

S. Deodatus Calaritanus scripsit.

Sanctus Venereus, Calaritanus Episcop. eiusdem vrbis indigena, qui interfuit Concilio Lateranensi sub S. Martino Papa, huius nominis I.

S. Brunasius Calaritanus, eiusdem vrbis Antistes, doctissimus vir, egregius concionator.

Saluator Alepusius Calaritanus vocatus in Cōcilio Trid. mōstrum naturę patet in eius actis, Archiu. Calarit.

Saluator Alepusius Calaritanus, Archiepiscopus Turritanus in Concilio Tridentino, Monstrum naturæ vocatus, ob admirabilem eius doctrinam. Hic edidit officium Sanctorum Gauini, Prothi, & Ianuarij, & fecit imprimere Venetijs, quod quidem ad meas sæpissimè manus peruenit.

Andreas Baccallar Calaritanus versatus in linguis.

Andræas Baccallar Calaritanus, Archiepisc. Turritanus, diuinarum, & humanarum literarum scientia præditus, in Hebraica, Chaldaica, Græca, alijsq; linguis versatus, in latinum ex Græco transtulit opera S. Ioannis Damasceni.

Antiochus Brundo doctor insignis scripsit...

Antiochus Brundo Calaritanus, Ordinis de Mercede, Doctor eximius, scripsit super Apocalyp. edidita; historiam S. Mariæ de Bonayre.

Dimas Serpi vir magni talenti, edidit tractatū de Purgatorio contra Lutherum.

Dimas Serpi Calaritanus, Franciscanus de Obseru: scripsit de Purgatorio, celeberrimum opus, contra Lutherum: Chronicon Sanctorum Sardiniæ, Apodixim Sanctitatis B. Georgij Calaritani, Suellen. Episcopi: & alia opuscula Sacra.

Seraphinus Squirro Calaritanus, Caputinus, scripsit opus illustre, Sanctuarium Calaritanum.

Ambrosius Machyn, Sardiniæ decus, Archiep. Calaritanus arca Scientiæ.

Ambrosius Machin Archiepiscopus Calaritanus, Primas Sardiniæ, & Corsicæ, Sardiniæ decus, & decor, antonomasticus Prædicator, Theologus eminens, scripsit sup. Sanctum Thomam, aureumq; de B. Lucifero condidit opusculum sale conspersum.

Dionysius Bonfant Calaritanus, Doctor Theologus, & vtriusq; iuris, edidit opus eximium, Triumphus, *inscriptum.*

Saluator Vitalis XIII. Libros Latine, & Italicè prælo dedit.

Saluator Vitalis Calaritanus, Franciscanus de Obseru: in lucē edidit opera hæc. Floretum Aluernium: Theatrum Seraphicum: Chronica Seraphica: Monte Seraphico: Trilogium Crucis: Directorium Crucis: Funerale Christi: Apodixis Sanctitatis, & puritatis S. Francisci: Trilogium trium horarum quibus in Cruce viuus extitit Christus: Chronica de Corsica: Annales Sardiniæ: Vrania Sulcitana: Militia Sacra: & versatur impræsentiarum circa impreßionem trium aliorum. Vides Calarim queis nam floreat filijs? Magna igitur est Calaris.

Calaris est qua dicat, obsequitur: ego verò instrumentum aqueductus. Est temporaneum munus istud; idcirco gratum. Munera quantumuis vilia suo tēpore grata sunt. *In Polyanth.*

&

& Bapt. Mantuanus ad Falconem. Nulla suo res est, si sit data tempore, vilis: apta ferunt magnam tempora rebus opem. *Scripsi, dum Thuscia peste Lethifera laboraret; prælo commisi, dum ea respiraret ab ipsa. Hó, quis te tunc, (Princeps pijssime, Princeps Magne, quin & Magnanime,) inter illius Lemurum furoris & iræ turbines, inter sagittas, Lethali peste confectas, intrepidum videret, et strenuum, per Vrbem discurrentem, solantemq; omnes affatu Seraphico morti obex: per vicos & plateas ciuitatis, humili amictu, comitiua pusilla, populum ad recipienda, pecuniæ, victus, Subsidijq; omnigeni, beneficia, inuitantem? Et quidem tunc iuuenculus tu: neq; idcirco timidus, & meticulosus, neq; ad nemora, viretaue confugus sed inter procellas instar fluctusq; furentes, Eurosq; Luctantes, Hectoreo pectore, animo grandi, infragiliq; corde, Scopulus turritus, rupesq; pinifera, persistebas.*

Constantia, & fortitudo magnanimi Ferdinandi II. Magn. Ducis tempore Cõtagij.

inter

Hinc te Magnum amplius celebrabo, non assentando, sed in te, Serenissima creatura, Creatorem Optimum Laudando; laudo quidem in dies, dum de te talis, ac tanta intonet fama; ita vt eat in cumulum orium, celebritas, gloria, Lausq; ab vno ad polum alterũ.

In te Optimi Principis qualitates elucent: Enim verò, iuxta Senecam, in Octauia sic fatum.

> Consulere patriæ; parcere afflictis; fera
> cęde abstinere, tempusq; iræ dare;
> orbi quietem, sæculo pacem suo:
> hęc summa virtus, petitur hac cęlum via.

Teq; tuisq; quis alter, rebus in hisce Princeps potior? Quando ne prouinciam popellumue aliquem inquietasti? Cunctis amabilis, Vbiq; locorum, ac gentium insigniter, & egregiè, in omnium animis conciliat, tuum solummodo nomen, amorem. Viget insuper in Serenissima tua persona, affabilitas attractiua, vt venustate suapte, corda ad te amandum rapiat, & colendum: illa, de qua Ouid. lib. 1. de Ponto, virtus accedit.

> Est piger ad pænas Princeps, ad præmia velox,
> quiq; dolet, quoties cogitur esse ferox.

Vtrumq; expertus sum; dum Corythonij adesses, clemẽtissimus visitator. Quàm benignè, quàm suauiter pepercisti, quàm demũ affluenter illos condonasti, ciues pacasti, placasti, allexisti, direxisti?

filij. Nec deest pariter Ferdinando Magno, conditio illa Claudiano (de 4. honor. Consul.) Sacrosancta.

His tamen effectis, nec fastidire minores,
neu pete præscriptos homini transcendere fines:

Principes subditos suos fastidire non debent? in tuis actibus, audientijs, comitijs, dietisque, ego met vidi: videre Thusci, videre Romani, Veneti, Ligures, Germanici, Iberi, Armenij, Græci, Polus Articus, atq; Antarticus non ignorant. Serenitas vultus tui, Serenissimo Principatui nata, ad audientiam misellos inuitat, animat, confortat, adeundi fiduciam ingerit. Vocas egenos, prouocas inopes vt rem postulent. Signum, quòd publica potiùs, quàm priuata curare delectaris. Iuxta illud Claudianicum.

Tu ciuem, patremq; geras: tu consule cunctis
nec sua, nec tua te moueant, sed publica vota.

Hinc elucet, quòd generis molē haud in gloriam accepisti; Principatum, non ad propriam, sed publicam frugem; non ad superbiā, vanamue ostentationem, sed ad Christo famulandum, eisq; populos consolandū, atq; fouendū. Gloriſluā ergò tantā conseruas, ad Omnipotentis Optimi Maximi Dei Laudem, maiestatem, proprijsq; virtutibus ipsā auges; ita vt eiusce gloria fulcris, claritas tui nominis æternetur; qui tua pueritia, atq; adolescentia primitias candidas, omnis desiderata spei exhibuisti: in quo ingenij specimen prorsus enituit; ab optimis præceptoribus instituto, sub quorū versans nutu, (non ferula) Artes & Theologiā peruadasti, vnde Principis equidem formam, ab incunabulis induisti, normā, qua regimen fortunatur, ab vtero, vnà cum pietatis membranulis eduxisti; suxistiq; mellifluos, simul ac Entheos gratia riuulos; qui sensim sensim stagnare videntur; agrosq; Thuscanos mirum in modū irrigare. Vigeas, valeas, polleas, floreas, viuas, ad Serenissima tua Victoria Serenissimam fœcunditatem, prole pulcherrima qua Thuscum omne serenet cælum; ludatq; tibi, quàm citius, in aula paruulus Ferdinādus. Ita optat Calaris mea, ita orat patria mea, ita postulat incessāter orator. Vale, epistolaq; huius prolixitatem affectus excuset, reiq; magnitudo inexhaustum animi volup, in tuis euoluendis encomijs, Lyciscis, in mea latrantibus munia, velut offam soporis obijciat.

Philosophiæ & Theologiæ nauauit operam Ferdinādus.

Maria Victoria Magna Ducissa Heturiæ.

Errores in Dedicatoria.

Pagina 1.	*Calaris inclyta*	Calarim inclytam.
Pagina 2.	ibi, *solo mutato*, appellat supra membra, alias vrbes & non supra caput Calarim: hæc enim nunquam solum mutauit, sed in eodem loco stat.	
Pagina 3.	*clanges*	clangens.
Pagina 7.	*Adrianus Roman Histor. Cyrni*: punctum inter, *Roman.* & *Hist.* Sic. *Roman. Hist.*	
Pagina 10.	*Anteacta*	anteactam.
Pagina 13.	*pecunia*	pecuniæ.
	instar	inter.
	rabiat	rapiat.
Pagina 14.	*primitas*	primitias.

Errores in Additionibus.

Pag. 47. Col. 1. *quæ decuit*; qua decuit, *Hispaniorum*, Hispanorum.
Pag. 48. Col. 1. *Athenis*, Athenas.
Pag. 49. Col. 2. *Longosardum Calaritanum*, Longosardum: Calaritanum.

FRATER Didacus de Cea Ordinis Minorum de Obseruantia, Lector iubilatus Almę Angelorum Prouincię, & Ordinis Pater, ac in Romana Curia pro tota Vltramontana familia Cõmissarius Generalis & Seruus.

Quoniam iuxta nostrarum constitutionum Generalium Sanctiones Libri, & tractatus omnes à quocumq; nostræ Seraphicæ Religionis authore elucubrati, priusquam typographiæ tradantur, per aliquos eiusdem Ordinis Religiosos censeri, & approbari debeant. Nunc verò R. P. Fr. Saluator Vitalis Sacerdos, & Prædicator Generalis Prouinciæ Tusciæ à nobis postulauit vt *Annales Sardiniæ* à se latinè compositos alicui reuidendos committeremus, ac vt excudi possent facultatem elargiremur. Nos authoritate Eminentissimi Cardinalis Barberini totius nostri Ordinis Protectoris specialiter nobis in hac parte concessa, prædictos Annales R. P. Fr. Benigno à Florentia, & R. P. Fr. Sebastiano à Petrasãcta lectoribus Generalibus reuidendos committimus, ipsisq; approbantibus, vt pręlo ad communem vtilitatem mandentur, licentiam impertimur. Dat. Romæ in Conuentu S. Mariæ de Aracęli die XI. Februarij An: 1639.

Fr: Didacus de Cea Commissarius Generalis Curiæ.

Appro-

Approbatio R. P. Benigni de Brunis Sac: Theologiæ Lectoris Generalis in Conuentu Omnium Sanctorum Florentiæ.

EX Commissione Adm: R. P. Didaci de Cea in Romana Curia pro tota vltramontana familia Comissarij Generalis librum hunc, cuius inscriptio, ANNALES SARDINIAE, à R. P. Saluatore Vitale Minorum de Obseruántia Theologo, Generali Concionatore, Prouinciæ Tusciæ benemerito Patre elaboratum percurri, nec à fidei veritatibus quid alienum occurrit, nec sanis moribus repugnans; immò pietatem redolens, curiosa, sed vera complectens, summaq; confertus elegantia, mihi satis Auctoris pium, doctumq; ingenium commendat; quare dignum censeo, qui typis collustretur.

Fr: Benignus de Brunis ex Minoribus de Obseruantia.

Approbatio R.P. Sebastiani de Petrasancta Ordinis Minorum Sac: Theol: Lectoris Generalis in Conuentu Omnium Sanctorum Florentiæ.

EMinentissimi Cardinalis Barberini Protectoris nostri Commissione, mandante Adm: R. P. Didaco de Cea, in Romana Curia, pro tota Vltramontana familia Minorum Commissario Generali, vidi, quò potui diligentius, opus, cui inscrptio: ANNALES SARDINIAE, à R. P. Saluatore Vitale Theologo, Concionatore Generali, nec non Thusciæ Prouinciæ Patre, compositum, in quo omnium ferè temporum gesta, præsertim Sardoa, ab Authore, miro ingenio, ac ordine collecta, licet inspicere. Et quia nihil fidei nostræ, bonisuè moribus dissonum inueni, typis dignissimum iudico.

Fr: Sebastianus de Petrasancta Ordinis Minorum.

LICENTIAE

Annales Sardiniæ à Reu: P. F. Saluatore Vitale Compositi, typis excudantur Florentię Ordinibus consuetis seruatis. die 3. Octobris 1639.

Petrus Niccolinus Archiepiscopus Flor:

Imprimantur præfati Annales. Florentię die 5. Octobris 1639.

Fr: Io: Muzzarellius Inquisitor Generalis Flor:

Alexander Vectorius Serenissimi Magni Ducis Auditor, & Senator.

APPARATVS AD ANNALES SARDINIÆ.

SArdinia, teste Polybio lib. 1. Pausania, 10. Leonico lib. 1. Victore Vticensi lib. 1. alijsq; in re antiquaria decumanis, mediterranei maris insula maior, eiusce omnium, optimè sibi merito iure, insularum obtinet principatum. Regnū inquam cęli terræq; diuitijs fortunatum, naturę dotibus decoratum, à rerum propè cunabulis vbiq; terrarum ac gentium exoptata, eunctas nationes allicien sexculcata, ipsarum palęstra per amplitudinem sæculorum, crebrerrimis extitit luctis. Siquidem Romani, & Carthaginenses, Diodoro Sieulo teste, luctuosa, huius insulæ gratia potiundę, subiere pericula, sustinuere labores, molestias, ærumnasq; prælijs inuolutas experti sunt. Hinc animus, hinc voluptas, tot millia mirandorum, tot bella ducesq; tot fortiter atque strenuè gesta, inpræsentiarùm ab interitu vindicare, Mortalium oculis exacta descriptione proponere, editione vulgare. Ast, proh dolor, furialium hostium turbine conuoluta, excursionibus agitata, cruentis vestigijs effędata, flammis absumpta, Sardinię monimenta posteritatibus periere.

Nec ipsius insulę modò, verum & omnium quoq; Christianitatis memorabilium rerum antiquitates desiderantur apprimè. Diocletiani namq; sęuitia non tantū Christi cultoribus, sed scriptis etiam, quæ ad Sāctorum memoriam, Christianamque Religionem pertinerent, bellum indixit. Meminit Eusebius lib. 8. hist. c. 3. *Per imperatoris aiens, literas palam edictum fuit, vt deturbarentur Ecclesię, soloq; æquarentur, & scripturę, absumerentur igni.* Dolet Prudentius queriturq; in illo impio piorum codicum incēdio perijsse plurima maximarum virtutum exēpla, hunc in modum deplorans in hymno de Hemeterio, & Chelidonio, ait.

Scripturę antiquę Sardinię combustę.

> *O Vetustatis silentis*
> *Obsoleta obliuio!*
> *Inuidentur ista nobis,*
> *Fama, & ipsa extinguitur;*
> *Chartulas blasphemus olim*
> *Non satelles abstulit,*
> *Ne tenacibus libellis*
> *Erudita sæcula,*
> *Ordinem, tempus, modumq.*
> *Passionis proditum*
> *Dulcibus linguis per aures*
> *Posterorum spargerent.*

Sanctus Isidorus in Missali Gothico, *non illas,* inquit, *paginas, nec casus aboleuit, nec vetustas cariosa corrupit, sed malitia persequutoris inuidit.* Rodericus in prefatione hist. *tempore vastationis Arabum, scripta & libri cum pereūte patria periere; nisi quòd pauca diligentium custodia euasere.* Arnobius qui ea videre potuit, & Martyrum lanienas, & librorum incendium, lib. 4. ad Gentes ait. *Quòd si haberet vos aliqua vetus pro Religionibus indignatio; has potiùs literas, nempe uestras, hos execrari debuistis olim libros, istos demoliri, dissoluere theatra hęc potius, in quibus infamię numinum propudiosis quotidie publicantur in fabulis, nam nostra quidem scripta cur ignibus meruerunt dari?*

Scripturę antiquę Hispaniæ combustę.

Ecquid ergo nos hic facessere possumus? Periere victorię prçliorum, Sardiniensium populorum antiquitas, & strenuitas; illustrium atq; in re quacumq; insignium virorum celebritas; nomina, vitæ, mores, prodigia tot Sanctorum; Confessorum inquam, Martyrum, Virginum, & continen-

tium viduarum. Hò quales, hò quanti eremis in illis, Angelorum mulæis, amore flagrantes spiritus, Optimo Maximo seruiere! In suburbanis Calaritanæ vrbis speluncis, quales Guitlelmitæ, quanti? In monte Baratzino (aliàs Monticleta, vulgò Monteclesia) quot sæcessicolę, quot melotigeri Serui Dei? In altissimi montis Iolę (vulgò Cerpellidu, quin & monti di Olla à Iola, seu Iolao) nemoribus: in monte Sancto Michaelis Archangeli nomini consecrato; In Eremo Sancti Petri Sinziæ, apud Sarrabensem regionem, de Castiades; in illis tàdem egregijs atq; illustribus locis, Bonarcados, Sancti Leonardi Ioannitarum; S. Trinitatis de Sacargia, S. Michaelis de Salucnoro; S. Marię de Cergo, de Garaueta, & cętera, de quibus, & alijs, suo loco, quot Anachoritę, quot abscôditi Martyres, quot extremo, viri Religiosi orthodoxam Ecclesiam vita, moribus, exemplis, atq; prodigiis illustrarunt? Nihilominus omnia Saracenorum frementium bestiarum impetu commolita, prorsus extincta, ęternæ obliuionis caligine, quò pateant abdita, diesq; illa dierum omnium maxima, referet, supprimuntur.

Grates Faræ scriptorum omnium antesignano, rerumq; patrię vindici; grates Arcę, gratesq; Dimę, quin & Squirro, alijsque nostratibus, qui vetustatis, hàc illac frustula colligentes, tantillum nostros, tametsi desiderium acuentes, animos tranquillarunt.

Fara scriptor egregi⁹ rerum [illegible].

Isthæc igitur à tantis viris exhibita, pluraq; nostræ solertiæ dedita monimenta, annorũ in seriem redigentes, non qua volumus, sed qua possumus vbertate, patrio ducti zelo, aggredimur exploranda, aggreganda, scriptisq; fidelibus consignanda. Fidelibus inquam: non enim nostrę mentis oculos liuor obducit; rectum sanè animi sequimur sensum; iudicium nostrum ratio dirigit, veritas moderatur. Enim verò quanquam Calaritanus Auctor inscribatur, Arborensis quoque orinndus est; quandoquidem ex Rnacensibus, antiquissimis hucusq; deductis incolis Insulę, stirpem ducat, qui quidem in Arborensi Diœceti, sub ipso nomine, Vrru, in oppidis Tonaræ, Olzai &c. Gallurensis, & Lagudorensis est oriundus quandoquidem ex Cuntanis de quibus Ptolomeus nunc verò Contani nuncupatis, illis in regionibus habitantibus, trahit paternis è genijs lineã. Calaritanus autem est oriundus ac natus maternis auitis. Quippe ex Paphis, (læso vocabulo, Pauis) antiquissimis incolis municipij Calitonis (vulgò Calagonis) ex Scalas populis Insulę priscis, regiones nimirum Sarrabensem, Curadoriacam, &

Calitonis antiquũ Græcorum oppidum propè Calar. 10. m.

Trexentensem, itemq; Gerreyam incolentibus; ex Toccorijs, Pisanorum illustrium genere, vt patet in eorum Annalibus, Sarribensem quoque prouinciam habitantibus, ipse descendit. Papæ! Caueat planè fas Auctor, ex ijs vlla cum patria, inique se gerere. Totius enim Sardiniæ sumus: ipsa nos genuit; ipsa scopus & opus; decus ac decor; Eidem laudis ęquilibrium iure pĕdendum pari affectu, ęquali animo, mente syncera; procul hinc passio, procul vanitas, longèq; illa, quæ plures ibi grassatur in animos, dissensionis, & odij pestis; vnius deprimens, alterius verò vrbis, lunæ super cornua collocans, dignitatem.

Sardiniæ Antiquitas.

QVum *in principio creauit Deus Cœlum, & Terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erãt super faciem abyssi: & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Dixitque verò Deus: congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat Arida, & factum est ita, & vocauit Deus Aridam terram, congregationesq; aquarum appellauit maria.* Gen. 1. tum, & parens nostra, excussa pelagi mole prominuit. Nequicquam fortuita; sed nuperrimæ terræ coęua, vnà cum ea constitit apex maris isthaec verè illa, quæ loca syderibus æternauit, vnà cum cęteris, insulam dextera stabiliuit. Varię sunt insularum nascentium causę, rationes hasce accipito.

Primò accidit, Plinio teste, de mundi hist. lib. 2. c. 86. insulas repentè emergere, vel paria secum faciente natura, quæq; hau serit hiatus alio redeunte loco. Sardinia huiusmodi contingentia non emersit, siquidẽ inter omnes, & singulas sic enatas, memorata non est, imò ab omnibus in re antiquaria summis, à rerum propè cunabulis insula, eaq; maior, celebrata.

Audiamus Plinium pro 2. causa qui libro citato, c. 85. ait. *Earum nascentium causa terrarum est, cum ille spiritus attollendo potens solo non valuit erumpere. Nascuntur enim nec fluminum tantùm inuectu sicut Echinades insulæ, ab Acheloo amne congestæ, maiorque pars Ægypti à Nilo, in quam à Pharo insulæ noctis, & diei cursum fuisse, Homero credimus. Sed & recessu maris sicut idem de Circeis. Quod accidisse in Ambraciæ portu decem millium passuum interuallo, & Atheniensium quinque millium ad Pireneum memoratur: & Ephesi; vbi quondam ædem Dianæ alluebat; Herodoto quidem si credimus mare fuit supra Memphim vsque ad Æthiopum montes, itemque à planis Arabiæ mare, & circa Ilium, & totam Teuthraniam, quaq; campos intulerit Mæander.* En hic nostra non proditur insula, vel

Nota quibus locis recesserit maria insulę que ortę.

maris

maris receſſu, vel amnium, vt memoratę inuectu, nata.

Nota quas et quibus temporibus enatas insulas.

Pro 3. cauſa Auctorem eundem cap. 87. auſcultemus *Clara iam pridem inſula Delos, & Rhodos memoria produntur enata: poſtea minores vltra Melon, Anaphe, inter Lemnum & Helleſpõtum, Nea: inter Lebedum, & Teon, Alone: inter Cycladas Olympiadis 135. Anno 4. Thera & Theraſia: inter eaſdem poſt annos 130. Hiera, eademque Automate, & ab ea duobus ſtadijs poſt annos 110. in noſtro æuo. Menſe Iunio Syllano, & L. Balbo Coſſ. ad 7. Idus Iulij, Thia*. Sardinia naturalis (fas ſit fari) non accidentalis inſula eſt. Si enim prędictarum ſe more geſſiſſet emergens, naturalium rerum Lynces, vti mediterranei pelagi celeberrimam, maioremque, rętro citatis Auctoribus teſtibus, inſulam, memoriæ proculdubio, ſicut alias ęternaſſent, ſæculorum atque Gentium dignitati, ipſius fortuitam, & caſualem emergentiam conſecraſſent. Eſt igitur Aridę tellus coęua, qua cum vnà, erectam protulit Aſtris frontem; mare ſuccubuit, Sardinia nil tum ſolùm, ſed ex potentiſſimi cataclyſmi torrentibus, impetu, turbine impulſibus, furijs triumphauit aquarum.

Nota quas terras interruperit maria. Inſulę repentinis caſibus factæ. Cyprus & Sicilia olim non inſulę.

Pro ratione 4. c. 88. *Ante nos & iuxta Italiam inter Aeolias inſulas, item iuxta Cretã emerſit è mari 1050. paſſuum, vnà cum calidis fontibus, altera Olympiadis 143. anno 3 in Thuſco ſinu flagrans hac violento cum flatu. Proditurque memoria magna circa illam multitudine piſcium fluitante, confeſtim expiraſſe quibus ex ijs cibus fuiſſet. Sic & Pithecuſas in Campano ſinu ferunt ortas. Mox in ijs Montem Epopon, cùm repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planicie: alioq; motu ſtagnum emerſiſſe, & alio prouolutis montibus inſulam extitiſſe Prochytam. Namq; & hoc modo inſulas rerum natura fecit. Auellit Siciliam Italia, Cyprium Syriæ, Eubęam Bęotiæ, Eubœa Atalantem, & Macrin, Beſbycum Bithiniæ, Leucoſiam Sirenum promontorio*. Nec has inter inſulas, noſtra.

Inſulę continenti adiũctę.

Pro ratione 5. c. 89. *Rurſus abſtulit inſulas mari, iunxitq; terris Antiſſam Lesbo, Zephyrium Halicarnaſſo, Ethuſam Mindo, Dromiſcon & Perneu Mileto, Marthecuſam Parthenio promontorio. Hibanda quondam inſula Ioniæ, 200. nunc à mari abeſt ſtadijs, Syrithan Epheſus in mediterraneo habet, Deraſidas & Sophoniam: uicina ei Magneſia, Epidaurus & oricum inſulæ eſſe deſierunt*. Neque ſic de noſtra Sardinia proditur.

Terrę, maris motu permutatę.

Pro 6. cauſa c. 90. *In totum abſtulit terras primum omnium vbi Atlanticum mare eſt, ſi Platoni credimus, immenſo ſpatio. Mox interno, quæ videmus hodie merſam Acarnaniam Ambracio ſinu, Achaiam Corinthio, Europam Aſiamq; propontide, & Ponto. Ad hoc prærupit mare Leucada, Antirrhium Helleſpõtum, Boſphoros duos*. Minus iſthęc de noſtra Sardinia.

Gaditanũ fretum olim nõ erat.

Plato in Timęo, Atlantis inſulam, tota Africa, & Aſia maiorem, periſſe, hominesque cum ipſa ſubmerſos tradit; parteſque duas Europæ, & Africę ęſtu maris, ac terrę motibus fuiſſe diuulſas, tumq, & mare Atlanticum immiſſum. *Poſt hæc*, ait, *ingenti terramotu iugiq; diei vnius, & noctis illuuione factam eſt, vt terra dehiſcens (ſcilicet vbi nunc eſt mare mediterraneum) veſtros illos vnà omnes bellicoſos homines abſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur; quam ob cauſam innauigabile pelagus illud, propter abſortæ inſulæ limum relictum fuit*. Sardinia huiuſcemodi nullatenus eſt perpeſſa iacturas. Tametſi vnam fuiſſe cum Cyrno inſulam ante diluuium minimè dubitamus, minuſq; ambas vnam cum adiacentibus proximè inſulis, diffitemur.

Africa cum Hiſpania olim cõiũcta.

Non hęc in controuerſia res verſatur; abſoluitur; Mediterranei maris celeberrimã, facilè principem eſſe Sardiniam, à mundi vnguiculis apicem gurgiti. Cedat Sicilia; non enim naturalis, ſed fortuita & accidentalis eſt inſula, teſte Pomponio Mela lib. 2. c. 7. Virgilius, Seneca pluresque alij coniunctam olim Italię fuiſſe confirmant. *Vides*, ait Seneca *totas regiones à ſuis ſedibus reuelli, & trans mare iacere, quod in confinio fuerat. Sic & Hiſpanias à contextu Africæ mare eripuit, Sic per hanc inundationem, quam Poetarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia reſecta eſt*. Virgilius hunc in tonum, lib. 3. cant.

Sicilia recens inſula.

HÆc loca vi quondam, & vaſta percuſſa ruina,
(Tantùm æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret: uenit ingenti ui pontus, & ingens
Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaque, & Vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.

Cedat Cyprus, quæ olim, auctoritate Senecę lib. 6. natural q. c. 39 Lorini in Acta Apoſt. c. 28. & aliorum grauiſſimorum virorum, cum Syria continuata erat. Cedat iam tandem Euboca, vulgò Negroponte, quandoquidem Floriani elogio lib. 1. c. 35. cum Gręcia, nullius interſtitio pelagi iuncta olim fuit. Aſt & illud de Gaditano freto necubi quondam interſtite, Erathoſtenes apud Strabonem de ſitu orbis lib. 1. pluresq; perhibent; diuulſas nequicquam olim Africam, & Hiſpaniam, ſed ambas vnam candẽque continuatam terram. Mediterranei maris, inſularum omnium, antiquitatis ergò,

fibi iure optimo nostra Sardinia, meruit principatum.

Situs, & magnitudo Sardiniæ.

SArdinia in mediterraneo mari fita eft in principio quarti climatis, parallelo 34. Boreamq; versùs porrecta longitudine, ad principium quinti climatis, vt Aretinus Thomas in Infulario, fol. 47. defcribit, extenditur, Circumdatur ab oriente Tyrrheno pelago, à meridie Africo, ab occafu Sardoo, & à Septemptrione, mari, quod ipfam & Corficam interluit. Plinius eius fitum, & magnitudinem, fequentem in modum, lib. 3. natural. hift. c. 6. defcribit. Sardinia, ab oriente patens 188. mil. paffuum: ab Occidēte, 70. mil. à Meridie 73. à Septemptrione 122. mil. circuitu 562. mil. Diftat ab Africa, fecundùm eundem 200. mil. à Calaritano promontorio iuxta Strabonem 300. mill. Verùm minori dierum duorum fpatio ab vrbe Calari nauigatur ad Africam. Exin Plinij cum Sardorum milliaribus non concordant. Siquidem via dierum, Infulam fic menfurant; nimirum vt itinere fex dierum in longum; vbi verò anguftior eft in latum equeftri dierum itinere duum pateat. Straboni eiufce Infulę circumferentia 500. mil. eft. Pthólomeo ab Oriente longè porrecta 234. mil. linea ducitur: Recentioribus verò 240. mil. Æquior tandem circumferentiæ mēfura eius eft 700. mil. Sicilię æqualis, Diodoro Siculo lib. 6. c. 4. *propinqua*, fante, *illi Sardinia eft, Siciliam magnitudine adaquans*. Paufania lib. 10. *eft ipfa Sardinia magnitudine, & felicitate cum ijs, quę maximè celebrantur infulis comparanda*. Cypro deniq; Creta, Euboea, Lesbo, Melita, Corfica, Maiorica, cœterifq; Mediterranei maris ingentior, vt retrocitatis Auctoribus probatum eft.

Ad Meridiem habet Africam, Libyam, Numidiam. Ad Occiduum habet mare Sardoum profundiffimum atq; vaftiffimum, Strabone lib. 1. Geogra. & Silio teftibus, quod quidem, Plinio lib. 3. c. 6. tefte, ad Oceani vfq; fauces dilatatum. Ad Occidentem infulas Baleares, & Iberiam, Ad Septēptrionem Galliam Narbonenfem, Ianuam, Corficam, & mare vtramq; infulam cingēs, à Plinio lib. 3. c. 6 Mario Nigro in Geograph. lib. 8. & Antonino Pio in itiner. Gallico Taphros dictum En Marium. *Sardinia infula, qua prifcum adhuc nomen retinet, ad meridiem, Corficę iacet: neque ampliùs octo mill. paff. ab ea, quod interuallum etiam nonnullis modicis infulis coarctatur, quę communi vocabulo Taphroffa appellantur, licet alter à iunioribus dicantur, à quibus fretum ipfum Taphros nominatur*.

Ecce Plinius: *Sardinia minus 9. mil. paffibus à Corfice extremis, etiam num anguftias eas arcentibus infulis paruis, qua Cuniculari appellantur. Itemq; Phinton, & Foffę, à quibus fretum ipfum Taphros nominatur*. Iofephus Rofatius de mundo & fuis partibus, fatur hoc modo. *Dal capo Ferrato à Terranoua 225. mil. De Terranoua à capo Taolara 263. mil. Da capo Taolara à capo Ferrato 80. mil.* Varias demum inuenies apud Scriptores dimenfiones; verior tamen eft 700. milliarum, Siciliæ prorfus affimilis, & æformis.

Martinus Carrillo Hifpanus in Relatione Regni Sardinię, eius circumferentiam littoraliter fic euoluit. §. 2 fol. 9. *De portu Torres al Alguer 60. millas; del Alguer à Bofa 30. De Oriftan à Caller 170. De Caller à Tortoly 110. De Tortoly à Orofey 50. De Orofey à Pofada 40. De Pofada a Terranoua 50. De Terranoua à Longoni 30. De Longoni à Caftillo Aragones 20. De aqui a Torres de donde falimos 30. Que todas hazen de circuitu 650. millas.*

Figura Sardiniæ.

SArdinię tellus ab Opifice fummo tot, quot habet Sanctorum Martyrum, Confefforum & Virginum, ab ęterno facra cunabula, fedes & requies iam electas miniſterij tanti myfterium effigie prætulit. Quippe quę, (Deo aufpice, fermo fiet) Apoftolica ditio, & quin & venerabilium Ecclefię Principum Sacrofanctum patrimonium futura erat; nec non eadem Apoftolorum pedibus confecranda, crepidę facrę, humanique veftigij nacta gloriatur effigiem. Pulchri pedes illi euangelizantium pacem; pedes inquam Domini Sabbaoth, Apoftoli fcilicet Petrus, Paulus, & Iacobus, in Sardinia prędicantes eam veluti crepidam, habuere. *Ifti ergo pedes Domini fuerunt, qui eum prædicando per vniuerfum mundum detulerunt. Petrus enim Romam, Andreas Achaiam, Ioannes Afiam, Philippus Galliam, Bartholomæus Ponthum, Simon Ægyptum Iacobus, Hifpaniā.* S. Iulianus Archiep. Toletanus in Nahum. 1. Biblioth. Vet. Patr.

En pedes qui crepidam hanc reddidere facram, vnde & formam, nomenque infula fumpfit. Paufanias lib. 10. *formam habet humani veftigij*. Regiftrum Alphabeticum fuper octo libros Ptolomei cap. 21. *Hac in Africo mari facie veftigij humani, tam in Orientem, quàm in Occidentem latior prominet forme paribus lateribus quę in Meridiem, & Septemptrionem vertunt.* Plin. lib. 3. c. 8. *Effigie foleæ, fimilitudine veftigij.* Manlius. *Sardiniam in Libyco fignat veftigia planta*. Silius lib. 2. Pun.

Infu-

Insula flexisono circumuallata profundo
Castigatur aquis compressaq; gurgite terras
Enormes cohibet nuda sub imagine plantæ.

ID ipsum quotquot de Sardinia scripserunt, quos breuitatis gratia prætcrimus; Annij tamen elogium inferentes, crepidam sacram fuisse à Græcis vocatam sub nomine Cadasone, seu Cadasene, & Sandaliotis, ostendimus. *Quæ sit vero insula Cadossene, & interpretatio nominis, & Auctoritas manifestat. Nã Aramæi, & Hebræi; Cados; Græci ibiam; Latini sacram crepidam intelligunt. Et quod Hebræi Sene, Græci Sandalium, Latini vocant, crepidam. Porrò Thymeus, & Græci Sandaliothim vocant insulam, quàm nos Sardiniam à sardo Herculis Tospiade filio nominauimus; vt tam Plinius in 3. naturalis historiæ, quàm cæteri scribunt. Ergo Cadossene atq; Sardinia est eadem insula. Cui argumento est, quod Varro & Seruius asserunt, Phorcum illum fuisse primum Regem Corsicæ atq; Sardiniæ &c.* Prosequens ait: *Cui est argumento quod dicta est insula, Sandaliothis siue sacra crepida, non solùm quia est ad similitudinem vestigij, & crepidę, vt Thymæus scribit, sed etiam quia ibi fuit à principio crepida sacra.*

Non quidem aliter quàm, vt credimus, infusamente, Pontifex Optimus Max. Reuerendiss. D. Antonio Parraguesio de Castilegio, Archiepiscopo Calaritano crepidã vnam suam contulit, quam in Ecclesia Cathedrali Calaritnensi, hactenus asseruari probè tenemus. Longitudo itaque huiusce crepidæ sacræ, nimirum insulæ, à Septemptrione ad Meridiem proiecta dignoscitur, amplitudo vero ab Occidente ad ortum.

Cælum Sardiniæ.

PRiusquam fandum de Sardiniæ temperamento, operæ pretium ducimus, Martini Carrillo Philosophi ea de re sensum hic pandere. Quippe qui temporis parum non accoluit insulam, optimè calluit eius clima, quarè sponte suapte, Sacrosancto iure veritatis astrictus, homo Hispanus & exter, veridico isthæc ore proloquitur. *Tiene este Reyno fama de muy mal sano, y desto puedo yo hazer contraria Relacion, que en diez y seys meses que he estado, no he tenido ninguna indispocion ni yo ni las personas que estan en mi compañia: que con escriuanos y criados hemos sido en mi casa diez y hocho personas.* Hęc is ipse in Relatione ad Regiam Catholicam Maiestatem vti Commissarius Visitator Sardiniæ.

Hoc supposito quãquã Sardinia generaliter Geminis signo, suapte natura calido humidoq; subiaceat, alijs tamẽ varijs Planetis subiecta est. Calaris enim frigido ac sicco Planetę Saturno subigitur, cuius domus, Aquarius, humidum & calidum signum. Quarum varietatis gratia qualitatum, ciuitas ipsa se impari gerit temperie; prędominante videlicet siccitate. Eandem omnis temperiem habet insula per diametrum Boreale. (Infert hic Carrillo, Calaris salubritatem; *y por esso es muy sana la ciudad* y *su contorno*) Sassaris vrbi, frigidus, humensq; planeta, dominatur luna, cuius exaltatio siccum, signumque gelidum Taurus est: cuius incolumi temperamento ciuitas ipsa fruitur. Euicta namq; à Planetę humiditate, ex Signi siccitate remanet frigida siccaq; temperies: quę per totam illam ad Gallurensem vsq; prouinciam, littoralem oram effunditur: cuiusmodi rei gratia sospitatur, & viget. Algarensi vrbi Mars calidus atque siccus, cum scorpio frigido, & humido signo Eiusce naturam Bosa participat, cum potiori humiditatis excessu. Eidem Scorpio subiacet Arborẽa, cum intemperatissimę humiditatis influxu, Mercurij cum Planeta: qui quidem, quàm eam quam sumit à Planeta, cui se iũgit sibimet comparat qualitatem Quam ob tantam humiditatis intemperantiam, ciuitates hę duę ęstatis. Autumniq; temporibus valetudini sunt infensę. Accedit alia morbo sitatis huiusmodi causa, paludes nimirum, lacunæ, ac stagna ęstiuis ardoribus putridos corruptosq; vapores exhalantia, quibus ingruentibus, tractus inficitur. Nihilominus nõ pestilens est Sardinia, vt falsò & absque vllo fundamento nonnulli scriptores obgarriunt. Mirum! talis infamię Sardiniæ notas inuri. Tantorum hominum similes, minimè decent nugæ. Martinus idem, Carrillo, Regius Visitator Sardinię, postquam ea quę scripsimus, patrio sermone deuoluit, erumpit. *La qual queda infamada de mal sana, no siendo, quitadas dichas ciudades, y algunos lugarejos solo en dicho tiempo, por las razones dichas. Todo lo demas es sanissimo en todo tiempo, quitado el Otoño, en el qual ay algunas enfermedades,* y *essas no muchas, ni de muy differentes especies como en otros Reynos.*

Nequicquam nocent verba illa, quæ Sãcti Martyris Pontiani officium continet, in Breuiario Pij Quinti, *propter fidei confessionem in Sardiniam pestilentem insulam cũ Philippo, &c.* Platina siquidem, Sabellius, S. Damasus, Maurolicius Abbas, Cuspianus, & alij, infame verbulum hocce non inferunt historię S. Pontiani. Quamobrem Sanctissimus Pater felicis memoriæ Clemens VIII. à Breuiario verbum isthoc, *pestilentem*, penitus abstulit, aboleuit, extinxit. Vnde pręclarissimi rerum scriptores acerbè notant infamię nota tant hanc; exagitant, arguunt; sermonemq; ea de re minus voluptuosum habent. Do-

ctor

ctor eximius Ioannes Arca in historia S. Pontiani, fol. 38. *Hinc falsò iniunctum pestilentis nomen Sardiniæ in Breuiario Pij V. Et de lege re quos Scriptores volueris, apud nullum tale nomen pestilentis reperies, si vnum excipias nouissimum hominem, qui Pij Quinti Breuiarium digessit.* Nec intendūt Auctores ij Breuiarium, Fidelibus Sacrosāctum, in vllo taxare, sed illud, quod nec à sacra scriptura neq; à substantia rei pēdet. Breuiarium veneramur, & historiā S. Pontiani legimus reuerenter, credimus piissimè omnia quæ de ipso nobis recitāda proponit Ecclesia; sed infamiam illam, quæ à sola Historici picatione dimanat, abijcimus. Doctissimus Dimas Serpi, in Chronica Sanctorum Sardiniæ lib. 3. cap. 18. strenuissimè confictatur, exculcat, obtundit. *De todo lo arriba dicho*, inquit Dimas, *Saccamos que ningun Autor de los que tienen credito, como los arriba citados, le dize à Sardeña, pestilencial; sino vn solo, y lo puso de su casa, pues ningun otro lo dize. Y el deuio saber el porque quiso diuulgar por todo el mūdo, y dezir pestilencial à Sardeña. Y si alguno dize, que lo dixo por ser en alguna parte mal sana la Isla, y que por la parte toma el todo; no lo hizo bien; porque no ay Reyno en el mundo, que no tenga algun lugar dentro de si que no sea enfermizo, y no por esso se dize aquel Reyno pestilencial. Y si lo dize porque no se puede atrauessar la Isla en el Verano, por los grandes calores; no tiene razon. Porque de Napoles à Roma no se puede passar con esse mismo tiempo del calor: y aun en la misma Roma no se puede entrar, ni aun estar: y no por esso en tantas historias que leemos de Santos que han padecido en Roma, la llaman pestilencial. Quantimas, que en la Isla de Sardeña ay partes muy sanas, muy frescas, y muy regaladas para qualquier tiempo del año. Y lo son la ciudad de Caller, donde ay viñas, y jardines muy regalados, y puerto de mar. Y Sasser abundātissima de viñas, jardines, frutas, y frescas aguas, y muchas. Y todo lo que llaman la Barbarja, que en los meses del maior calor, tienen frio por ser tierra montuosa, que tiene casi la mitad de la Isla toda tierra sanissima. Y assi no tuuo razon de llamar pestilencial à Sardeña. Y tengo por cierto, que si alguno le pidiera, porque dezia à Sardeña pestilencial, no hauiendo lo dicho nadie: que el mesmo no supiera dar dello razon, que conuenciesse al que supiera las que aqui hemos trahido.* En iam nobis Aduersarius tradidit causam, ab ea cecidit. Quid plura? Sanctissimus pater Paulus III. Breuiario quod edi fanciunt (à quo postea Breuiarium Pij V. Sanctorum transcripsit historias) facilè damnat historicum, qui marte suopte verbum illud inseruit, *pestilentem*. Hæc sunt verba Breuiarii Pauli 3. *Alexander Mammea Pontianum in Sardinia insulam cum Philippo presbytero relegauit*. Polybius Historicus Grecus lib. 1. ex Thusca vulgata, inquit. *Sardigna Isola eccellente, é di grandezza, e di moltitudine d'huomini, e d'ogni sorte di frutti, &c.* Annales Pisani. *Depredosi così famoso è ricco Regno*. Diodorus Siculus lib. 4. *Aristęus progenie deinceps in Cò relictas in Libyā remeauit, & classe à matre Nympha instructus in Sardiniam transmisit, eamq; pulchritudine Insulæ captus inhabitandam sibi delegit.*

Sard. pestilẽs non est

Sard. insula excellens.

Habes hic pulchram, excellentem, & celebrem: pulchrum autem non est quod peste tabescit, famosum non quod infame; infame autem pestilens est. Deniq; non excellens, excellentia nobilioris & pretiosioris extorre; nobilius verò, pretiosiusq; Salute quid, queso? Annosam gentem, canitie venerandam Sardinia continet; in illis adhuc locis morbosis. Sarrabina regio, Bosanensi, & Arborensi morbidior est; dierum tamen antiquos ibi 70. 80. 90. & 100. annorum quo pollentes agnouimus. Maternus Auus noster Antiochus Paphis (ex antiquissima Paphos familia) qui totam illam prouinciam gubernauit, annos supra centum decem natus occubuit. Cognouimusq; dum ibi degeremus, plusquam 200. vtriusque sexus 70. & 80. annorum senes. Maram Calagonis, propè Calarim 10. mill. infesti aeris nota scimus inustam; nihilominus æuo nostro venerabiles admodum senes agnouimus, plusquam 50. (est enim oppidum satis exiguum, parens nostra) qui extremę senectutis onus, animi, corporisq; vigore sustinuere. Et quidem paternus Auus noster Ioannes Conteni, quum fati sui munus impleuit, centum attigerat annos.

Nil igitur pestilentis habet Sardiniæ cœlum, nil infiuit noxii, nisi humanę libertas arbitrij sibimet, intemperantię gratia, comparet nocumentum. Natus abdomini non est Dominis; desinit esse Dominus, cui venter est dominus. Qui igitur in Sardinia sanus esse desiderat, appetitus habenas strictiùs moderetur. Natura paucis contenta: Sardinia libis abundat, carnibus, piscibus, caseis, vinisq; affluit pretiosis, & optimis; temperet incola, abstineat accola, caueat inquilinus. *Mater sanitatis est abstinentia, mater ęgritudinis voluptas*. Hiero. in epist. *Nihil sic ægritudinem fugat vt moderata refectio. Exundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ęgritudines generat*. Chrisost. super epist. ad Heb. serm. 29. Quod igitur intemperantia perpetrat, cœlo Sardinię culpæ non detur.

Solum Sardiniæ.

SOlum Sardinię ferax auri multis locis, prǽsertim ciuitatis Grecorum, vulgò

Ygle.

Yglesias. Doctor Carrillo in Relatione, §. 6. *La ciudad de Yglesias tiene en su districto muchas minas de oro.* In Montibus Orgosolij copiosam, ingentemq; auri fodinam vidimus hisce oculis, sub fimbrijs Montisnoui; riuulumq; ipsis auri venis enatum, qui vndas ocreas per angustissimum fert alueolum. In Montibus Calaritanis, singillatim in cliuo montis Baratzini, vbi S. Petri extat Ecclesia, quam de Paradiso nuncupant, auri vena aureis scatet arenis, quodam è fonte munito fornicula, quem Sardi *Aqua deis dolas* appellant, habet enim fons ipse virtutem doloribus medendi. Argentum quoq; gignit Sardinia: ita Architrenius, *India Ebore, argento Sardinia, & Attica melle.* Solinus, c. 9. *in metallis argentarijs plurima est: nam solam illud argenti dines est.* Rauisius in Cornucop. *Sardiniam argento fertilem.* Thomas de Castellone, in Insulario; *sono in quest'Isola le miniere dell'argento, che con poca spesa si caua presso la Città de' Greci.* Maginius Patauinus in Geograph. *ella è ricca, e fertile d'argento.*

Sardinia aurifera.

Sardinia argentifera.

Alia itidem fert Sardinia genera metallorum, ferri, plumbi, sulphuris, aluminisq; venas. Dimas in Chronica SS. Sardin. *En Valdeyglesias muchas minas de oro, y plata, y ay minas donde Sacan vn terniz que llaman Galaaça, para hazer vidriado.* Doctor Carrillus ferri fodinas meminit: *à mas de las dichas cosas, ay minas de hierro, que se han sacado dellas mucho, y muy buen hierro: agora no se trauaia por auer muerto vnos maestros de Vizcaya, que vinieron para esto.* De alumine Plinius lib. 34. c. 14. *gignitur*, inquit, *in Hispania, Ægypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa, insulis Sardinia, Melo, Lipara, Strongile.* Andreas Baccius Elpidanus, de thermis, lib. 4. *tellus alioquin metallis fecunda, argenti, plumbi, atq; stanni, quę à dextris Calaritani promontorij fodiuntur: inter quæ Sardoum alumen.* Bergomensis deniq; vt cœteros transmittamus, in supplem. lib. 3. *Vi si trouano le miniere dell'argento presso alla Città de Greci, doue si caua con poca spesa. Vi sono quelle dell'alume, &c.*

Ferri fodinæ Sard.

Alumē Sard. Plūbū stannū in Sardi.

Nascuntur ibi lapides pretiosi, Cyanei, Amethisti, Saphiri, Sardius, Sardonyx. *Vna mina de Turquesas finas; que por ser las minas muy hondas (que tienen mas de 300. braças) y dificultosas de entrar, dellas no se aprouechan.* Inquit Doctor Carrillus, fodinam hanc Thalassitum apud Græcium inueniri. Et quidem tempore Ducis Gandiæ, venas lapillorum pretiosorum detectas, nimirum ad oras Calaritani promontorii, Hispaniamq; plures transmissos, exploratum habuimus & compertum. Sardonyx primùm in Sardinia reperta à multis Auctoribus perhibetur; scribit Textor in Epithet. *Sardonyx gemma est primum reperta in Sardinia, quam qui ferunt, dicuntur Sardonichati.* Meminit Brixellensis in Thesa. *Sardonyx lapis pretiosus primùm repertus in Sardinia.* Gemmā vocat etsi lapis. *Igitur ad meridiem Sardonici montis, (est enim Sardonyx, mons ab Iadi Ostijs, haud procul ad Orientem, a Sardonice lapide nomen deducens, qui in eo præluciáus cæteris abundat)* Scribit Marius Niger in Geogr. Commen. 10. De Sardio Ioannes Ianuensis in suo Catholicon, inquit, *à Sardinia insula dicitur, Sardius Sardy, quidam lapis pretiosus, & dicitur sic, quia prius sit repertus à Sardis.* Lapicidinæ ibi generum diuersorum; tametsi candidi marmoris expers, conspicuos habet lapides. Pantheonis Romę columnas (si vetusto cuidam nobis exhibito creditur monumento) è quodam Sardiniæ monte repertimus excisas. Quin & illas quæ Baptisterium Ciuitatis Pisanę fulciunt, & exornant, testantur Pisani Annales ex Sardinia Pisas, aduectas, mariq; commissas, in portu S. Reparatæ.

Lapides pretiosi in Sard.

Columnę Pātheonis & Baptisterij Pisarū, ex Sardinia ductę.

Iam verò Sardinię tellus, tota fertilis & amena est. Fertiles campi, colles aprici, saltus innoxij, opaca nemora, munifica syluarum genera, talis ac tanta frugum, & vitium felix vbertas, taliaq; pecudum vbera, vt miram caseorum copiam non modò Sardiniæ verùm & alijs quoq; exteris partibus copiosè prouideant. Transmittimus cętera quæ passim apud Scriptores inuenies, pecus, armentum, carnes, & coria, vina optima colliguntur; muscata, firmissima, loras, palęstritas, edėtula, cibaria: tandemq; illa Sorsi, Quarti, Syrargij, Synai, Maræ, Cretica vina, vulgò Maluasia; demum illa Sarribensis prouinciæ Farnacia, Granacia, Farnacina; Ecquid vinula; diuersorum locorum & regionum, ecquid hisce vinis egregijs comparanda? De pane Sardinię silendum potius, quàm parùm fandum. Panes illos Campaniæ Calaritanę, laude quis æquet? Frumento Sardinię quali quantoq; par alterum? Canescit, rubescit, pinguescit Sardinia tritico fortunata; laus olim, & impræsentiarùm peculiaris est huic. Ægyptus similaginem conficit è tritico suo, gloriatur Italia frugū parens, ast ijs non cedit Sardinia. Sufficit (ne tot elogizantium pompam scriprorūq; ceterum huc adducamus) à grauissimis, antiquissimisq; Scriptoribus, horrea Roma norum Sardiniam nuncupatam. Sufficiant inquam isthæc. Lucanus li. 3. de Sicilia, & Sardinia loquēs ait: *nullas terras magis complesse Romana horrea.* Et Prudentius lib. 2. in Sym. *eadem rumpi congestis Sardinia g ranarijs.* A Floro li. 4. c. 2. *Sardinia, & Sicilia vocantur annonæ pignora;* Et à Valerio Max. l. 7. c. 6. *beatissimæ nutrices Romæ,* Et à Saltuian o Massil. l. 6. de vero Dei iudicio: *Fiscalia hornea, & vitules vena.*

Viva Sardiniæ.

vena. Franciscus Iuretus in Miscellaneis lib. 9. super epist. 39. lib. 9. Quinti Aurelij Simachi, ibi de Sardinia sic loquentis. *Nihil enim de Sardinia reportauit* (scilicet eius filius) *quàm bonam conscientiam, horreis autem tantum frugis inuexit, quantum illi prouincia anni fortuna contulerit*. Verba autem Prudentij hęc.

Nec dat vela fretis Romana, nec horrea rũpat,
Sardorum, congesta vehens granaria classis.

Horatius carm. 1. *Opima Sardiniæ Segetes feraces*, Baptista Pius, *Sardiniæ feracis agros*. Petrarcha, *Sardinia diues*. Vide apud Rauisium in Epithet. Extant apud Pausaniam lib. 10. Diodorum lib. 5. aliosq; perplures Sardinię soli fertilitatis elogia. *Incolæ pro nutrimento vtuntur lacte, melle, carnibus, quæ regio hæc affatim præbet omnia, Amenissimi enim campi*. Is ipse Diod. lib. 4. *Vbertate frugum vsque adeò celebris euasit, vt Carthaginenses opibus postmodum aucti; multa, potiundæ eius desiderio certamina susceperint*. Consule Thomam Castillonensem in Insulario fol. 47. Leandrum Albertum in descriptione Italiæ, recentioresq; alios.

Ea pars quę Corsicam spectat montosior est, amęni autem, humanisq; necessitatibus vtiles mõtes; planior, feracior tritici eadem versùs Africam pars. Ioscphus Rosatius de mundo, & suis partibus, ibi de Sardinia. *Verso Corsica è più aspero, che altroue; e verso Africa è più dolce, e più fertile abonda di frumenti, e bestiami, perche fà tanto grano, che ne manda in Spagna, & Italia.* Hac de ipsa Meridiana Insulæ parte, quam Aristæus excoluit, loquens Marius Niger in Geograph. *Ipsamq; frugum abundantia, præcipuè tritico spectatissimam*. Nihilominus Borealem Logudorij plagam amenissimam esse inficiari non possumus.

Sunt in Sardinia equi ab Auctoribus celebrati, veloces, ignei, belloq; fulgurei: neq; agrestes pauci, qui heros minimè norunt. Generosi, spectabiles ad decorem, sublimi statura, ad maiestatem, re bellica posthabētur. Exili pretio solent emi: & quamuis vt Germanorum, Hispanorum, Italorumque proceri non sint, nullo negotio illis robore, agilitate, vigore, pulchritudine, strenuitateq; cedunt equis. Quid aliud Mercatores ibi agunt, nisi quotannis ad Hispaniã, Galliam, & Italiam naues tritico, caseo, corijs onerare? Quòd si Sardi paulò magis rebus suis intenti essent, tanta tritici aliarumq; rerum affluentia sibi in sua terra compararet, vt Siciliam fęcunditate, rerum copia, atque omnigenis soli poliq; diuitijs anteiret. Incusatur hic negligentia colonorum, desideratur in ipsis industria maior. Quorum incuria, tellus illa naturę dotibus cumulata, oleum non producit, cum olei abundantissima esse posset. Siquidem passim in syluis suapte natura, & sponte oleastros profert, quorum vastissimas atq; densissimas in Calaritanis mõtibus syluas agnouimus, ingemuimus. Ast iam annis oleas, quæ satis feliciter laborem cultoribus compensarunt, Sardinienses alma cum emulatione plantarunt. Cęterùm loco olei, animalium vtuntur pinguedine ad nocturna domibus lumi naria. Conficiunt etiam ex Lentisci semine, quod lingua vernacula *Ollostincu* appellitant, oleum. Non iccirco carent oliuę oleo; illuc etenim à Balearibus insulis, & Liguria deuectatur.

Venationem habent maximam, rusticique multi ex sola viuunt venatione, ipsisq; ea sola voluptas. Abundat siquidem regio illa ceruis, capreolis, damis, & apris; & quodam animali, quod Mufflonem vocant, quodq; in tota Europa alibi minimè reperitur. Habet corium pilosq; instar Cerui, instar arietis, non longa sed retro circùm aures reflexa, cornua; magnitudinem retinens mediocris Cerui, quod solis herbis, arborisq; vescitur frondibus. Meminit Pausanias lib. 10. Plinius lib. 9. c. 49. Leander Albertus in descriptione Italiæ, ibi de Sardinia, omnesq; propè qui eius de rebus scripsere. Aucupium insuper copiosum, retibus, laqueis, iaculis. Anates, Ardeas, Grues, Cignos, perdices, Anseres, Fulicas, Phęnicopteros, auesq; diuersas comestibiles facilè capiunt incolę. Nullum gignit Sardinia Lupum, Vrsum, Leonem, Draconem; Basiliscum, nec vtiq; serpentem alium venenosum, quàm viperam, aspidem, buffonem, Taranrulam, Scursionem lethiferum animal caudatum. Scorpium, & Solifugam; perexiguum animal, rotundum ad instar candyli; guttisq; varijs maculatum, vulgò *Arxa*, aranee simile. Arquer, anceps loquitur de huiusmodi animali: *at ego nec animans istud, nec homines, eius veneno interemptos vidi*. Verùm nos sępenumerò, & animal, & homines vidimus venenatos. Scatent enim Sarrabēses agri, pestifero lethaliq; huiusmo di araneolo. Quod quidem Sarabicolæ *Arrãgiolu pizzadori*, vocitant: oportetq; in calidissimam mirti fornacem, extensum in tabula, vt à morte euadat, septies iteratis ac contiguis vicibus hominem quem momor dit; seu ferro ignito partem lęsam exuri. Nõ tamen ad pristinum redit statum, sed semper deinceps, lingua, mente, & corpore lęsus, & contaminatus existit, vt experientia comprobauimus, vidimusq; huiuscemodi homines, curriculum vitę ducere, à mente ferè desertos, corporisq; viribus destitutos. Silius Italicus veneno penitus Insulã canit extor-

extotrem. *Serpentum tellus pura, ac viduata veneno* Idipſum de ea pluſquam 200. teſtantur Auctores. Temporibus verò B. Georgij Epiſcopi Suellẽſis (cuius feſtũ Epiſcopus Frãciſcus Fara in ſuis cõſtitutionibus Synodalibus quas in oppido S. Iuſtę Arborẽ. Diœceſis legimus aſſeruatas, cõmẽdat) Draco extitit in Sardinia; qui domiciliũ habebat in ſpelũca illa, quã incolę nũcupant, *Somu de Satana*, in territorio Suellenſi, quam & vidimus. Hunc Vir Sanctus Crucis ſigno extinxit.

In Sardinia vulpes infeſtat, aſtuta, cauta, fallax, olida, ſagax, ſubdola, ſæua, rapax, inuentrix mille dolorum. Occidit arietem, capram, tenellumq; vitulum: quin & puerperam vaccam adorta, pendentia dentibus arripit vbera, fixis inhęret, appenſaq; mammatam ſiſtit; collapſæq; lacerum amputat vber, ſi vna eſt vulpes; ſi autem, vt ſæpius, plures, iacentem vac am, vel buculam angunt, in fauces coarctant, iugulant; Hæc tãdem bellua graue detrimentum gregibus infert, multumq; iacturę ex ea fert inſula. O audácem! correptum agnum vel hædum imponit dorſo, verſoq; illuc capite, torto collo, prædam ſuper dorſa fulciens dentibus, currit ad latebram. *Vrpi* vocant Sardi; & quia ſibi margines fodiunt habitacula, *Margiani* appellitant; aliàſq; à fraudibus quas exercet, *Frayzu* nuncupant: eſtq; apud carmicenes verſus, quum aliquem volunt hominem taxare vitio. *Fait comente y ſu Frayzu, ca perdit ſu pilu, e noy ſumbizzu.* Hoc eſt; Vulpi ſimilis, quæ prius amittit pilum quàm vitium. Arridet ſanè verſui quẽ Textor in Epithetis ponit de vulpe. *Corpore quot pili totidem ſunt pectore fraudes.*

Armenta ibi Galeſina, Vmbriæ boues, Mæuanię tauri, equi Niſei prętantiſſima corporis forma: volucres Elidęi: Neſij Regij; ſiquidem Rex Catholicus Philippus II. in Sardiniam ex ſuo equili generoſos tranſmitti fecit equos; quorum ibi genus adeò diffuſum & propagatum eſt, vt omnis fere inſula ſit referta: ex quibus indies ad peregrinas partes, Neapolim, Romam, Barchinonem, Ianuam non pauci tranſuectantur; vt Carrillus in ſua Relat. meminit. fol. 57. Ibi Aſturcones, Tollutarii, Succuſſarii, vtq; dictum belli fulgura Manni, de quibus Ranſiſius ex auctoritate multorum *ex Tyrrheni* fatur, *maris inſulis, præſertim Corſica & Sardinia adducuntur breues admodùm ſed animo generoſo, atque audaci ingreßu, & irrequieto.* Ibi renera greges ampliſſimi, oues Ægyptiæ perſęcundę, arietes quatuor & ſex cornibus emunitis: Caprarię, Fortunatarumq; caprę, optimi lactis feraces; ex quo quinq; ſexue caſei varietates artificio coaleſcunt; ſpecies efformantur. Omittimus animantes vtriuſq; ſexus venaticos, cuniculos lepores, Echinos &c. Sed & Martulas, & Muſtelas habet Sardinia, haſq; *Buccameli* vocant ruſtici. Scribit Plinius vti mirificum, Sues Arcadiæ adeò Saginari, vt ſoricem in cuiuſdam præpinguis corpore nidificarit: quod tamen haud mirum, haud nouum eſt in Sardinia. Vidimus enim præpinguis à Sorice foſſas nates, intuſq; abſtrudi: nec ipſe quicquam ſus, adipis ergò, ſentire dolorem; quiẽs in cauea, dormit, & iacet, quin ſe ſe tantillum ad ſubrodentis hoſtis agitet, nec moueat, ictus. Quàm verò abundet glandibus, quæ ex nemorum regionis illius diuerſis variiſq; locis producuntur, vel in primis teſtimonio eſt, quòd cum infinitam penè porcorum multitudinem Sardiani generis homines alant, & ad priuatos vſus, & ad neceſſarium Maieſtatis exercitibus apparatum, iis cunctis abundè Sardinia ſubminiſtrat. Fiunt enim ſalſuræ mirabiles, & in vtramque pernæ, petaſoneſq; prouehuntur, Heſperiam.

Equis Sardi. Regalis genus.

Caſei varietates 1 Sard.

Medicas herbas mirificæ poteſtatis habet, quas oppidanę mulieres (quo neſcio callent inſtinctu) non enim ſunt in Sardinianæ Ciuitatibus, demptis, medici; Ibi natura magiſtra ipſa ibi, quas ab Auctore nacta eſt, ſingularem in modum virtutes exercet. Vnde, ſicut eius agri non quidem fluuiis, neq; elicibus, ſed cęleſtibus imbribus irrigantur, ita Sardinię populi naturę ſolius induſtria, cura, ſolertia medicãtur. Et quidem ſatis ſuperq; viuunt: & quidem robuſti, & validi: & quidem pauci rariq; languores; podagra, calculus, paralyſis, hydrops, ibi rariſſimè reperiuntur. Quodq; felicius, apud Sardos Lymphatici ſeu fanatici ſpiritus fere nunquam. Si autem aliquando acciderit, vniuerſos terror inuadit, habeturq; prodigii loco. Habes in monte Lymbara in Gallura, medicas herbas omnigenas, iſque locus Herbolariis, & ſimpliciſtis inſignis, amicus.

Sardis natura medetur. Et tamen ſe neſcũt In Sardin. fere nunquam dæmoniaci reperiũtur.

Multa de Sardonia ſcribunt multi, vera planè Solin. c. 9. *Herba Sardonia quæ inde fluuijs fontanis prouenit largiùs iuſto. Ea ſi edulio fuerit, veſcentibus neruos contrahit, rictu ora diducit, vt qui mortem oppetunt, velut ridentium facie intereant* Pauſanias lib. 10. *Eadem inſula eſt venenorum omnium, & lethalium ſtirpium expers. Vna eſt herba pernicioſa, Apio perſimilis. Qui eam comederint ridentes emoriuntur. Ex eo Homerus primùm, alij deinde poſt eum, Sardonium eum dixerunt riſum, qui ſimulatè & cum ſtomacho ederetur.* Meminit huius herbæ Dioſcorides lib. 2. c. 166. Ranunculum, ſeu Batrachium, vocans. Vidimus non ſemel hãc herbam; cuius eſu apud Trexentanam regionem, patulis dentibus.

Sardonia herba.

B

tibus,distentoq; rictu, equarum armentum interijt. Herba tandem venenosa regio illa abundat,nempe Lactaria, quam incolæ *Lua* vocant; hęc proiecta in aquam, totam inficit, pisces enecat, qui moribundi ad ripam fluminis seu lacus egressi, facillimè capiuntur. Alia ibi nascitur venenata herba, Peplis latinè quę lactarijs quoq; stirpibus congener,aquas venenat, piscesq; perimit. Hæc fortan ea est ipsa, quam Sardi *Truisca* appellitant. Rubia demum ibi lanas tingens; herbarumq; nobilium medicę artis copia singularis.

Diuersa legumina, cicer, cicercula, faba, lenticula, lens, Phaseolus, Pisum, colliguntur abundè. Fructuum autem vbertatem atque bonitatem pro dignitate quis differat? Frugiferæ arbores multigenæ sunt, & harum quidem biferæ, vitesq; etiam biferæ atq; triferæ nonnullibi reperiuntur. Siliquę suamet sponte natiuæ, atq; satiuę: Castaneę,nuces,palmę,Pruni, Pyri,Cerasi, Amygdali, Sysarum,Cyperi,Ficus, Citrus,malus Cidonia, malus citrea, Præcoperfica, Ilex,Quercus,Suber,Robur,Ornus, Iunipe rus,Lentiscus,Laurus,Vlmus,Fraxinus, Hędera,Myrthus,Arbutus,Alnus,Buxus, Ligustrum,Morus,Olea,Persicus, Salix,Salsicortex,Sycomorus,Spinus, Taxusq; demũ, non vt Hispanica, venenata, cuius vmbra lethalis est. Prætermimus peponum,cucumerum, omniumq; propè terrestrium frugum genera, quę ipsa producit, ne longiùs protrahamus.

Mare Sardiniæ.

Corallorum fruticibus opulentum: à mari siquidem Bosanensi, Algarensiq; per ambitum Calaritani ad pelagus vsque Septemptrionale collectanea corallorum abundantia est: præsertim ad Caralitonem, sinumque Sarabinorum, (vnde & sibi nomen asciuit, *Portucoral*) referta sunto ptimis corallis maria. Verno tempore 200. & 300. Ianuensium,& Francorum coralicipes videris oras. Vidimus planè dum Sarabinensium curam olim gereremus. Sunt preterea Sardo pelago mirę Thunnarię,sitq; piscatio copiosa in Asinaria insula, portu Scusi,Pallo,Grecij,& S. Petri. Pisculentissimum quoq; est mare Sardoum,piscium in quam diuersitate refertum. Scatiraię ibiq; Scatine, Auratæ, Mulli Ardię(vernaculè, Sabogas) Linguati, pagelli conspicui (pretiosissimum quidem genusq; piscis vtique saluberrimum) Acus, Anguillę,Barbo,Carpio,Cephalus,Concha, ostrea, Conger, Cãcri, Cordyllę, Cochleę, Locustę, Lusciua, Murena, Murex, Sepia, Trocta, Trissæ, Vrticæ, fellis, pulpo, alijque multigeni pisces incolunt fretum hoc. Balena itidem, & Orca ab Oceano per Gaditanum ostium sępius intrant;æuoq; nostro Balenã, in littore Hieremeæ, Calaritani freti, Sardi mortuam inuenerunt,eiusq; adeps biennio ipsis deseruijt vsui. Piscatio itidem copiosa est in freto Sardinię, marini Echini; Luccinarum,Purpurarum, Margaritarum, & Vnionum,Tellinarum,Chamarum,Scorpionum,marinorumq; Draconum, Pastinacarum, Menarum.

Mare Sardiniæ ferax coralij.

Thynnarę i mari Sardiniæ. Pisculentissimum mare Sardiniæ.

Balena in mari Sardoo

Salinę verò inexhaustę coalescunt, nec vno tantùm loco, sed multis. Meliores, vberioresq; sunt prope Calarim, in qua certis quibusdam anni temporibus datur ciuibus sal gratis satis vbertim. Cęteris verò exili venit pretio. Sale Calaritano onerantur assiduè naues in Angliam aliasq; partes. Paratur autem hoc modo: ingreditur hyberno tempore aquę maris in quædam stagna, quę ob id Salinę vocantur; vbi postea æstiuo tempore solis feruore coagulatur in solidissimum salem: mensibusq; Iulij & Augusti, sal extrahitur, aut magna eius pars;nam totum extrahere necessarium nõ est;neq; id sine magnis impensis fieri posset. Sunt præterea plures Salinę alio loco, Deo auspice memorandæ.

Flumina,fontes,piscinæ,balnea.

Quia de Sardinię fluuijs alibi fiet sermo, aliquot hic, à Ptholomeo alijsq; Scriptoribus celebratos, excurrimus. Themus fluuius minacissimus Occidentem versùs; quem Bosæ perluentem męnia non ambigimus, vt ex diuersis habemus. Thyrsus, (cui, vt Auctor est Marius in Geographia, ab Herculis filio datum nomen) per Arborenses spatiatus agros, mediam præterfluit insulam. Appellitant etiam fluuium hunc, *Thorsum*, Scriptores, vnde leso vocabulo *Frumentorju*, hoc est, *flumen Thorsu*, finitima littora, marisq; ostia vocant Incolæ. Ingens inter Scriptores circa fluuiorum, vrbiumq; situm disparitas intricatur, immodicæ discrepantię subiacent; idq; nimirum ex eo nascitur,quòd res ipsis nonnisi ex relatione constiterint. Nos iccircò eorum varietates accuratius attendẽtes, veritatemq, studiosius explorantes, *Sacrum*,amnem illum accimus qui Gręcij Littus influit:quemue *Bauarena*,vocant, qui quidem antiquitus Calaritanam oram illam, vulgò *Portu fangosu*, influebat;nunc verò superius:Ptholomeus in Tabula,Marius,& complures, eũ lõgè sub Thorso constituunt, nec alium,quàm Vtæ

flumen

flumen inuenies insignitum, dignumq; ab Antiquariis celebratu. Seprus, vel potius Serpus fluuius, proculdubio, iuxta tabulam Ptholomęi, Procerumq; geographiam descriptorum, fluuius ille est, quem Sardi *Flumendosa* vocitant. Marius ait. *Seprus amnis; Sufalea vicus* (alij regionem dicunt) *Hic primùm Calaritanum insurgit, cui eiusdem nominis adest sinus, & in eo Calaris ciuitas.*

Hinc patet, *Susabæam*, vel Susalęam, regionem esse Sarrebensem, Villam Maiorem, euersam cum toto districtu Asoris, & Pellidorum valle, Piddia vulgò: *Susabæam contratam* inquit esse Leander Alberto in qua Scriptores Esaronesios, & Ruacenses ponunt. Quę quidem nomina adhuc retinet ætas nostra; Sarreuesios, nuncupant Esaronesios, mutata .n. in, u: Ruacesios, nomen antiquissimi oppidi, iam deleti, *Sarruy*, nuncupatum. A regione hac Satrebensi, Calariranum incipit; nec dicendum, Pulę sinum, seu Promontorium, esse Calaritanū isthoc; quandoquidem sinus, & ora Santa Luria, *Calaritoms*, à multis Auctoribus appellitantur. Serpus tandem, à Serpendo dicitur; serpit enim fluuius ille, qui eodem ex tractu, quo Thorsus, erumpit. Vocatur etiam alio nomine *Desis*, ab Isis nomine, quam Ægyptij, Esaronesiorum, seu Sarrabēsium, teste Fara, conditores, loco numinis habuere. Est insuper animaduertendum; quemadmodùm Thyrsus fluuius, ab Herculis filio, nomen accepit, ita Serpum, à *Thoosa*, Phorci, Regis Sardiniæ, genitrice, sibi vocabulum deriuasse Siquidem lęsum nomen, *Flumendosa*, Flumen Tosa, refert. Primi namq; terræ coloni, montibus, fluuijs, locis, & fontibus, seu conditorum, seu idolorum, quę colebant, seu deniq; quas amabant rerum, nomina imposuere. Hierus fluuius; hunc nescimus. Cedrus, aliud à Scriptoribus celebratum flumen, versùs Olastriam ponitur; nec alium arbitramur, nisi flumen *Duronne*, quod fluit de montibus Fonnidis; cui se miscet in saltu Nuori, Orco Solij fluuius. Si iste non est, *Cedrus*; Chyrrę, animo nobis, amnis insedit.

Fontes pręcipuę, celebrisq; virtutis, in Sardinia multi sunt; quorum aliquos incolę aliquot Veteres prędicarunt, scriptisque consignatos posteritatibus reliquerunt. De illo tam seculis prodito, territantissimo insjurandis, fonte mirifico, omnis Geographorum, pari præconio, cętus intonuit. Solin. c.9. *Quicquid aquarum est, variè commodis seruit. Stagna pisculentissima: hybernæ pluuię in æstiuam penuriam reseruantur. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cælo habet. Hoc collectaneum depascitur, vt sufficiat vsui, vbi defecerint scaturigines, quæ ad victum vsurpari solent. Fontes sanè calidi, & salubres aliquot locis efferuescunt, qui medelas afferunt aut solidant ossa fracta, aut abolent à Solfugis insertum venenum, aut etiam ocularias dissipant ægritudines. Sed qui oculis medentur, & coarguendis valent furibus. Nam quisquis Sacramentum raptum negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium non est, cernit clarius. Si perfidia abnuit, detegitur facinus caecitate, & captus oculis admissum tenebris fatetur.* Dionysius Afer in suo Poemate de situ orbis, Prisciano interprete, ibi de insulis, ait.

Fontes periurij in Sardo.

Sardiniæ postquam pelago circumflua tellus
Fontibus è liquidis præbet miracula mundo;
Quot sanant ægros, pandunt, damnantq; nefandos,
Periuros furto, quos tacto flumine cæcant.

Ioannes Camertis in Commen. Iulij Solini; *irrigarent*, inquit, *huius generis fontes hoc tempore utinam terram omnem; ut terrore falsim pœnæ à tot mendatijs, ac periurijs homines abstinerent.*

Huiusmodi fontem fuisse, hodieque extare inficias nullas imus: virtutem hanc tamen a natura ipsi inditā diffitemur. Quatenus tum temporis Ethnicæ superstitionis embolijs, tricone Diabolo fascinante, gentes pellectę, similes artificij stygij Cataclysmos expessę, furebant. Pulchrè Thomas Castillonensis, in Insulario, fol. 47. hac de re *Al tempo antico v'era una fontana con le antiche superstizioni, della cui acqua, se alcun ladro per modo di giuramento s'hauesse lauato le mani, e gli occhi, giurando di non hauer commesso il furto, di che venina incolpato, subito s'acceeaua. Se giuraua il falso: ma gl'occhi li veniuano più chiari, e belli se non hauea rubbato la cosa appostogli. Tuttauia non si hà di questa fonte hoggi, nè del luogo, alcun indicio.* Idipsum omnes fere 30. Viri grauissimi contestantur. Doctor Carrillus, in Relatione Sardinię. §. 5. fol 54. & 55. loquens de hoc fonte, superstitioni, Dęmonisq; pręstigijs tribuit: eiusceq; locum sitiens explorare, cuiusdam montis in vertice sibi relatum scribit ijs verbis. *He hecho diligencias en saber en que parte del Reyno podrian estar estas fuentes y vna persona graue me refirio, estar en un monte que llaman de Oliena, en donde en el alto del monte ay una cueua, y à la entrada un pozo tan profundo, que hechando piedras por la boca del, no se sienten mas, por ser tanta la profundidad, que se pierde el sonido: y assi mismo mas adentro una fuente cristalina, y mas adentro ay otras cueuas, y profundidades donde no se atreue nadie à entrar: y el uulgo tiene concebido, que qualquier que sube y entre, muere dentro aquel año. Esto es lo que he podido rastrear desta supersticion, porq̄ estas fuentes no se hallan ni conocen en Sardeña.*

Fontes plures erant, nedum fons, vt patet ex omnibus qui de ipsis egere; quocirca, fons mõtis prędicti Olyenę vnus ex eisdem erat: alij verò, & ij pręcipui, fontes erant apud Sehuyum Montem, ab incolis, *Aquery* nuncupatum. Fuit mons iste semper Ethnicis Sardis superstitionum locus, & cętrum; vbi per ostium quoddam intrantes (extat adhuc sceleratus, hic adytus inter rupes) oracula Dęmonum quisque sua de re, varijs phantasmatum formis apparentibus, expectebant. Huc affluebant populi ad periurijs, furtis, atq; perditis consulendum: hoc erant loco extantq; adhuc, fontes, tantorum ac talium pręstigiorum, dolorumq; pellectis gentibus instrumenta. *Aqueryu* vocant Sardi; infame quidem & apud eos terribile valde nomen; quem vulgus tartarorum os esse credebat ob crebrerrimas visiones quę ibi solebant apparere. Audebant rustici (aliquot nostro adhuc ęuo aliquando) illuc adire, amissam ouem, equum, bouem, suem remue aliam quęsituri. Cuius rei facinus, dum per illas nos partes interdum Ecclesiasten ageremus, acriter increpantes, inanes, & futiles esse accessus illuc, ostẽdimus. Ad nostra igitur vsq; tempora superstitiosi huiusmodi loci extant vestigia; quãdoquidem, & iusiurandum ibi, & superstitiosas compaternitates pelliti clanculum faciunt, nec impunè: siquidem pęnas exoluunt, re comperta. Nomen autem Montis huius Thuscum est; fuerunt enim, vt suo loco dicetur, primi Sardiniæ coloni Thusci, hasq; montosas partes è vestigio coluere, & quãuis, quo nunc, tum temporis idiomate non vterentur; nomenclaturas tamen locorum, ad vsuale vernaculum posteri redegere. *Aqueriu*, læsum vocabulum est, à Thusco, *Acque rie*, hoc est aquæ prauę, malignę: nec mirum, cum sępius innocentem Diaboli ministerio excęcarent, reum autem illustrarent: vnde & sibi nomen ab earum effectibus asciuere, *Acque re*. Sunt montes illi concaui laticum pleni, celebres quidem, cunctisq; sic noti, atq; exosi, vt nominato, *Aquery*, stent propè comæ; Inferniq; barathrum adumbretur. Erãt, & aquæ huiusmodi apud oppidum *Abba Santa* penes Guilarsam.

Aquery mõs Ifamis in Sardin.

Fõtes autem qui medelas, iuxta Scriptores, afferunt, ossaq; solidant, non pauci quidem sunt: obiter aliquos tangimus, ad vberiorem de ipsis nos sermonem alibi remittentes. Venæ Olienę saluberrimæ: aqua spelęi illius quod est in vertice montis Pellye, quem *Santu Pilimu*, vocant Sarabini, mirifica est, potensque ad morbos corporeos expellendos. De huiusmodi specus aqua, dum Parochum ageremus ibidem, libellum edidimus, & Reu. Melchiori Fensę Canonico Calaritano, tunc Visitatori Suellẽsis Dięcesis pro Illustriss. Franc. Squiuel, relationem, quin & testes amplissimos dedimus, extatq; processus, & informatio iuridico stylo, nobis vrgẽtibus, & instantibus, acta, de mirificis huius aquę, in Archiuio Calaritano. Experti sumus eiusce virtutem; quodq; mage, sępius visum, sicca penitus rupe, intonante in summo Sacro, Angelico hymno, *Gloria*, repẽtè manare, simulq; profluere forinsecus Lymphas impetes. Tunc est aquæ illius munificentiæ signum: ac si dixerit, accedat quisquis curari desiderat. Hinc, *Santu Pilimu deis dolus* nuncupant Sardi. De hoc satis hic; alibi fusiùs. Fons ille testudine tectus, in Montecleta, seu S. Petri de Paradiso, in montibus Calaritanis, amplissimæ potestatis est præditus gratia, vnde & nomen traxit, *Acqua de dolus marauillosa*; & in signum suę magnæ virtutis, nec non maximi gentium illuc affluxus, intus, & extra tota ætate nostra vidimus, fontis in vtrisque lateribus, imaginum casulas, ingentis ad ipsum deuotionis indicia, Religionis, obseruantię monimenta. Apud Logudorium fontes mirabiles: apud Orcosoliũ pretiosi; ex quibus illi, *Vena de Montenouo*, *Vena manna*, *Vena de Sant Antiocu*, illique *Sas fontanas cloppadas*, appellitati. Habent enim hanc proprietatem, quòd breui temporis spatio, vini vase ipsis immisso, in aquam sapore, & colore muratis vinum conuertunt: idq; tempore fit ęstiuo: eductis autem vasis, solisq; ad radium vase firmato, paulatim in pristinam redit naturam. Fontes Gallurę, *Lympasa*, *Rensgius*, optimi. Aquę *Lymbara*, ex Boreali latere manantes, pręcipuę sunt, voluptuosę, dulcesq; ex Occidentali autem fluentes, amarę.

De Sardinię medicis fontibus, ad 200. scripsere Geographi: quis adęquet? Elpidianus de Thermis id claudat. *Fontes calidi, ac salubres feruescunt, qui aut ossa fracta consolidant* (id efficiunt aquę Fordonyanę) *quod nos ferro inprimis tribuimus, aut oculorum ęgritudinibus medentur*, (id fons S. Petri de Paradiso) *quod nitro, ærì, & auro cõuenit, vel corallorũ nobilitati ac; fuco hæc littora Corsicæ abundant, siccæ ac adstringentis qualitatis. Horum hodie fontium sub Oristanensi Diœcesi in media ferè insula, aliqua balnearum antiqua remanent vestigia, cum ipsis calidarum scatebris, vix tamen huic posteritati recognitis* (sępius uidimus, impetumq; per circuitum latè fumantis aquę, de rupe propulsus, admirati sumus, hęq; Fordonyanę quidem sunt) sunt & aquę tepidę Viniolis apud Galluram.

Thermę plures in Sardinia, balnea plurima

ma industria nulla. *Non vi mancano bagni d'acque calde molto giouenoli ad alcune infermità, & massimamente frà il Castello di Monte Reale* (vulgò San Gauino Monreal) *e di S. Giouanni* (vulgò Buccaruta) inquit Leander Albertus in Descriptione Italiæ. *Non vi mancano bagni d'acque calde vtili ad alcune infirmità; & in particolare si trouano fra il Castello di Montereale, & di San Giouanni* inquit Thomas Castillonensis in insulario. *Ay muchos baños en el Reyno de agua caliente y templada, en particular en el Condado de Gociano, que ay se ven sus letreros en piedra de los males que curau..., con grandes fabricas del tiempo de los Romanos, ...ue en esto eran curiosos) que oy se ven sus ruynas, que por la poca curiosidad delos Naturales se van perdiendo. De los baños y fuentes que en Sardeña auia, hazen los Autores grande mencion, que curauan de todas enfermedades, y que loguessos rompidos, Soldauan, y curauan de veneno, y las enfermedades de los ojos claros de vista perfecta*. Fatur Carrillo in Relat. Pisculētissimas autem paludes, & stagna remittimus vltra, quum de vrbibus fiat sermo.

Sardiniæ nomina. Primum Citia.

PRimum, ab vsq; primi cunabulis incolatus, nomē *Citia* creditur habuisse Sardinia: idq; ab antesignano eius conditore, *Cithim*. Elicitur isthoc, ex almo codice; consentaneumq; ex sacris expositoribus, innotescit; arridetq; nimirū Sacrosancti Chronici sensui, quæ Genes. c. 10. inquit: *ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis*; En de Isulis, à Iaphetigenis primò cultis, insinuat. Fuit Cethim tertius Iauani (Iaphetiadis) filius; cuius vocis significatio in sacris triplex extat. Primam pro insula Cypro, vt ait Iosephus; cuius antiquę appellationis vestigiū extare dicit in eius insulæ vrbe, vocata Citium; vnde Zeno Citicus Stoicorum princeps; & inde omnes insulas, vt patet apud Auctores immodicos, pleraque loca maritima, Hebræos gentili voce, Cithim, appellare. Altera significatio (obsequimur iis Pererio) est pro Italia, vel pro Italis, seu Romanis: quæ elicitur ex c. 24. Num. vaticinium Balaam his verbis reddit Latinus. *Venient in trieribus de Italia, superabant Assyrios, &c* pro illo de *Italia* Hebraicè est *Cithim*: quam vocem Chaldęus interpretatus est, *Romanos*. Eadem significatio elicitur ex Danielis c. 11. *Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur*. Ly *Romani*. Hebraicè est *Cethim*. Apud Ezechielem quoq; c. 27. illud, *de insulis Cethim*, Latinus interpres dixit *de insulis Italiæ*; Chaldæus verò de Apulia. Tertia est pro Macedonia, vt ex Machabęorum libri prioris exordio patet. Claudit Pererius; *Collatis igitur*, ait, *inter se variis scripturæ locis, videtur hęc vox significare insulas maris Mediterranei*.

Auiè igitur gradiūtur, qui primū Forco tribuunt Sardinię principatum, eiq; primā illuc transuectam coloniam; cùm sit verius, & Sacri Codicis veritati gratius, Iapheti sobolem prius insulas coluisse: Forcus autem Chamæum genus à Scriptoribus perhibetur. Ecquid ergo? Fauet Iosephus, lib. 1. Ant. vbi tradit simul ac linguę dissidia contigere, seiunctos homines terram omnem, quin & insulas repleuisse. *Post diuisionem linguarum, passim dispersi sunt homines, coloniis nusquam non deductis, & quò quemq; sors, & Deus tulit, eam terram cum suis occupauit: vt tam maritima, quàm Mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui confēctis nauibus ad insulas habitandas traijcerent. Porrò gentium quędam adhuc seruant deriuatam à suis conditoribus appellationem: quædam verò eam mutauerūt, nonnullę autem in familiarem accolis notioremq; vocem deflexerunt: Græcis potissimum talis nomenclaturæ Auctoribus: hi enim posterioribus sęculis veterem locorum gloriam sibi vendicantes gentes nominibus sibi notis insigniuerunt, & quasi sui iuris essent, mores, ritusq; proprios in eas inuexerunt* Cuncta hæc ferè Sardinię cernimus contigisse, Græci enim nomē primas in Ichos, Ichnusamq; mutantes, omnia conditorum pristina monimenta priorum, de medio sustulerunt. Seruant tamen hucusque Sardinię loca aliquot *Cethim* appellationis vestigium. Siquidem apud Calaritanum vetustissima ædificiorum extant rudera, populorum inquam sedes, & loca prisca; quorum duo *Cithim* retinent nominis vmbram, ipsum est *Citia*; portus quidam in terminis Castiadas propè Sarabos, quem incolæ *Portu Cintia*, nuncupant: genuinum tamen est *Citia*. Exin vis rei: quippe quò licuit Iosepho ex illo vrbis Citij nomine, Cithim primum Cypro adscribere conditorē; eò nobis, veritatis historicę sacri codicis nixis base, tas erit, eo ex nomine rem fulcire. Iosephus almę nixus historię fundamento, de Cypro sic intulit; pari nos more, Scripturæ verbis innixi, de Sardinia sic inferimus, nomenclata. Extat insuper testimonium Illustrissimi Domini Leonis Cardinalis, & Episcopi Ostiensis, in antiquissimo Chronico Cassinēsi lib. 4. c. 67. de nomine, *Sethin*, in Sardinia, ita fantis. *Sub iam dicto Abbate Girardo, Gunnarius Sardorum nobilissimus, parentū suorum Baresonis, & Tarquitorij Regum vestigia sequens. cum licentia Archiepiscopi sui obtulit. B. Benedicto Ecclesiam Sancti Petri in Nurci, & Sancti Nicolai, ac Sancti Ioannis, & Sancti Petri in Nugulbi, & S. Heliæ, ac Sancti Ioannis in Setin*. Id ipsum

ipſum nomen habent in Sardinia Capripilia, vulgò Xamaellot; à populis Calaritanis, *setynu*, appellitata.

Porrò ſi noſtrę, ò Lector, rationes, exiles fuerint tibi viſæ, tuumq; minus expleāt animum, Iapheti filios Sardiniam incolis non repleſſe, accipe Genebrardum in Chronographia, lib. 1. *E Iaphet, cui contigit Septemptrionalis regio, à Tauro, & Amano montibus Ciliciæ, & Syriæ vſq; ad glaciale pelagus; & Europa vſque ad Gades, Gomer Galatharum, ſiue Gallorum, Magocq; Scytharum: vnde & Hebræi Scythiam hoc appellant nomine, quod & Hieronymus, & Stephanus teſtantur, Madai Medorum, Iauan Ionum ſiue Græcorum, vnde in Hebręo Græcia nominatur Iauan, Iſa. 66. Ioel 3. Dan. 8. 9. & Græci Iones, & quinta eorum lingua Ionica, & mare Ionium, per quod eſt Syria in Græciam. Thubal Hiſpanorum, ſiue Iberum, Iſa. 66. Cethim Cypriorum, quorum ciuitas Citium, quæ nobis Zenonem Philoſophum peperit; propriè Europæorum* (ſiſte gradum hic, pende verba) *maris Mediterranei accolarum, vel inſularum. Vnde Romani, & Itali; Num. 23. & Dan. 11. ſic appellantur, & Gręcorum Inſulani, Eſa. 23. & Macedones, 1. Mach. 8. Dodaim Epyrotarum apud quos Dodonęum oraculum; Rhodamia (nam. 1. Paralip. additur) Rhodiorum.* Pergit Genebrardus, enarrans terrę diuiſionem, locorumq; ſortitionem *Iaphet; cum ſeptem filijs, eorumque poſteris, Europam noſtram, & Septamptrionem, Aſiæ partem obtinuère; hinc Poeta: Audax, Iapheti genus primum ſe credere tranſtris. Antea enim nemo mare ſulcaras: hinc Poetæ aureo ſęculo negāt mare fuiſſe tranctum. Exemplum Arcæ illos* (nimirum Iaphetiades) *in inſulas traxit, quas & repleuiſſe à Moſe memorantur.*

Nec dicendum moras traxiſſe terras habitandi vſq; ad obitum Noè, vt falsò aſſeritur; imò viuente Noe. *Superuixit Noe huic diuiſioni annis duntaxat 10. vt qui mortuꝰ ſit Abraha 58. ipſemet Noe miſſis ſortibus, nepotibus orbem diſtribuit, & cuiq; certam terræ partem aſſignauit. Ita Rabi Selo, gen. 12. v. b. Unde antequam moreretur, familię eius diſperſa ſunt per terram. Quod ex eo liquet, quoniam 16. poſt eius mortem, præcepit Deus Abrahæ, vt de terra natiuitatis ſuæ exiret, & venit in terram Canaan: Rabi Leui, gen. 11. quaſi eſſet tunc terræ portio Cananęis attributa, & Abrahæ tributibus alia* Hęc Genebrardus, li. 1. Geogra. Liquet planè ex illuſtriſſimis mille Scriptoribus, *Cethim*, vel *Cethim* Mediterranei maris inſulas appellatas, Sardiniam maximè, quæ, vt probatum eſt, maior inſula eſt. Hieronymus lib. 5. Comment. in Iſa. c. 27. *principium Cethim Italiæ inſulas.* Iſq; met ipſe in Hierem. 27. *Cethim occidentalium Inſularum partes omnes.* Franciſcus Ribera in c. 1. Ionæ. *Cethim Cyprus, & omnes inſulæ.* Dionyſius Richelius in c. 2. Hierem. *ad inſulas, Cethim, occidentalium partium inſulas.* Nicolaus Serrarius, in 1. Machab. *de Cethim egreſſus eſt, ſunt occidentales inſulæ.* Nicolaus de Lyra, *tranſite ad inſulas Cethim Hier. cap. 2. ideſt ad inſulas maris mediterranei.* Idem Arias Montanus, Hector Pinto, Nauclerus, alijq; *Cethinam inſulam.* Ideo ſanè Cithim inſulę, quia ab ipſo Cithim fuere cultæ.

Claudimus Epiphanij (hęres 30.) verbis *omnibus manifeſtum eſt Citium Cypriorum inſulam appellari, Citij enim Cyprij ſunt, ac Rhodij.* Cyprij ſunt Citij? Cyprij in Sardinia, teſte Pinto *de Christo Crucifixo*, Fara de rebus Sardois, & alijs Quid hinc? Citij Cyprij; & Sardi Cyprij Citij, à Citim. Vnde ad ęuum vſq; noſtrum perdurant in Sardinia in prouincia Iolę, propè Calarim, populi Citij, Læto vocabulo, *Sicci*, alter in Arborenſi Dięceſi, Cethina, vel Cethiana, vulgò *Cediana* alter in Diæceſi Ciuitatenſi *Setim*. Parcito Lector; in plura contulimus.

Secundum, Ichnuſa, Icho, Cadaſone, Sandaliothis.

SOlinus c. 9. *Sardinia quoque, quam apud Timæũ Sandalioten legimus; Ichnuſam apud Chryſippum.* Philippus Bergomenſis Supple. lib. 3. *L'Iſola di Sardigna chiamata Ico da Greci: Solino afferma, che ella fù detta Them da Timeo, Sandalia, e da Criſippo Munnia.* Pauſanias, Myrſilius, Thimęus, Plinius, propèq; 100. priſci Scriptores *Ichnuſam* à Græcis vocatam, *Sandaliothen, Cadaſone, Cadoſiaamq;* conteſtantur. Beroſus, non quidem Annianus, (ipſum nempe cũ ipſo, à re noſtra penitus abſterremus, idque conſultò, grauiſſimorum omnium noſtri ſæculi in re antiquaria Procerum, auctoritate freti) *Thorcus inſulam Cadoſene hoc anno Vetulonicis cultoribus replenit.* Franciſcus Sanſouinus in Comment. *Cadoſene, i Greci dicono Sandalioti, & i Latini crepida, e noi Sardigna.* In Epitome *operum ſex dierum, de mundi fabrica*, ſic legitur. *Sardinia Icus à Græcis vocabatur.* Philippus Beroaldus in Suetonium, *Sandaliotis;* Mirſilius *Ichnuſam*, Silius item lib. 12. Pun. Tandemq; ita Leander Albertus in Deſcrip. Italiæ loquitur. *Cadoſſina; quel che dicono gli Aramei, & Hebrei Cades, i Greci dicono Thiam, & i Latini ſacra res; e quel che è detto da gli Hebrei Sine, da Greci è detto Sandaliothin; e da' Latini po è interpretato ſacra crepida.* Ariſtoteles, *Sardinia inſula Græcorum ex forma ſimilis veſtigio.* Claudianus de bello Gildon canit *Humana ſpeciem plantæ ſinuoſa figuram, inſula: Sardiniam veteres dixere coloni.* Crepida ſacra Apoſtolorum inquam pedibus nata Hanc enim, vt diximus, pręfert inſula; cuius, iuxta Ptholomęum à Pula ad Turres, eſt crepidæ

recti-

rectitudo;calcaneum Pula,digitalisq; facies Lugudorium:angustum verò Oristaneum, est & Orusey. Accinit Pinto Saphico,in gratiam patriæ crepidam.

AN sacri nomen tribuere Hetrusca
Gens sacris vtens crepidis, & omnis
Nomen hinc tellus tenuit sacratum.

Sandaliothis?

AN suis non tam populi sacrarunt
Thuscia plantis, crepidisq; sacris,
Quam suo sacrat capitis cruento.

Crine Medusa.

Tertium nomen Sardinia.

PAusanias, Eustathius, Capella, Solinus, Ortelius, Notitia occidentalis Imperij Romani, Ptholomęus, Strabo, omnisq; Scriptorum Schola, à Sardo Herculis Libyci filio, *Sardiniā*, dictam fuisse testantur. *Sardus*, ait Ptholom. *ab Hercule procreatus cum magna multitudine à Libya profectus Sardiniam occupauit, & ex suo vocabulo Insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigij humani, tam in orientem, quàm Occidentem latior prominet ferme paribus lateribus, qua in Meridiem, & Septemptrionem vergunt.* Duo fratres, eiusdem Herculis fuere filij, Sardus, & Cyrnus, ille Sardiniam, iste Corsicam habitauit, & de suo nomine Corsicæ, finxit nomen *Cyrnus*. Ita multi, sed Operum sex dierum Auctor, de insulis famosis mediterranei maris, fatur hac serie. *Sardinia insula à Sardo Herculis filio appellata, qui cum innumerabili multitudine è Libya discessit, & in Tyrreno mari insulam Sardinia occupans, quæ Icus à Græcis vocabatur, de suo nomine Sardiniam nuncupauit. Corsica à Cyrno eiusdem Sardi fratre, & Herculis filio dicta, qui vt Rabano placet, ex Libya veniens insulam ipsam habitasse, & de suo nomine nūcupasse.* Alij tamen somniarunt à pisciculo Sardina, nomen accepisse; ita Catholicon Ianuensis, *Sardina*; inquit, *à Sarra, quod lingua Syra dicitur quidam piscis, deriuatur, hac Sarda æ, & hæc Sardina æ, quoddam genus pisculorum; & hinc Sardinia æ, quædam insula, iuxta quam multum abundant Sardiæ pisculi.* Vnde sibi asciecit non apparet, nullus enim ex mille Illustrissimorum, & in re antiquaria summorum, qui de ipsa scripserunt, talem nomenclaturā meminisse deprehenditur. Non enim Sardias hasce, Sardinia (& si habeat) tractat, curat; sed à Balearibus aduectantur, præsulsæ quidem in Lagonis ex industria factis. Abundant Lalataneæ, Galliæ Narbonensis, & Balearium Insularum freta Sardissis, at non ideo nomen trahunt. Hinc est quòd postquam sibi consuluit, contra rem suam cōmisisse, retorquet, dicens: *vel quia Sardus de Hercule procreatus, ex suo nomine Insulæ nomen dedit.* Pergit vlterius, Sardiniam à lapide pretioso Sardio nuncupatam; *Sardinia à Sardinia insula dicitur, hic Sardius, ij, quidam lapis pretiosus & rubeus, marmoribus præstans, & dicitur sic, quia prius sit repertus à Sardis.* Verè verum; à Sardonycis quoque nomine decoratam, ex multis liquet, vt quę ibi primùm inuentus sit.

Alij tandem volunt Sardiniam à prisco verbo, Sardo Sardas, nominatum; Sardo autem, vt inquit Neuius apud Festum, idē ac intelligo. Sardinienses enim conspicua, quin & perspicua intelligentia pollent; tangit Catholicon *Sardis quædam Ciuitas, vel insula: Sardo as, est intelligere; quia homines illius loci* (Sardis insulę, non enim est insula Lydia, cuius est Sardes) *subtiles sunt ad intelligendum.* Quàm sit verum de Sardiniensibus; veterū monumenta proclamant. Et quidem Luciferus, Eusebius, Simmachus, Hilarius, tot Præsules, tot Reges, Principes & Heroes, ingenuitate, prestantia, virtute, sanctitateque decumani, quos Ecclesię matri Sardinia dedit; & quidem re satis vera, tot Martyres, Confessores, & Virgines, quas ipsa produxit, vt patet in Chronico, (imò in agro Calaritano, Diuū referto corporibus; quę nec anni 100. ad exhaurienda sat erunt) intelligentiam Sardiniensium præconijs inclytis euehunt. Vertamus acies ad illum Sapientię monstrum Reuerendissimum D. Antiochum Cannauera, Episcopum, Ecclesiensis vrbis indigenam; nonne hic Lutheranorum extitit profligator; nonne Cæsareis septus armis, contra Hæreticos adeò declamauit, vt sępius eorum conuersio ad 2. 3. & 4. milliaria in qualibet cōcione subsequuta? Preteritur hic, ne digrediamur, Virorum illustrium in req; literaria procerum decus ad tempus. Eccere nostrę preclarissima, pręstantissimaq; Sardinię matris nomina; Citia, Them, Ichus, Ichnusa, Cadasone, Cadossine, Sandaliothis, Muniuia, Sardinia.

Sibylla de Sardinia vaticinium.

SIbylla, Sardo, appellat Sardiniam Insulam; vt extat apud Margarinum de la Bigne, de Sibyllinis oraculis, in Bibliotheca, tom. 2. lib. 7. fol. 162. lit. e. vbi hoc de Sardinia vaticinium; quod quidem Sarracenorum temporibus sęuiente Museto, totamq; ferro igniq; insulam deuastante, non ambigimus adimpletum. Accipe illud.

Sardo,

SArdo, nunc grauis, in cineres conuersa iacebis
Insula; iam nec eris, Decados cum venerit anũ;
Nautaq; te nusquam existentẽ quæret in vndis,
Alcionesq, tuum flebunt, lacrymabile funus.

Eodem de Sibyllinis oraculis libro, sed. j. fol. 128. lit. c. eadem Sibylla, in peccatores inuecta sic fatur.

O Miseri mentis praua, mutabile vulgus
Quos iuuat extinctam vitam fœdare pudore;
Raptores violenti importuniq; Tyranni,
Mendaces praui, studiosi, perfidiosi,
Detrectatores, Mœchi scelerata ferentes,
Nil formidantes supremi Numinis iram
Quæ vos ad quinti pœnas iam destinat æui.
Non fletis passim duri? Ridetis inepti?
Sardonicum risum ridebitis horrida quando,
Quam dico, torrensq; Dei vos opprimet ira.

LVdouicus Viues & alij, oraculum fuisse Sardiniam perhibent. Quinctiam ipse Viues in Comment. *de Ciuitate Dei*, ibi in c. 23. ad Marcellinum lib. 18. Sibyllam Sardiniæ fuisse videtur innuere, dum Sardia superiùs nominata, Sardinicam distinguens, ait. *Tum de patria diffidetur. Sunt qui Erithræam, tradunt, sunt qui Siculam, sunt qui Sardinicam, sunt qui Gergethicam, sunt qui Rhodiam.* Ergo Sibyllam habuit Sardinia? Ecquid mirum? Quæ tot Sanctos Pontifices, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Martyres, Confessores, Virgines, cęloq; mulieres casto cõnubio pretiosas peperit, cur non potuit, & Sibyllam eniti? Enixa est.

Insulæ adiacentes Sardiniæ.

INsulis consitę sunt Sardiniæ orę: cui Geographus Regius. Abraham Ortelius in Ptholemaico nomenclatore hasce constituit adiacenteis: Phintonis, Nymphea, Herculis, Diabatæ, Hieraco, Molyboes, Phycaria, Hermęa. Ptholomęo hęret Ortelius easdem in Tabula digerenti. *Insulæ quę adiacent circa Sardiniam sunt: Phintonis insula, Nympha insula, Herculis insula, Diabasta insula, Hieracum insula, Melibodes, seu Plumbea insula, Phicarnio insula, Hermea insula.* Plinius lib. 3 c. 7. *Cunicularia, Finton & Fossa, Taphros: à Gorditano promontorio duas insulas, quę vocantur Herculis; à Sulchensi Enosin, à Calaritano Phycariam. Quidam haud procul ab ea, etiam Beleridas ponunt, & Callodem, & quam vocant Hieracon.* Hieracon est insula S. Petri, adiacens Pachijs promontorijs; circuit mil. 25. Dicta S. Petri, eò quod eius præsentia, dum Hispaniam transfretaret, isthanc insululam consecrauit. Vocatur Hieracon, ob Accipitrum ibi nidulantium copiam. Desertus locus, pyratarum hospita tuta sedes. Molybodes, quę & Plumbea, quæq; Enosia, tandemq; iuxta Marium Nigrum, Palma, nil alia est quàm Insula Sulcitana, aliàs de Sancto Antiocho; à Palma, oppido ibi aduersùm nobilissimo constituto in qua rudera Sulcis vrbis adhuc extant. Eius ambitus 30. mil. Inculta iamdudum, inhabitata iam diu. Venationibus, piscibus, corallis. Thunnisq; redundat. Ibi equę Syluestresque hinniunt equi liberi & infręnes, nullius heri moderamini subiacentes; Diabastę, seu Herculis insulę, (ita Plinius, Capella, & Ptholom. vocãt) Asinaria; quæ 30. mil. circuit venaticis affluens rebus, apris, Musmonijs, Accipitrumque, & piscium copia. Hisce Insulis imminet promontorium Gorditanum, nunc, vt placet Nigro, Argẽtar appellatum. itidem Phynton, vna est ex insulis Herculis, vel Diabastis, minor. Cuniculariç insulę inter Corsicam, & Sardiniam Plinio constitutę.

Callodes insula à Nigro ad Noranum fretum constituitur: nos verò hanc *Malsitam*, seu Malfetanam, dicimus. Belerides insulę, quas ipse paruas ad Cuniocherium promõtorium (, vulgò Caput Ferratum) illæ sunt, quas vulgus uuncupat, *Isulesu Cauls, Isula de su Molenti*. Phicaria, insula, ea ipsa est, quam *Serpentaria* vocant. Ita Leander in Descript. Italię, vbi de his insulis ita fatur. *D'intorno à quest'Isola si scuoprono di molte Isolette, e scogli ma però di poca stima, come dipinge Tolomeo, e sono. Phintone, Ninfa d'Hercole, Diabata, hoggi detta Asinara; Hiarco, cioè Isola de' Falconi, o de Sparuieri, hora nominata di San Pietro. Isola di Toro da Tolomeo chiamata Melibodes. Poi Serpentaria da Tolomeo detta Ficaria. Poscia Hermea, Murara, e Tolara.* Maginius Patauinus in sua Geogra hunc in modum versat insululas istas, dicens. *Appresso quest'Isola sono certe Isolette, e scogli; come l'Isola di Fintone hora l'Isola Roßa. L'Asinaria che fu già l'Isola d'Ercole: l'Isola di S. Teramo per l'adietro di Diabusa: l'Isola di S. Piero, già di Gierarchi, o delli Sparuieri. L'Isola Plombea hoggi del Toro. L'Isola Ficaria hora Serpentaria l'Isola Ermea hoggi Tolara.*

Hermea insula, Taulara seu Buccina, S. Pontiani Papæ, & Martyris pręsentia decorata eiusq; lacrymis irrigata 12. mil. habet circumferentię. Alias habet circum circa Sardinia insulas. Sancti Macharij insulam, Africam versùs, Busiam ad Occidentem. Peroniam, vulgò *del Frerano*, versùs Italiam; Russiam, vulgò *Isla Rossa*; Gallicam, *Isla de Francesos* Planusam, *Isla plana*: Lanxytiam, Lanehica: Meroam, *cuxadedona*. Maluetrum, *Maluentre*: Insulam. *S. Magdalenę*, Alguerienſis. Malfonaram. Falconiam,

ad

ad *Longosardo*. Muranam, *Murmureta* vulgò. Logores, in portu Putio. Insulam S. Stephani, ad fauces Taphros. Caprisam, vulgò Capresa. Arsaquenam, Syamurtum, Mulluſum, Arbataxium.

Promontoria.

PRomontoria ex Ptholomęo: Gorditanum; Hermęum, Prythia; ad Occiduam plagam. Ad Meridiem, Curiocherium. Ad Ortum Carados; Columbarium; Ad Septemptrionem; Erebanthum; Gorditanum ponit contra Asinariam, Mario Nigro, *Argentar*. Hermęum constituit versus Turres, ad Africum vergens: iuxta Nigrum Themus fluuius Bosę, radices Hermęi alluit. Ptythia Nigro & aliis idem est cum Pachio promontorio, cui adiacet Insula S. Petri. Curiocherium, seu Cuniocherium ad littus Pręches ponit Niger, aitq; esse hodie *caput ferratum*. Mirum! Caput ferratum scimus ad Sarabeia littora Alij *Prarben*, vocant *Picobiam*; hodie læso vocabulo *Cbia* more Italo, *Quia* Hispanico. Carados est promontorium Calaritanum, ipsaq; ciuitas Calaris, ait enim Ptholomęus, *Carados ciuitas, & iugum*. Hoc autem promontorium, Caput Pulę non est: Nautis enim ab Italia Græciaque velificantibus, Pulę nequicquam conspectus assurgit, sed quæ se ipsis prius obijcit, ora. Hæc profectò nonnisi Calaritana, Carbonaria, Germęas, Syllanaq;. Niger inquit. *Susulæa vicus hic primum Calaritanum insurgit*. Ait alter, *Susabaa contrata, quà comincia il Calaritano*. Nec aliam esse Susabęam hanc, terram, vel regionem, ni Sarabensem. *Columbarium*, ait Niger, *habet Hermæam insulam ad Auroram*. Hoc sanè Diagesbęum, seu Baunæum, iugum est, Arcton verò Longosardo (olim *portus Romanus*) prominens vertex. Erebantium deniq; Aragoni castri latus, & iugum. Sunt quidem isthęc nomina partim Græca, longęuioraq; partim Aramęa, Libyca necnon: quorum Etymologias viris curaculis remittimus enodandas.

Portus.

POrtus Sardinię ex Ptholomęo ecce. Ab Occidua plaga Nymphæus, Coracodes. Ab Austro Sardoe, Bioea, Herculeus. Ab ortu, Supicis, Olbianus. A Borea nullum tradit. Marius Niger cum aliis Nymphęum sub Hermęo portu constituit. Postea Caracoden ad vrbem Tarran, & fauces Thyrsi; nec alius est portus Caracodes quàm ille vulgo, *santu Marcu*, nuncupatus; ait enim; Caracodes portus, & in eo Tarran ciuitas cum fluuio Thyrso. Sardoë, Salcoen vocat ipsemet Niger, *altera salcoe in portu sui nominis* & hunc ad Noritanam oram ponit. Bioeam quoq; in Pula constituit; portumque Ciuitatis Chersonesi facit. Portum Herculis vbi Nora ciuitas erat. Inquit enim sinu vbi portus Herculis Nora ciuitas. Olbianum portum, *in quo ciuitas quondam eiusdem nominis fuit, & alia Feronica dicta*. Erant hæ vrbes, cum portu nō longè à portu Terrænouę: quinimò eundem esse Olbianum non infimæ authoritatis Scriptores tradunt: allucinantur ne: portus enim Terræ nouę, Supicis est. In Annalibus Pisanis inuenimus diuersi nominis portus: de Sãta Lucia, apud Olbiam, & Phausianam, quem nos eiusdem vrbis portum censemus. Portum *de santa Reparata*, signant cum eiusdem nominis portu, hunc nos Longosardum: in quo Pisani Baptisterij columnæ impositæ nauibus. Franciscus Berlingerius, in sua metrica Geographia, Nymphęum portum, Portnconti esse tradit. Melphitam Chersonen Bioram, seu Byocam, Portu Scusi, Susipicium Tortolyanum. Habuit quondam, fortuna fecunda, portus excultos, immodicos. Calaritanum: Sãtę Lurye, in cōspectu nostrę materculę Marę Calagonensis: Hieremeę Carbonarię; Synzię, seu Citię; portupirastu; Sancti Laurẽtij, propè Chyrram; Portucoral. Tortolyum: Posatę, Orusei, Olbię, Terrę nouæ; Portum Romanum Sanctę Lucię; Sanctæ Reparatę: Turritanum, &c. ad vsque præmissum. Ast non quidem iam nunc dierum 11. plures habet. Hi sunt Calaritanus, Arborensis, Algarensis, Turritanus, Aragonius, Longonis, Terrę nouę, Orusei, Posatæ, Tortolij, Sarabensis. Celebriores quinque Calar. Arbor. Alga. Turrit. Aragon.

Ciuitates antiquæ maritimæ.

SArdinia quondam ciuitatibus consita, populosaq;, strenua, bellicosa (Ast quid nunc?) 100. mill. hominum faciebat, vt ex diuersis habemus Vrbes autem littoraliter sic describit in tabula 7. Europę c. 3. Ptholomęus. Ad occidentale latus, constituuntur. Tilium: Vselipolis Colonia: Oscapolis: Sardopatiris phanum: Neapolis. Ad Australe; Popullum, Sardac: Chersonesus; Nora. Ad Orientale; Carados; Susulęa; Feronia, Olbia. Ad Boreale: Flubium, Iuliola; Tibula; Turris Bissonis. Mediterraneę ciuitates hę. Ericinum; Hereum; Surullis vetus: Bosses; Macopsisa, sub quibus Menomęni montes. Surullis noua; Saralapis, Tipio, Tarra, Cornus; Aquę Hypsitanæ: Aquæ Lesitanæ

Guiljosa Lesa; Aquę Neapolitanę; Valeria; Pausanias lib. 10. assignat Noram, Olbiam, Ogryllen, etiam vrbem Caralin, Syllos. Iulius Solinus Calarim, & Sulchim. Ita diuersa diuersi vrbes Sardinię priscas positione constituunt: nos verò visis videndis (parum superesse de iis arbitramur peragrandum, quotquot enim Authores potuimus explorauimus) huiusmodi vrbium situs, & nomina partim didicimus perijsse; partim inuersa, casuumq; ac temporum norimus varietate mutata. Tilium prorsus euanuit; eiusq; ex ciuium reliquijs, Tuylium, oppidum nobile Alensis Diœcesis condita est.

Auct. coniectura de antiquis ciuitatibus.

Vsellipolis Colonia nequaquam eo, quo ponitur, situ fuit. Enim verò *Vsellus* vrbs, oppidulum nunc dierum: Vselli autem oppida plura fuere, quas Vsellensis effusa colonia habitabat. Ex ijs Vsellela vulgò Vserella, & Vsellamagna, quę nunc *Vssara manna*. Oseapolis, hoc est Osea vrbs, erroneum sortita est apud Geographos locum; non enim illic interdum Osea, extitit, sed Bosea, Bosa, vel Busa: nec Antonini viarium *Oseam* signat sed Bosam. Est igitur Osea proculdubio Orusei, littus, oppidum, & portus insignis: quod quidem nomen, ex ora, & Osea coaluit, quasi Orosea, vel ora Oseę. Satis incubitum ad dissoluendum nodum isthuc. Si autem obijciatur, quòd non littoralis sed mediterranea assignetur; nihil aduersum; æquiuocati siquidem exteri, Ossidam, Osilamq; *Oseam* dixere. Ast, re satis vera, *Osea* cum portu à Scriptoribus tradita, Orosea est; mediterraneę verò, Osila, & Osier quoque lęso, sunt. Sardopatiris, seu Sardopatoris phanum, nil aliud esse quàm oppidum illud nobile, vulgò *Tempiu*, quo hactenus, inuitis fortunę molestijs, de obliuio, tento nomine, triumphauit, innuit Berlingerius Auctor antiquus, quod nos reiicimus in Ann.

Neapolis oppidum, vnde apud Scriptores Neapoliti, & Aquę Neapolitanę, Colonia copiosa, occidentem versus effusa ab vsque Arborensis mari finitimę, regionis tractu; ad Metallę (vulgò Massargia) Silicnę, vsque districtum, Ioanninas aquas includens, propagata. Retinet adhuc, tametsi lęsum, nomē oppidum Narbolia, idest Napolia Neapoliti. Aquę verò sic à veteribus Nuncupatę, inter Castrum, *montis Regalis*, & *S. Ioannem de Buca Ruta*, scaturiunt. Nec à ratione alienum est, veroque simile nihil minus, *Silicua*, castrum *Neapolim* illam esse, quandoquidem Geographorum situs ostendit. Ad Australe, *Populum*, aliàs *Tupulum*, ea est Pula vrbs, à qua etiam saltus ille, sic dictus. Sordae, vel Sardoe, seu Salcoe idest Solces. *Chersonesus*, idest mari circumflua, seu peninsula, fugit. Verùm, Cornum maritimam arbitramur, quę cōtra Sulcim antiquitus sita erat, vrbs quidem nobilis, populosa, cuius hucusque rudera peruisuntur: fama, nomenque confirmant. Erant enim binę sub eo ipsomet nomine ciuitates: maritima illa, Palmę contigua, propè Sulcim, & mediterranea scriptorum omnium fassu. Ast, quia maritima apud neminem *Cornus* nomine, reperitur, cum tamen sit ibi, liquet Chersonesi nomine comprehensa, eoque decorata, ob gurgitis germanismum, latus ambitum. Nora ciuitas, iuxta Pausaniam Decumana, Florentinę cuidam familię, vt Auctor est Berlingerius Florentinus in sua Geographia, multisque Insulę populis nomen dedit: hi sunt Nuraminis, Nuoro, Nuragos, Nuracraba, Nuraqui, Nuraxinieddu, Nurechi, Nurallao. Non quidem, vt falsò vulgatum ex effugis erutę Norę ciuibus, oppida hęc extructa, sed ab ipsis Norę primordiis, Norensis Colonia dilatata, tot municipia condidit, vt in annis est sermo.

Ad Oriētalem (vt à Ptholomęo inditum seruemus ordinem) Carados, seu potiùs Calaris, cunctis nota: Susalęa, vel potius Susabęa, diximus, regio Sarabensis: quandoquidem, villa describitur, & Contracta. Hanc autem illam esse, quam (euersam iam) Sarabesii, *Villammaiorem*, nuncupant, minimè dubitamus, ab eius maioritate & pręstantia (siquidē magna populosa multis ac pulchris territorijs locuples) Pheronia, Posata est: sublimia ingiter ędificia Deę Feronię dedicata, ut ex ueterum monimentis habemus. Olbia perijt, nisi Phausianam uelis: non enim extat in Tabula sub eo nomine.

Ad Septemptrionem, Plubinm, hęc Plua agre. Iuliola credimus castellum Aragonesium, uel aliam, iam suppressam Tibula, uel Tubula, Teolada, Turris Bissonis, uel Libysonis, euersę iam.

Mediterraneę ciuitates partim erutę, partim extant, sed lęso nomine, retinent tamen adhuc primitiuę nomenclaturę symbolum quoquā modo, oppida ipsa, vel situs: ita vt qui agrorum, syluarum, fontium, montium nomina calleat, pristinas omninm uoces, eorundem in situum renibus conseruatas, comperiat facilè. Ericinum, duplex, Aricisi, & Ericium uulgò Aritzu, Arixi, Hereum, seu penes alios, Frianum, Orani. Surullis uetus, oppidulum nunc dierum, hactenus nomen seruat, Sarule in Algarensi Diœcesi. Bossa patet. Macopsisa, Macomer, Montes Menomeni Meylogu. Surullis noua, Selluris est. Saralapis, uulgò Sardara. Cornus Corruoy. Aquę Hypsitanę propè fluuium Hyerum, positę ab Ortelio, Isili, Laconi.

Aquę

Aquę Lęsitanæ, læsæ sunt, & nullibi nisi velis *Abba Santa*, & apud Gotianum thermas esse. Aquę Neapolitanæ, Valeria: iuxta positionem geographicam, aliam non accipias quàm Ciuitatem Alensem; nomen autem Valeria non est proprium sed Aleria, Romana colonia sicut & Corsicę à Sylla deducta: quod in Alesia, & Ales transijt. Ogryllen, nō olbiam, sed Galtellium arbitramur; siquidem geographia illac signat Græcium stat; Sulcis, perijtq; Phausiana. Claudimus, tot olim vrbes, & Castra fuisse, quor iuga. Guiliosa, Guilarsa. Tipio vanuit. Tarrus eruta, ciusque lapidibus Arborea constructa, extar traditio, *portant à carrus, sa perda de Tarrus.* Lesa, Ley, est in Diæcesi Algarensi.

Abraham Ortelius has vrbes, & loca assignat. Agraule, Aradis, Biora, Carbia, Selyem, Charmis, Coclearia, Elephantaria, Phanum Carisij, Ferraria, Forum Troianum, Gemellæ, Longou, Lugudon, Medias Metalla, Molaria, Nasa, Othoca, Porticenses, Sarcapos, Sorabile, Tharpos, Turobolis, (ad Turres,) Viniolę, ad Puluinos. Hasce nos terras, & loca perspicimus. *Agraule*, Ardaule. *Aradis*, Ardali; *Bora*, Birole in diæcesi Algarensi: *Carbia*. Antoninus, Nure, posit iuxta Carbiam; Nura Cabra est. *Selyem*, Seligas. Charmis .... *Coclearia*, Coguinas. *Elephantaria*. .... *Phanum Carisij*; Faoni; *Ferraria*, Domus noas. *Forum Troyanū*, Tortoly (signat ibi Fara) *Gemella*, Gallura de Geminis; Logu Santu. *Longon*, Longo Sardo; *Lugudones*, seu *Lacones*, Laconi. *Medias*, hodie Mandas, celeberrimum oppidum. *Metalla*. Villa Mazargia. *Molaria*, Molargia. *Nasa* Ninfa contra Asinariā *Othoca*, Orhana. *Porticenses*. .... *Sarcapos* Sarcargia. *Sorabile*, Soradile. *Tharpos*. Tarros; *Turrobolis, ad Turres*, Turalba. *Viniolæ*, Vigniola, vbi nunc turris adhuc seruans nomen.

Populi Sardiniæ antiqui.

Populi Sardinię veteres à Ptholomæo assignantur hac serie. Tibularij, Corsij, Coracesij, Caresij, Conusitani, seu Contani, Solcitani, Luci, seu Locij, vel Lochri, Idunesij, Esaronesij, Coruesij, qui & Aquilesij, Ruacesij, Celsitani, Corpicesij, Scalpitani seu Scolcitani, Siculesij, Napoliti, Valentini, Salcitani. Plinius cap. 7. 14. vrbes inquit, fuisse, colonijs, atque his populis habitatas. Sulcitanis, Valentinis, Neapolitanis, Bocēsibus, Calaritanis ciuibus Romanis, Norensibus, Turrensibus. Assignant alij Balares, Salares, Aconithos, &c. Ex ijs hodie, extant per insulā, læso nomine: Corsi, Cossu, Caresij, Caredda, Cara, Contani, Contini, Ruacesij, Arruy, & Vrru, Luci, Lochi; Idunesij, Bidunij. Esaronesij, Sarrauesij. Corpacesij, corruptè Orrhacesos: Siculesij de Sigolai hinc Sigolas. Valentini retinēt idem nomen. Salcitani, Sarchidanu, Balarij, Addari: Salares, seruant adhuc Salaris. Scolcitani, Scolcæ oppidi.

Itinerarium Antonini Augusti.

A *Portutibulas, Calaris. M. P. 265. sic.*
Turabolo minore, 14. mil.
Elephantaria, 15. mil.
Longones, 12. mil.
Vlbia, 28 mil.
Coclearia, 15. mil.
Portu Liguidonis, 12. mil.
Phanocarisi, 25. mil.
Viniolis, 12. mil.
Sulcis, 35. mil.
Porticenses, 24. mil.
Sarcapos, 20. mil.
Ferraria, 20. mil.
Caralis, 23. mil.

Alio itinere.

A*B Vlbia, Caralis, M. P. 173. sic.*
Caput Thyrsi, 40. mil.
Sorobile, 46. mil.
Biora, 46. mil.
Caralis, 42. mil.

A Tibulas, Caralis, M. P. 223. sic.

G*Emellas, 25. mill.*
Lugudonec, 25. mil.
Nasa, 24 mil.
Molaria, 24. mil.
Ad Medias, 12. mil.
Foro Troiano, 15. mil.
Othoca, 16. mil.
Aquis Neapolonis, 36. mil.
Caralis, 36. mil.

A portu Tibulas per compendium.

Vlbia, 16. mil.

Item à Tibulas.

S*Vlcis, M. P. 200. sic.*
Erurio, 24. mil.
Ad Herculem, 22. mil.
Ad Turrim, 18. mil.
Nure, 17. mil.
Carbia, 16. mil.
Bosa, 15. mil.

Cornos, 15. *mil.*
Tharpos, 18. *mil.*
Othoca, 12. *mil.*
Neapolis, 18. *mil.*
Metalla, 30. *mil.*
Sulcis, 30. *mil.*

Item à Sulcis.

N*Vra*, 69. *mil.*
Tegula, 34. *mil.*
Nura, 35. *mil.*

Item à Calaris.

Nura, 22. *mil.*

Item inter Sardiniam, & Africam.

I*Nsula Galatha à Calaris de Sardinia*, *stadia*, 730.
ABreca ex Africa, *stadia*, 300.
Insula Palmaria inter hanc, & Galatham, stad. 45.
Insula Phalaris, insula Vulturia, ante promontorium Apollinis, Egimurum insula Carthagine, stadia, 230.

ANtoninus ficuti aliorũ relatione fcripfit,ita facillimè potuit aberrare. Nõ tamen eius incuriæ notamus indicia. Scimus *Forum Troianum* (vt fuo loco) effe Tortolyũ; ecquid ergo illuc explofum? Et hoc genus alia:obiter ex prelibatis aliqua vindicamus. *Vlbiam*,& *Olbiam* inuenimus, hæc vanuit, illa', veftigium feruat nominis, *Hula*; *Phanocarifi*, Fanadiga; *caput Thyrfi* Frumentorxu; *Forum Troianum*, Villanoua Foru, male relatum Augufto, *Troianum*, bene *Forum*; quod quidem nomen vetuftas violauit, adijciens grammа .r. Erant hic enim publicę nundinæ; Calaritnenfibus, Arrenfibus, alijfque diftrictus, opportunus emporij *Forum*, locus: non quidem *Troianum*; Duas *Othocas* tradit; & quidem vnam, Othocefos infigne quondam,oppidum,arbitramut. *Erurium*, Vri eft; *Cornos*, Corru olim infignis ibi populus: *Tegula* Teulada Auctore Ortelio, quondam *Forte Anton*; Notandum verò *Bioram*,& *Biaam* diftinctas: illam,quidem Terram portumque, contra *Tegulam*, fuiffe iuxta Ptholomæum, pluresque alios; *Bioram* autem oppidum celebre, nunc *Bifarchium*, vel *Birole*. *Turabolum minorem*,Tutalba;maiorem verò,Terralbam.

Idioma Sardiniæ.

MVltiplex fanè eft: olim Sardis peculiaris fuit,ptimifq; lingua colonijs Aramęas poftetis adeò violata,vt iam priftinę, nulla fupetfit indago. Huiufmodi autem linguę varietas, à diuerfarum nationum commercio,quin & Principatuum fucceffione,prouenit:à multis enim extitit exteris imperium vfurpatum; idcircò lęfum penitus idioma. In ciuitatibus Calari,Safferi,Bofa, Alguerio, & Arborenfi,Tarraconenfis, lingua petuiget. Etrufca' tamen, & Hifpanica in facris concionibus vtitur. Oppidani genuinam, fuo quifq; more, tetinent linguam. Calaritani,latini fermonis modulos,Itali mixtos,habent. Logudotefij Italicè propè loquuntur, itemq; & Gallurenfes: ita vt lingua Italica tum in vrbibus, eum in oppidis habeatur: vnde & quum Sanctę Cruciatę gratię predicantur, Italus fępius affumatur, prędicet, audiatur. Montani Ilienfes, Barbaricini appellati, latinum adhuc fibi retinent idioma. Idque fic; quia Imperatores Romani, in illis partibus, vt teferunt, L. c. 2. de offic. Præ. Afr. & Leãder Albertus in Defcrip. Ital. munitiffima præfidia magno ære fuftinebant: Nihilominus aliqua malè tenent vocabula, in proferendis Græcè fegerunt, fiquidem pro Angelus, Anguelus, pro celos, quelos, &c. In multis igitut vocibus Campania Calaris, Mõtanos excellit:quippe meliùs profertq; latiniùs. Dicunt Montani, *Abba*, *pifqui*, *pifquina Anguelus,quelu,Limba,nois;bois,querbu*, &c. id genus alia. Campani autem, *Aqua*, *pifcis,pifcina,Angelus,Celu,lingua,nos,bos, cerbu*. Non eò tamen Ilienfibus emendatioris fermonis inftitutione præcellunt, imò nec parificantur. Illi fiquidem clariores, nec fat longè à latinitate vernacula.

In montibus barbargię prę fidia Romanorũ.

Magiftratus Ecclefiafticus.

COnftituti funt iuxta Pontificias fanctiones, Archiepifcopi tres, Epifcopi quatuor:Inquifitor contra hæreticam prauitatem, cum priuilegijs multis iuxta Hifpanię conftitutiones & mores,vltra ea, iure communi Pontificum, & Imperatorum cõceffa. Olim Calari quoque tefidebat, extantq; hactenus carcerum monimenta, quin & oculis expofita in Ecclefia Cathedrali Calaritana, ttemendi tribunalis infignia, cum exolutis teatuum penis. Poftmodum propria S. Inquifitionis, Saffatitana Ciuitas, ex titit fedes. Miniftri Sancti Officii, vocantur Familiares,inceduntq; crucigeri,eifq; fummum exhibetur obfequium maximi ductis Enim verò, audito Sancti Officij nomine ftat cęfaries,homo tremifcit. Valeat, vigeat, fulgeat, vibretq; romphęam fulguteam, veri Ligni Vitę cuftos, excubitor, almus

Che-

Cherub. Habet Sardinia Apostolicum iudicem appellationum,& grauaminum, qui olim defensor Sardiniç,nuncupatus; quod quidem officium postea lapsum, Paulus Papa,Calaritanorũ instantia,& petitione restituit. Habet quoq; Cõmissariũ Sanctę Cruciatę,subdelegatus Haspanici; Apostolica, Regiaq; auctoritatibus pollens. Assignemus iam Archiepiscopos eum suffraganeis populisq; Archiepiscopi tres sunt Calaritanus, Turritanus, & Arborensis. Est nunc sermo de Calaritano qui de primatu cum Pisano, & Turritano iamdiu controuertit: allegatque Pontificum, & Sanctæ Ecclesiæ Procerum, in opem suę dignitatis elogia; nec non alij alia; cuiusmodi rei decisio ad nos non pertinet; siquidem institutum nostraq; professio circa litigia, non versatur: habet eorum quisq; suos acerrimos conflictores,& propugnatores; ecquid Acarus? Omnes & singuli Domini mei sunt.

Archiepiscopatus Calaritanus.

Fert in processionibus Vexillum S. Romanę Ecclesiæ, tituloque *Vexillarij* gaudet;de quo suo loco:Habet Episcopatus annexos Suellensem,Sulcitanum, Galtellinẽsem,Doliensem,Iulij 2.Pont. Max. concessione. Habuit olim Ecclesia Calaritana Archidiaconatus dignitatem, vt ex Gregorio lib. 3 in Regest. epist. 26. patet ad Ianuariũ Episcopum Calaritanum ijs verbis. *Archidiaconum verò tuum,vt audio,cum mulieribus habitare probibuisti, & nunc vsq; in ea prohibitione despiceris; qui nisi iussioni tuæ paruerit,eum à sacro ordine volumus eße priuatum.* Fuit insuper Archipresbyteratus dignitate ipsa Ecclesia decorata,sicuti ex lib.7.in Regestro, in dict. 2. epist. 7. eiusdem Gregorij habemus ,qui ad eundem Ianuariuũ scribens, ait. *Et dum Sanctitatis vestræ solicitudine quereremus, cur res monasterio competentes,ab alijs pertulerit detineri, communis filius Epiphanius Archipresbyter vester præsens inuentus respondit; memoratam Abbatissam, vsque ad diem obitus, indui se monastica veste noluiße, sed in vestibus quibus vtuntur presbyterę permansiße.* Ecclesia Calaritana habet Decanatum, & Prioratum, & Baronias cũ iurisdictione temporali,vt suo loco diffusè.

Calaritanæ Diœcesis populi.

Caller. Mara Calagonis, Pęnitentiariæ dignitatis honore prædita,cunctis Cãpaniç Calaritnensis Villis antiquior mater Hilarij, vt ex antiquissimo Michaelis comprat codice manuscripto accepimus.

Assemini.
Decimomãno.
Decimo puzo.
Furtey.
Lo Mas.
Murauera.
Nuraxi.
Nuraminis.
Pauli.
Pirri.
Quarto.
Quartucho.
Silicua.
Samassi.
Selluri.
Serrenti.
Samazzai.
Serramanna.
Sant Esperat.
Sesto.
Setimo.
Sinnay.
Selargius.
Santo Vitto.
Vtta.
Villa Speciosa.
Villa Sorris.
Villa Chirdo.
Villa Grega.
Villa Puzo.
Arixi.
Armungia.
Ballao.
Donnigalla.
Gesigo.
Gergey.
Guasila.
Guamalor.
Monestir.
Mandas.
Nurri.
Orroli.
Paulis de Gerrei.
San Pantaleo.
Sitxi.
Serdiana.
Senorbi.
Segolay.
Seligas.
Segariu.
Suelly.
Sant Basili.
Syuni.
Sisini.
Syurgus.
Scolca.
Serri.
Silvus.
Sassay.
Vssana.
Villanoua Tullo.
Villa Salt.
Iglesias.
Villa Massargia.
Domus Noas.
Mussey.
Arsana.
Ardaly.
Bauney.
Bary.
Elyni.
Gayro.
Girasol.
Hierso.
Ilbono.
Lotzoray.
Locheri.
Mannorri.
Osini.
Orgosolo.
Pedras de foch.
Scala plano.
Strezili.
Sadali.
Sehulo.
Sehuy.
Talana.
Tortoly.
Tartani.
Tryei.
Vsazai.
Villamannastrisayli.
Vrsulè.
Bitti.
Bonifay.
Dorgaly.
Galtelly.
Gorosay.
Irgoly.
Locula.
Lodè.
Lulla.
Locoe.
Onifay.
Olyena.
Onany.
Posada.
Siniscola.
Torpè de Galtelly.
Torpe de Posada.
Orusey.

Epi-

Episcopatus Alensis, suffraganeus Calaritani.

Episcopatus Alensis, est Alas in vrbe, olim Alesia, cōstitutus. Legimus in Annalibus Pisanorum, ipsorum temporibus adhuc superstitem Vssellensem vrbem, nunc oppidulum. Fuit Vssellus vrbs antiquissima, cuius hactenus extant reliquiæ populorum; nomen, & regio, *Parteusseddus* ab incolis appellata. Romanorum colonia, municipijs locuples, nulli (Calari, Turribus, Olbia, Sulci, Noraq; demptis) Sardiniæ ciuitati cedebat. Huic Alesiæ (iam nunc Ales) huic Turabolis maioris (nun iam dierum Terralba) Antistites suffragantes, in omnibus obsequuti. Solo tandem (Martij horridis turbinibus conuoluta, excursibus occulcata, funditus tremefacta) ęquata, in Alensem abijt eius infula, illuc est translata tiara. Huiusmodi translatio, quando, quomodo, & à quibus sit facta, nullibi Dimas noster, inuenire se potuisse in Apodixi Sanctitatis B. Georgij, minimè diffitetur. Traditio autem Maiorum translationem hanc, Donnæ Violantis Carros, Comitissæ de Quirra, earundem Vssellis, & Alesiæ vrbium dominę tēpore, factam perhibet. Quippe quę magnis eam muneribus auxitq; prouentibus Heroina. Verùm, Ecclesiam Terralbensem, Alexander 3. Pont. Max. Vssellensi annexuit: Terralba autē Turabolis maior erat, ęquata nunc solo; Vras ibi vicus. Alesia tandem, Ales dicta, vtrumq; mutatum nomen, ab Aleria, Læso .r. mansit Alesia dehinc Ales. Est in Corsica alia vrbs Aleria à Sylla colonia ducta, teste Botero cum alijs multis. Huius Antistes Ecclesię fuir doctissimus ille Vir, nulli probitate secūdus, Cassianus, qui Arelatensi Concilio interfuit, primusque ibi relatus habetur. Alensis Dięcesis hi fuunt populi.

ALes.	Baresa.
Cepata.	Atzeni.
Pau.	Vssaramanna.
Banari.	Vssaredda.
Vsellus.	Sizamus.
Scobedu.	Pauli.
Ollasta.	Lunamatrona.
Genosuo.	Mara arbarei.
Figu.	Villanoua Forru.
Cracuris.	Morgonjoy.
Sjni.	Pompu.
Genuri.	Syris.
Setzu.	Massuddas.
Tuyli.	Moguru.
Prazzas.	Forru.
Turri.	Cercela.
Baladiri.	Onostremaza.
Gonosolina.	Arbus.
Genuzi.	Cerru.
Simola.	Gonosfanadiga.
Vras.	San Gauino.
Pabilonis.	Sardara.
Guspini.	

Archiepiscopatus Turritanus.

Ecclesia Turritana ex antiquissimis est, à tempore Apostolorum erecta, quoto ęuo, ad Annalisimum, quin etiam ad Chronicon de Sanctis Sardinię, partum nostrum, remittimus. Translata fuit ad Ecclesiam S. Nicolai, ab Eugenio IIII. anno Domini 1441. vt patet ex Motu proprio Eugenij 4. à quo translatio facta; cuius exordium est. *Venerabilibus, fratribus Pionacensibus, & Bisargensibus Episcopis &c. Super vniuersas Orbis Ecclesias nostræ vigilantiæ. Diuina dispositione commissas, &c. Pro parte venerabilis fratris nostri Petri Archiepiscopi, & dilectorum filiorum capituli Turritani nobis expositum est, &c. Dat. Florentiæ, anno incarn. Dom.* 1441. *Pon. nos ann.* 11. gloriosè meminit Dimas noster in Apodixi transslationem hanc, dicens. *Ex hac igitur Bulla apparet, quare huiusmodi translatio facta fuerit, & quo tempore in fidelissimam, & nobilissimam Ciuitatem Sassaris. Et sanè meritò, cum inter omnes Sardiniæ ciuitates, tum felici aura, & frigida, tum hortorum amænitate, tum fontium multitudine, tum omnis generis fructibus gaudeat. In hanc ergo S. Metropolitana Ecclesia Turrium translata est.*

Ecclesia S. Nicolai Sassaris erat tum temporis Plebania, adeò pinguis, vt Dorgodorius Archiepiscop. Turritanus anno Dom. 1278. eam in quatuor Parochiales, nimirum S. Catherinæ, S. Sixti, S. Donati, & S. Apolinaris (relinquens tamen dictę Ecclesię Sancti Nicolai, populi multum) diuiserit. Tunc Sassaris facta est ciuitas cum omnibus, & singulis præeminentijs Cathedralis, & vrbis antiquæ Turrium. Habet Ecclesia Turritana Archiptesbyteratus, ac Decanatus dignitates. Abbates mitræ duos, Sanctissimę Trinitatis de Sacargia, & S. Michaelis de Saluenoto. Gaudet quoque se penes Turritanus Antistes, Vexillarij tituli sibi à Sede Apostolica datum asserens, refertque ad hoc Pauli 3. Breue dat 9. Maij, 1539. Calaritanus autem contra à Regibus Aragoniæ, quibus à Sede Apostolica Ecclesiasticus Labarus datus fuit cum potestate donandi, vti Primatialem se accepisse: vterque tamen in processionibus defert. Nos hic nonnisi recitatiué loquimur, neutriq; decidimus; *porque el que escriue, refiere; es Autor, y no juez de Rota.* Habet Abbatiam S. Marię de Paulis,

Paulis, Ordinis Cisterciensis Prioratus temporale dominium Baronię dela Nurra, & villæ de Lequili. Habet Episcopos suffraganeos, Algarensem, Bosanensem, & Ciuitatensem; & Bisarchensem, & Castrensem; populos autem subsequentes.

Sacer.	Siligo.
Sosso.	Villa noua.
Senari.	Bonannaro.
Osilo.	Bona.
Ploagre.	Turralba.
Condrongiano.	Mores.
Saluenari.	Laquesos.
Florinas.	Todoraque.
Cargiegue.	Itari.
Mures.	Iaue.
Bedas.	Cossayni.
Sacarjas.	Terquido.
Ossi.	Babeco.
Tiesi.	Bonorua.
Vssini.	Semestona.
Vry.	Tressi.
Itiri.	Queremula.
Colmedo.	Besude.
Banari.	

Episcopatus Algarensis.

DE hac vrbe voluptuosè admodũ multi equidem pietatem, Religionem, nobilitatem, opulentiam, auræ bonitatem, locique felicitatem, portus denique capacitatem, frequentiam nauium, fidele commercium præconijs afferunt. Episcopatus illustris, nonnisi decumanę celebritatis viris ad scribi solitus; sub se Bisarghensem habens, Turritano suffragans, hosce continet populos.

Alguer.	Orotelli.
Scano.	Otana.
Berquida.	Benetuti.
Ala.	Bultey.
Duduso.	Anella.
Patada.	Bono.
Biducau.	Bottida.
Bantine.	Spulurato.
Biduse.	Bortyocoro.
Ozier.	Burgo.
Nuguedu.	Illoray.
Butule.	Bolotane.
Fustialuo.	Ley.
Osida.	Norogugume.
Nule.	Duarque.
Monte.	Silanos.
Nuoro.	Bortigale.
Loloe.	Byrole.
Orani.	Boroli.
Sarule.	Molarja.
Vniueri.	Macomer.

Episcopatus Ciuitatensis seu de Ampurias.

PHausiana, quę, & Olbia, antiquissima Ciuitas, à Paulo Apostolo ad fidem conuersa, ecclesiaq; erecta, Episcopos habuit doctrina, & sanctitate cõspicuos, Victorem aliosq; perplures. Florebat adhuc B. Gregorii tempore, quem penes ad Ianuarium de Phausiana epistolę. Vidimus rudera, mororum ambitum, situm, portum eiusq; celeberrimę magnificentiæ monimenta. Extant ibi ad hęc vsque tempora delubrorum vestigia, quin & ibi phanulum peruetustũ: Portam sanctam, &c. Translata fuit Ecclesia hæc in eam, quę nunc, de Ampurias, dicta. Emporium autem, districtus & vrbis nomen antiquum. Habet sub se loca.

Castel Aragones.	Setini.
Nului.	Tempio.
Chiaramonti.	Carongiano.
Martis.	Agios.
Cairo.	Nugues.
Perfugas.	Luras.
Burzi.	Bortigiada.
Spilunca.	Terranoua.

Episcop. Bosan.

BOsa antiquissima Ciuitas, nullum annexum Episcopatum: Habuit semper laudabiles pręsules; nulli cedit qui hodie sedet Doctor Sebastianus Carta, cuius opera, diligentia, cura, Sanctuarium Calaritanum elaboratum; Sanctorum corpora, quo iacebant, ab æterni obliuij prorsus iniurijs vindicata ad auras euocata, dignisq; Fidelium honoribus obsequuta. Habet hæc loca.

Bosa.	Santo Lusurgiu.
Modolo.	Scano.
Tres Nuragues.	Sennariolo.
Suny.	Fruxio.
Tenuri.	Padria.
Magomadas.	Mara.
Sindia.	Putzo major.
Sagamo.	Monteleoni.
Sindya.	Villanoua.
Culler.	Romaña.

Archiepis. Arboren.

ARborea, ex reliquijs Tarrę constructa, vna ex quatuor Regijs Sardiniæ curijs, in quas olim diuisa; magnificẽtissima Marchionum Alagonum sedes. Pisculẽtissimis Ichthyotrophijs affluens, insigni pollet Ecclesia. Cui annexa est Sancta Iusta. Ibi in Mareponti à seculis retroactis immodicis, Mugitus horrisonus auditur assiduè, ab illis paludibus itonãs, quo tractus propè omnis tremiscit, horrescit; nec alia rei huiusmodi causa potuit assignari, quàm ibi Dei iudicio phan-

phantasma sursum, quandoquidem animans tot iam sęculis periisset. Habet hęc loca.

ORistan.	Aydu mayor.
Sancta Iusta.	Guilarsa.
Palmas.	Abbasanta.
Finugnida.	Boneddu.
Allay.	Norguiddu.
Busaqui.	Domusnoas.
Hula.	Pauli Latinu.
Ardauli.	Muguredda.
Ottueri.	Senis.
Azara.	Asolo.
Sorgunu.	Nurechi.
Meana.	Asuni.
Nuracraba.	Ruynas.
Solanas.	Genoni.
Ceddiani.	Nuragus.
Nuraqui.	Laconi.
Riola.	Isili.
Baratali.	Nuraddau.
Santhuerumilis.	Villanouafranca.
Narbolia.	Sannugueu.
Snigui.	Tonara.
Bonorcado.	Talaferi.
Milis.	Troneri.
Bauladu.	Desulu.
Tramatza.	Aritzu.
Massama.	Belui.
Nuraxinieddu.	Gadoni.
Simagior.	Austis.
Sily.	Teti.
Solarussa.	Tiana
Serfalin.	Honodda.
Zant Eru congios.	Fonni.
Ollasta.	Loddini.
Simagis.	Mamoyada.
Villaurbana.	Gauoy.
Villanona Truisqued(du)	Ololai.
Fordongianu.	Olzai.
Neoneli.	Gestori.
Sorradili.	Barumini
Nogueddu.	Sediln.
Biduni.	Cabras,
Yuri.	Isuria
Loddi.	Valazu.
Tadasuni.	Assudi.

Magistratus temporalis.

MAgistratuum princeps supremus est prorex, qui omnem fere Regis tenet authoritatem; solusq; Hispanus magistratū isthunc gerere solet. Iuxta constitutiones antiquas Habet à Rege assignatum Assessorem iuris vtriusq; Doctorem, quem Regētem vocant. Habet quoq; alios Regios Cōsiliarios, quorum consilio cuncta disponit, Appellatur eius tribunal, Regia Audientia; Olim iuxta priuilegia Regni, Magistratus hic triennalis: impręsentiarum autem sexēnis est. Cumq; Sardinia in duas partes diuisa sit, caput scilicet Calaris, & Logudorii, vnaquęq; suum habet gubernatorem: nec refert an is Sardus sit aut Hispanus. Pręsente tamen Vicerege, nullus eorum habet authoritatem: absente verò omnimoda pollet: licet autem prouocare àb eo ad Vicem Regem. Committit Rex, gubernatorium id munus cui vult, quiq; idoneus, ad id gerendum videtur. Est & alius in vrbibus Magistratus, qui ab incolis Veguer, seu Vicarius Regius nuncupatur: qui etiam pręsente Vicerege suam nō perdit iurisdictionem tam in causis capitalibus, & pœnis infligendis, quàm in aliis ciuilibus controuersiis. Durat solum per vnum annum, vt reliqui ciues eo munere potiantur. Durauit olim quinquennio; deinde triennio. Concedit Rex, aut Prorex hanc functionem singulis ciuitatibus. Habet autem Veguerius Assessorem, iuris vtriusq; peritum; titulusq; ipsius est, Veguerius Regius, & iudex ordinarius ciuitatis. Calaritanus habet iurisdictionem 10. mil. extra vrbē in aliquot casibus.

Consiliarii Regii ętate nostra sex: Regēs, Aduocatus Fiscalis, duo iudices Rotę, Iudex Curiæ, & Iudex Criminalis. Habet quoque Sardinia Iudices patrimoniales, Duces, militię, aliosq; ministros. Sunt etiam per oppida Iudices minores locales, qui officiales nuncupantur, Potestates, & Capitanei. Cāpania Calaritana officialem; Sāgauino Mōreal, Potestatem: Sarrebos, Armentarium, Vllasta, Capudianu, seu Capitaneum: Posata Potestatem, Parte montis officialem, & sic de cæteris. Est in Regno Iudex competentiarum, quum sese offerunt inter spiritualem, & temporalem curias controuersię, seu differentiæ, iudex ille, cui Cancellarius titulus est, decidit, sententiat, & declarat. Isq; auctoritatem Apostolicam habens, à felicis recordationis Gregorio XIII Pont. Max. confirmatus: pacem inter tribunalia firmat. Comitia Regia quolibet decennio Calari celebrantur, quam quidem totius insulæ caput, & principem apud Auctores, Regumq; diplomata, sæpe norimus celebratā Gubernatur autem Regnum isthoc legibus, constitutionibus, atq; Pragmaticis, communi iure nitentibus. Amabò hanc (cuiusè serie, seueritatem, honestatis in re, iustitiæ, colliges) ausculta legem.

Seue-

Mutra lex in Sardinia in castitatis, honestatisque opem.

SI quis vxorem alienam inuaserit, zonamq; violauerit sacram, pes illi abscindatur. *Volemus & ordinamus, qui si alcuno bommi leuarit per forza mulieri coyuada, o ver alcuna atera femina, qui esseret inrada: ò sponxelarit alcuna Virgini per força, &c. Decat esser juygadu, e siat illi segadu suno pee, pro modu qui lu perdat* Si quis autem domum alicuius mulieris ingrediatur ad finem prauum, amputetur ei auricula tota. *Item ordinamus, qui si alcuno bomini intrarit per força à domu d'alcuna femina coyada, etenerent tellu, & non lappat appida carnalimenti, & est inde binchidu legitimamēte, fiat juygadu, &c. Decat esser juygadu, e seguent illi vna origa tota.* Si quis tandem inuito coniuge vxorem publicè domi habeat, reclamante marito, abscindatur ei tota auricula. *Volemus & ordinamus que si alcuno bommi reeret, ouer teneret femina alcuna coyada palesamenti, cun sa quali haueret ad fagbere carnalmenti, contra sa voluntadi de su maridu, & dimandandu silla cussu marido, decat esser juygadu: fiat illi segada vna origa in totu.* Legislatores huiusmodi fuere Pisani, quorum adhuc legibus, & statutis Sardinia insula fere tota ad hosce vsque dies pacifica gibus moderatur, & regitur. Erat tum temporis Tetrarchia, quot membra tot capita, nempe Reges. Eleonora verò Regina Arboreæ ex nobilissimo genere Pisanorum, tulit has leges; qua de re, Deo auspice, suo loco diffusè. Leges quędam hactenus extāt, & apud Ciuitatem Ecclesiensem, quędā ita lica lingua scriptę reperiuntur a tempore Pisanorum qui ibi rerum potiebantur. Leges etiam Genuenses ibi condiderunt, sed modicas. Sunt in Sardinia 25 Baroniæ. Prima est Baronia de Quarto, Regio quidem oppido sic à Romanorum tempore nuncupato, *Quarto ab Vrbe lapide*; Calari siquidem lapis milliariùs erat, vt hactenus monimentum antiquitatis eiusce præferunt nomina oppidorum, Quarto, Sexto, Septimo, Decimo, & nonnulla alia, iuxta Brundo in historia Bonayrę, deletorum, Quartillo, Sextillo; &c. Quartillum stare non latet.

Carta de logu Sardisca c. 21.
Carta de logu c. 22.
Carta de logu c. 23.

Baroniæ Sardiniæ.

BAronia de Quart.
B. de Sant Miquel.
B. de Vssana.
B. de las plassas.
B. de Vilaxirdo.
B. de Serramanna.
B. de Samassi.
B. de Pauli, y del Mas.
B. de Posada.
B. de Suelli, y Sant Pantaleo.
B de Gestori.
B. de Agua freda.
B. de Vilaspeciosa.
B. de San Gauino de Monreal.
B. de Tuyli.
B. de Sitxi.
B. de Serdiana, y Sant Esperat.
B. de Monte Leoni.
B. de Osilo.
B. de Ploagre.
B. de Puzzumajor, y Itiri.
B. de Vsini.
B. de Ossi, y Muros.
B. de Bonannari.
B. de Planarja de Bosa.

Incontratæ Sardiniæ.

INcontrada de Ollastre.
In. de Sarrabus.
In. de Partebarigadu Susu.
In. de Parte barigadeyossu.
In. de Orusei.
In. de Gallura.
In. de Parte Alensa.
In. de Partemontis.
In. de Marmilla.
In. de Barbarja Belui.
In. de Mandralusay.
In. de Barbarja Sehulo.
In. de Gerrei.
In. de Parte Offier.
In. de Tiesi.
In. de Romaña.
In. de Bonuey.
In. de costa de Valls.
In. de Opia.
In. de Canals.
In. de Macomer.
In. de Anglona.
In. de Montagut.
In. de Monteueno.
In. de Bitti.
In. de Nuoro.
In. de Oranimanno.

Titulares Sardiniæ Status.

DVcatus de Mandas.
Marchionatus de Oristaneo.
Marchionatus de Terranoua.
Marchionatus de Villa Sorris.
Marchionatus de Quirra.
Marchionatus de Lacono.
Comitatus de Gotiano.
Comitatus de Sedilo.
Comitatus de Cullar.
Viecomitatus de Selluri.

D *Acies*

Acies militaris.

OLim Sardinię, 36. Vrbes habebat, prope 1200. oppida, sine magaliis. Explicabat 1000. militũ aciẽ: nunc dierũ, quia Sicilię, Neapolis, & Insubrię Regnis, Sardiniensium militum copię, quin & pręsidijs Regis incũbũt; 40. mil. pedites, 80 mil. equites, quĩ Calaritani, Sassaritani, Arborenses, Bosanẽses, Algarenses, ciuesq; Ecclesienses; quin tandem 50. annorum viri, puerique decennes numerentur, Sardinia profert. Quid si cunctis qui per Italiam, & Flandriam seruitio Regis inhærent, Insula non careret?

Deuotio cultusq; Sardorum erga Deiparam, Deiq; Sanctos; contra Sigismundum Arquer.

SIgismundus Arquer, apud Munsterum, & hunc expurgatum (alioquin, vti vetitum, & damnatum nullatenus citaremus.) de Sardis in sua descriptione sic fatur. *Viuunt bene secundùm legem naturæ: optimè victuri si synceros haberent verbi Dei pręcones. Cum rustici diem festum alicuius Sancti celebrant, audita Missa in ipsius Sancti templo, tota reliqua die, & nocte saltant in templo, prophana cantant, choreas viri cum fęminis ducunt, porcos, arietes, & armenta mactant, magnaq; lætitia in honorem Sancti vescuntur carnibus illis. Sunt etiam multi qui pecus aliquod saginant in honorem certè alicuius Sancti, vt illud in phano, potissimum in syluis extructo, festo die deuorent: & si familia minor fuerit ad esum pecoris, conuocant & alios ad conuiuium, quod in phano celebrant, nequid residui maneat. Fęminæ rusticorum valdè honestæ sunt in vestitu, omnem excludentes pompam: at vrbanæ diuitijs abundantes abutuntur illis in magnam superbiam. Sacerdotes indoctissimi sunt, vt rarus inter eos, sicut & apud Monachos inueniatur qui latinam intelligat linguam, habent suas concubinas, maioremq; dant operã procreandis liberis, quàm legendis libris.* Hæc cadũ, à turbido fonte, Leander Albertus hausit; de quibus vti exterum non incusamus, sed excusamus, inscitia. Arquer autem de patria sua nil bene meritũ aspernamur. Nec impune venenum id vomuit, quandoquidem, ea per totum orbem damnata, vagantur elogia cum Munstero. Scripsit hęc Arquer priusquam Tridentinum Concilium sanciretur apprimè. Nihilominus in Sardinia Religiosi, & Sacerdotes seculares genuinũ sibi castitatis decorem, honestę ac Sanctæ cõuersationis exẽplũ, vt optimè norimus, tenacissimè conseruarant iã, adeò, vt plures è Sacerdotibus oppidanis cum Sanctitatis odore Mortalium oculis euolarint. Cõcubinas itaq; publicas habuisse, non alium quàm apud Arquer vnum (à quo alij duo satis inglorie promanarunt) explorare potuimus: quòd si ab eo quæsitum, cur id de Sardinię Sacerdotibus extrinsarit, proculdubio quid redderet non haberet, nisi quòd vllam scierit cõcubinam. Et quidem in orbe nullus est ager, in quo quid lolij gratissimã segetem non intersit. Inspersit noe Sacerdotum Dei Altissimi, nomini sordes, æternas ipsis infamię notas inussit. Consulantur Epistolę magni Gregorij ac cęterorum: lege quos volueris Authores, mendum tale reperies cunctis extorre. Phanum appellitat Arquer templum; & quidem non idolorũ, esto tripudia vana saltu. Festa illa, quę illi sordescunt, nõ eo, quem prodit, modo Sardiniæ rustici celebrant: nec verum, si minor familia, ad esum pecoris alios ad cõuiuium conuocari, ne quid supersit; neq; verum in templo, quod ipse phanum vocat, talia fieri Bacchanalia. Res est heic; rurales Ecclesię non parum à locis, oppidisque remotę coli nequeunt, nisi populus illuc affluat, sæpeq; diei vnius, duorum sępius, sępissimè quatuor iter impendat. Vnde necesse est necessaria secum ferre. Mactatur animans in honorem festi, absumitur aduenis, egenisq; in frusta sectum: ecquid ergo? Choreas autem, & conuiuia in sylua extra templum exercent, nec in eis resonant inhonesta. Insula siquidem illa scorti spurcitijs (pręsertim fatu non dignis) immunis: ibiq; prostitui non permissum. Mendacijs tandem affluit Arquer, qui plusquam 300. scriptoribus, contrariò reclamantibus, experientia pręualẽte, moribus pijsq; ritibus euidentibus, à causa corruit. Ast, id firmum (Sacerdotis verbo) idq; Sancto Amen stabile, Sacrosanctũ, Sardos viuere secundùm legem naturę, stãte Diuina, & Euangelica, quę ibi iugiter, sẽper viguit, vt B. Athanasius, apud Theodoritum in histor. Eccles. testatur, & à temporibus Apostolorum prędicata, à Sanctis Episcopis adeò propagata, & confirmata: vt Sanctorum seminarium Sardinia fuerit, idq; verum, idq; verissimum; clamant historię, testantur & corpora tot Sanctorum quot indies cumulatim à cryptis, atq; Sarcophagis extrahuntur: non quidem exteri, sed indigeni Sancti ipsi. Si Sardinia in abstrusis Antipodum angulis, quò nunquam Euangelium, extitisset, nil fortè mirum, vt secundùm legem naturę viuere, Arquer blaterarit.

Est igitur Sardinia tota Catholica: nulla in ea nec ex ea locusta crinita, nunquã Heresiarcha: quin & nunquam Romę solicitudinem peperit, mitis filia. Inter alia, quę ibi Religionis enitent, pręcipuum est, Deiparę

parę cultus. Scimus Hispanias; callemus Italiam: Marsilię (quę deuotionis, & pietatis pręstantia, nobis creditur antesignana) aliarumq; districtus vrbiũ nõ latet Religio: nullibi nę compertũ, hebdomada qualibet ter in honorẽ Virginis vetitis, vt in Sardinia abstineri. Dies ibi Martis dicatus est Dominę Itrię (hoc est Istrię) quę ipsamet Lauretana est, sexusq; vterq; à carnibus, & lacticinijs abstinet, tota vita: idipsum fit Mercurij die quolibet, in honorem Sanctissimę Virginis Carmelitanę; Sabbatis verò inuiolabiliter iam de more. Gloriosos Altissimi Diuos, Cęlites almos, quali quantaq; pietate prosequatur, silere potius pręstat quàm parum dicere: non enim hoc amplius volumen sufficeret.

Adagium ludicrum Sardi venales, in Sardiconses enatum.

HVmores liuidi, dicacium trinsulę, Sardinię, tot amplitudinis titulis decoratę, celebritatis encomijs pethonustæ, ludicram notam inurunt, *Sardi venales*, obiectu. Ast id sanè Sardiniam minimè dehonestat, cum apud Auctores illustres, Romanis, Carthaginensibus, Pisanis, Genuensibus, Hispanis deniq; nomen huiusmodi, coaptatum legimus: quamobrem, estò Sardiniæ priscis affixum, nihil dedecoris, nihil iniurij. Verùm enim verò à Sardis nostratibus hoc Epithetum alienum. Siquidem prouerbiũ memoratum, Romuli tempore, quum de Veijs, qui & Sardi dicebantur, victoriam reportauit, emersit. Testes occurrunt 12 numerum transcendentes, qui nostros huiusmodi rei compatrios reddunt omnino ieiunos. Quinq; satisdant: Marcus Varro, verbo *Sardinia*; Plutarchus Gheroneus, de Romulo, fol. 21. num. 44. Marius Nizolius Brixellensis, in *Thesauro*, verbo *Sardinia*. Ioannes Rosinus Isennacensis, lib. 5. Romanarum antiquitatum, cap. 18. Episcopus Bosanensis Fara, de rebus Sardois, fol. 50. En Plutarchum. *Sardi venales* habes in margine, *à Sardibus Lydiæ vrbe.* inde procedens, *huic mansit cum ob partam*, inquit, *victoriam sacrificant, vt senem per forum ad Capitolium traducant prætextatum, cui bullam puerilem addunt, & proclamat præco, Sardeis venales; nam Sardianorum fama est Hetruscos colonos esse; sunt autem vrbis Veij Hetrurię. Hoc nouissimum quod gessit Romulus bellum fuit.* Rosium nunc accipito sic loquentem. *Capitolini ludi dicti fuerunt quòd in honorem Iouis Capitolini pro seruato Capitolio ab hostibus Gallis Senonibus instituti essent, & celebrarentur. Ostendit hoc Liuius lib. 5. vbi cum de Camillo scripsisset, quomodo quæ ad Deos immortales pertinerent, ad Senatum retulisset, inter alia, cum hæc quoque retulisse, Senatusq; consultum fecisse dicit, vt Lud. Capitolini fierent, quod Iuppiter Opt. Max. suam sedem, atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset: collegium q; ad eam rem. M. Furius Dictator constitueret, ex ijs qui in Capitolio atq; arce habitarent. Et paulò post Camillus verba ad populum faciens, eique oratione suadens ne deserta Roma ad Veios cõmigrarent, inter cætera sic loquitur &c.* subditq; *Templum propter cælestem vocem exauditam, in Noua via, iussimus fieri Capitolinos ludos solennes alijs addidimus. Hæc Liuius. His ludis, præconis voce Sardianos Venales proclamari, & Senem quendam ludibrij gratia produci solitum, bullam collo appensam gerentem puerilem. Plutarchus in quæst. Rom. q. 53. habet eiusq; moris causam inquirens ait; id eam ob causam fieri, quòd cum Veientes Etruscorũ populus per longum tempus Romulo bello restitissent, Romulus hanc vltimam vrbem ceperit, multosq; captiuos, sub hasta vendiderit, vnà cum ipsorum Rege, futilitatem eius, & stultitiam deridens. Cum enim Etrusci à Lydis originem trahant, & Lydorum primaria vrbs sit Sardes, idcircò, Veientes Sardianorum nomine proclamãtur, & in hunc vsq; diem, ludicri gratia, morem istum conseruant. Quod idem fere etiam Festus docet; cuius locum eade re, quemadmodum à Iosepho Scaligero restitutus est, huc adscribam. Sardi venales, inquit, hoc est, alius alio nequior, ex hoc natum prouerbium videtur, quòd ludis Capitolinis qui fiunt à Vicanis prætextatis, auctio Veientum fieri solet: in qua nouissimus is, qui omnium deterrimus, producitur à præcone in mediũ Senex, cum toga prætexta bullaq; aurea, quo cultu Reges soliti sunt esse Etruscorum, qui Sardi appellantur: quia Etrusca gens orta est Sardibus ex Lydia,* En hic Varro, Plutarchus, Marius Brixellẽsis, Ioannes Rosinus, Festus, & Fara. Cesset igitur obdi nostratibus alienum.

De Sardinia Facius de Vbertis, in Dittamendo, can. 12. lib. 3.

MOlto sarebbe l'Isola benigna
Più che non è, se per alcun mal vento,
Che soffia iui, non la fesse maligna.
Iui son vene, che fan molto argento,
Lì si vede gran quantità di sale
Iui son Bagni sani com'vnguento.
Io non la vidi, ma ben l'vdio da tale,
A cui do fe, che v'era vna fontana,
Che à ritrouar i furti molto vale,
Vn'herba v'è spiaceuole, e villana
La qual gustata, senza fallo vccide,
E così come, e rea, e molto strana.
Che in forma propria d'huomo ride
Gli cambia il volto, e scuopre alquanto i denti
Si fatto morto giamai non si vide.

Securi son da Lupi, e da Serpenti,
La sua longhezza par da cento miglia,
E tanto più quanto son venti, e venti.
Io vidi, che mi parne marauiglia
Vna gente, che alcuno non l'intende,
Ne essi sanno quel, che altri bisbiglia.
Quest'Isola da Sardo il nome prese,
La qual per se fù nominata assai
Mà più per lo buon Padre oue discese.
Vn picciol animal quiui trouai,
Gli habitanti lo chiaman Sole fuggi,
Perche al Sol fugge quanto può più mai.
E poniam, che frà lor, Serpi non bruggi,
Pur nondimeno alla natura piace,
Che da se stessa alcun verme lo fuggi.
Saßari, Buosa, Cagliari, e Stanpace,
Arestan, Villanuoua, e la Lighiera,
Che le sue parti più dentro al mar giace.
Quest'Isola secondo, che sia uera
Genoua, e Pisa al Saracin la tolse,
Le qual sentiron con l'hauer, che v'era.
Il mobil tutto à Genouesi tolse,
E la Terra à Pisani, e furon quiui,
Insino che Ragonesi ne gli spolse.
Parlar'vdimmo, e ragionar all'hora,
Che v'e vn bagno, il quale ripara,
E salda ogni osso rotto in poca d'hora.

Franciscus Berlingerius Geogr. lib. 3. cap 115.

Mira Sardigna, e dal figliuol d'Alcide
Sardo fù detta, e prima era detta Hico
Poi Sandaliothe, e il che si uede.
Questo fù il nome suo al tempo antico,
Che dall'Orientale, e'l mar Tirreno;
Da Noto hà l'Africano, ò uuoi Libico.
Sardòo, e dell'Occaso, e dipoi il seno
Trà Cirno, e questa, e così si preserine.
Vedi hora il lato Occidentale ameno.
Corditan cauò in prima, il qual qui uiue
Detto Falone, e poi Filio, Cittade
Detta hora Argente in quelle amate riue.
Porto Nimpheo, poi di Corte il nomate,
Poi Large, poi il promontorio Ecco Hermeo,
Marasso detto dalla nuoua etade.
Temo poi fiume, e forse, e Pisaneo
Appresso à Bossa, e Caracode porto e
Tarre Città dipoi Ptolomeo.
In Arborè Prouincia hor Thirso intorto
Fiume poi segue, e poi la Città Vesta,
Coloma Vsele, e Città poi dicorto.
Fiume Sacro, indi Osea Città cotesta,
Sardopatoro, Tempio, quel fu detto
Neapoli hor si monstra, e manifesta.
Pachia estrema, e nel nostro conspetto;
Vedi hora il lato uolto à mezzo giorno
Città Pupulo hà nome quel ricetto.
Poi Città Solci, e Solci porto intorno
Detto Melsita, e Chersoneso pende
Bocia porto, sù Cagliari formo.
Hercole Porto, questo lito prende,
Nora Cittade, Cittade onde una Casa spera
Poter molto à Firenze, oue hoggi splende.
Cunocario cauo, e la riuiera,
E litto Preche, e lato orientale,
Caralli estrema, e Città magna interna.
Questa fù posta d'Aristeo, il quale
Figliol d'Apollo fù, il suo fin hebbe,
Sol da Tiberio Graeco estitiale.
Caralitano sen ueder si debbe,
E Susalea Villa, e Sepro fiume
Sipicio Porto, questo mai sarebbe.
Agulliastro forse si presume,
E quello, e Cedro riuo, e Pheronia
Città nota secondo il mio uolume.
Philolao, Terranuoua, detta Olbia,
Fece il Porto Olbiano, e'l promontoro
Columbario, & il cauo Artico poi sia.
E'l lato Boreale, e dopò loro
Doue Erebantio Acrone in pria si face
Poi Città Plubio, & intorno il territoro.
Iuliola Città in su'l salo edace,
Tibula hà qui le pulitiche mura,
Torre Città di Bißone iui giace.
Trà longo Sardo, e Lussari indi tura
Gli habitatori, e ciascuna sua gente
Degna, che sia più uerso Cinosura.
E Tibulatij, e Corsij parimente
Sotto à lor Coracensii, & Cimcitani,
E poi Carensii successiuamente.
Cunusitani, e sotto Sulcitani
Luquidonesij, e poi Esaronensij,
Cornesi sotto lor meridiani.
Detti Achilensij, e dopò son Rucensij
Sotto lor, Celsitani, & il terreno hanno
Gli altri son nominati Corpicensij.
Poi Scapitani, e Siculesii stanno
Neapolite sotto à questi harai,
Et Valentini, e più uerso Austro hanno.
E Solcitani, e Noritani homai
Mira, e da Philolao, e nominati,
Ch'è nipoti d'Alcide Philolai.
Perche habitanti quiui eron mandati
D'Alcide co' figlioli, & co' nipoti
Di Thespio, ne mai furon soggiogati
Non da Romani, non da Libonoti
Cartaginesi, hora à tutti comanda
Casa Aragona, alla qual son deuoti.
Hora infra terra ogni sua Città spanda
Degna di fama Sardo Isola molta
Ericino quell'altra si domanda.
Herco, e l'altra, e poi Guruli ascolta
Guruli uecchia, e Macopsisa, e Bosa
In Turritana regione accolta.
Di sotto Menomeno monte posa

Serra

Saralapi in quel sito, e non inane
Gurulis nuoua ancor non ti sia ascosa.
Corno, e cotesto; e l'acque Lesitane,
E Lesa, e l'acque Hisitane hora mira,
E quelle altre acque Neapolitane.
Valeria, e Lasta quale à se ti tira,
E quell'altra, e Gisarde, & Ottonena,
E questa, e lusta, che più alto aspira.
Gallatellina, e Cinste, e Castrena
Arborena, e Tirena, e Plonacensa,
Suella, e Solcitana, e Dolsena.
All'isole più degne intorno pensa
Linagra à Diebata, ad Asinara,
E questa è detta d'Ercole onde immensa.
Ninfea, e l'altra in mezzo all'onda amara
Ilaa, questa è Emtonse, detta quella;
Quell'altra è Figo, e quell'altra Tolara.
Figo dalla età prisca Hermea s'appella
Vedi Ficaria quella detta, e forse.
Serpentaria hoggi dall'età nouella.
Ma perche troppo in Austro transcorse
Non ardisco affermare à lei appresso
Coltellazzo oue Sardo il monte sorse.
E Molibode, qual è detta adesso
Palma di Sole, e l'isola San Piero
Hieraco detta, hor vedere, e concesso.
E Vacca, e Tora, Scegli, che nel vero
Con altri molti, à cui parlarne lice
Si perde il tempo rapido, e leggiero.

Sardiniæ status ante diluuium.

PRimę orbis ætatis monumenta perpauca extant, quòd Noe inundatione intercidering fere omnia. Quę autem habet hæc sunt. Ab eius ætatis hominibus artes, tam ingenuas, quàm Męchanicas fuisse repertas indicat Moyses Gen. 4. Oracula Enoch. B. Iudas refert in sua Canonica, quum ait; *Prophetauit autem de ijs septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit dominus in Sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerant, &c.* Ipsius libros Christiani Æthyopes ostentant. Seth, & Enos inuenisse Astrologiam duabusque columnis inscripsisse, characteresq; Hebraicos excogitasse, vetus est traditio, e Cedreno, Iosepho, Rabbinis, &c. Homines erant longeui quia natura simplicior, & incorruptior erat. Actum autem diuina prouidentia, vt ad filios Dei notitiam propagarent, & suo exemplo Deum colere sacrificijs placare, fidemq; in Christum retinere docerent. Longęuitatem autem illam Rabbi Leui scribit, opus fuisse prouidentiæ, non naturæ; sic fere Iosephus, vt posset experiri, & obseruare disciplinarum, artiumq; rationes, causas, principia, &c. Nam artes, & experimenta difficilia non possunt satis colligi nisi obseruatione syderum, ad sua principia reditu.

Diu viuebatur ad multiplicãdum genus hominum, & ad scientiarum principia inueniendu: nemo tamen ad mille annos peruenit, vt August. lib. 15. de Ciuit. Vbi quidam Bacchon frustra putauit annorum Hebraicorum alios fuisse lunares, alios semestres, alios verò bimestres. Scriptura enim non nisi annos mensium 12. agnoscit; & quando sunt Embolici, 13.

Erãt fęcundi, vt scriptura significat Gen. 5. dum eos ait genuisse filios, & filias: etiam traditiones Hebręorum, dum narrant, eorũ penitus fuisse perpetuò geminos, & tergeminos ob corporis molem, & copiosos humores, sic prouidente Deo, humani generis multiplicationi, ob quam gradus cognationis, matrimonium non prohibebant, sed nec alij casus, præter disparitatem religionis, vt colligitur ex Gen. c. 6.

Erant ingeniosi, nam pauco tempore reperetunt artes liberales, & Męchanicas, quod Moses c. 4. Genesęos significat; dum inuentores rerum, quarum vsus est præcipuus inter homines, notat.

Erant proceri, & quasi gigantes, vnde & Berosus Chaldeus Noeum gigantem appellat: statura enim hominum post diluuium, paulatim contracta est, vt & vita, cum propter climata, & inclinationes celi varias, ad quas dispersi sunt, Gen. 10. & 11. tum propter sequentium ætatem intemperantiam, aliasq; vitiositates; tum ob assiduum naturę fluxum, diminutionem, & quasi defectum. Quare qui Gigantes Gen. 6 dicuntur ita appellantur per comparationem aliorum.

Cetera traduntur primis quinq; aut sex capitibus Geneseos Mosayçę ad quę licet nihil certò possit adijci, quòd Mose nullos habeamus Auctores antiquiores; tamen hic sex autem possunt interseri, præter ea, quæ ex historijs, & traditionibus Hebraicis suo loco, & ordine depromemus. Primum vt Arnobius lib. 1. contra Gentes Platonis in Critia, imaginationes de bello Atlãtico, quod Solon in Ægypto aüdiuit extitisse ante diluuium, Moses sanè scribit, tum fuisse Gigantes, & quamuis taceat an se mutuis bellis confecerint; hoc tamen innuere videtur, dum eos, ait, fuisse potentes à sęculo, Hebraicè, *Gibborim*; quod Epithetum est Heroum, etiam strenuorum bellatorum; dũq; addit fuisse famosos siue magni nominis. Hac etenim formula videtur notari, eorum fortitudo tyrannica esse rerum gestarum magnitudo. Quòd autem hæc ætas (omnia ex Genebrardo) referatur tota traducta intra orbis mediterranea, nec verò ad mare Atlan-

Atlanticum ideſt fines Africę, Europę aut etiam Aſię perueniſſe, nihil obſtat nam huius Giganto machię cauſa, victi in extremas horas profugere, & victores illuc victos per ſequi potuere, non tam habitandi, quàm ſe vlciſcendi.

Secundum de columnis coctilibus, de quibus Ioſephus lib. 1. nempe lapides coctiles pro ſyderum ratione inſcriptos, ante Ninum ſeptingentis annis fuiſſe in Babylonia repertos; vt liqueat ante diluuium, literarum præſertim mathematicarum vſum extitiſſe.

Tertium de Chaldęorum diſciplinis. Nã eos ante Græcorum Monarchiam, quadraginta tribus millibus annorum menſtruorum, qui ter mille ſexcentos triginta quatuor ſolares conficiunt, literarum & Aſtronomię principia coluiſſe memorant. Hi autem ducti per imperium Perſicum, Babylonicum, & quinq; primas ſcripturæ ætates in Adam centeſimum quinquageſimum primum, & Sethi vigeſimum incurrunt; è Chaldęorum hiſtoriis.

Quartum de libris Henoch, è quibus Tertullianus citat integras paginas.

Quintum de quindecim Ægyptiorum Dynaſtijs, vt regnum eorum antiquiſſimũ, & cum primis ferè hominibus, natum eſſe videatur. Nempe quia decimaſexta, & vltima Thebanorum dinaſtia, qui ante *Hicſos* (vt appellat Manetho apud Ioſephum) imperarunt, exactè in diluuij principium incidit, vt obſeruant apud Euſebium.

Sextum apud Rabbinos de gemina fame, vna ſub Adam ob peccata Cain, & filiorum eius; altera, ſub Lamech propter Gigantum ſcelera. Et de diluuio Enos, quo tertia hominum pars interijt.

Septimum de Epicureiſmo, ex Luc. 17. & Matth. 24. edebant, & bibebant, vxores ducebant, adusque diem quo intrauit Noe in Arcam, venit diluuium ac omnes perdidit. Addunt Hebræi, tyrannides, violentias, direptiones, raptus nuptarum, & innuptarũ, ex. 6. Gen.

His iactis; Sardiniam Gigantibus cultam non dubium, vt ex Beroſi teſtimonio liquet dum in Antiquitatibus, Gigantes circa Libanum Enos ædificaſſe vrbem, eoſq; illinc ad Orientem, Occidentemq; vſque dominatos, affirmat. Quàm verò Beroſij (non Annlani ſcriptorum ſcholæ exotici, exoſique) auctoritas polleat, probatione non indiget eſt is enim in re antiquaria ſummus, quippe qui ex Annalibus Chaldęorum, tã fideliter quàm ſuccinctè multa poſteris abſtruſa, quin & incognita, ſeculis enodauit.

Inter alios Ioannem Nauclerum Chron. gener. 11. c. Metaſthenes Perſa, liber hic inſeri, de Beroſo. *Fuit ſacerdos, Notarius, & Scriba publicus, quia penes Sacerdotes ſolos, erat publica fides Annalium, temporum, geſtorum, & Regum. Beroſus omnem Chaldaicam deflorauit hiſtoriam, ſcribitq; de temporibus ante diluuium, & ad hunc modum exorditur. Ante, inquit, aquarum cladem famoſam, qua vniuerſus perijt orbis, multa præterierunt ſæcula, quæ à noſtris Chaldæis fuerunt fideliter ſeruata. Scribunt illis temporibus circa Libanum fuiſſe Enos vrbem maximam Gigantum, qui vniuerſo orbi dominabantur, ab occaſu ſolis ad ortum. Hi vaſtitate corporis, ac robore confiſi, inuentis armis omnes opprimebant, libidiniq; inſeruientes, inuenerunt papiliones, & inſtrumenta muſica, & omnes delicias; manducabant homines, & procurabant aborſus in edulium q; præparabant, & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, maſculis, & brutis, & nihil erat ſceleris, quod non admitterent; contemptores Religionis, & Deorum. Tum multi prædicabant, & vaticinabantur, & lapidibus excidebant de ea, quæ ventura erat orbis perditione. Sed enim illi corridebant omnia, cæleſtĩ illos ira atq; vltione perurgente, pro impietate, atq; ſceleribus.*

Anno igitur, vt ex multis habemus, 295. à mundi opificio, gigantes geniti ſuper terram, genus humanum flagitiis aſpergentes exoſum Deo reddere ſategerunt. Hoc ab vſque tum tempore gigantęis colonijs omne mare, Aſiaticis, Europæis, Africq; littoribus interiectum ſimul ac ipſæ regiones orſæ repleri. Propagatum eſt ſiquidem genus iſthoc non modò poſtquam filij Dei, ideſt Sethi, ad filias hominum, hoc eſt Caini, ingreſſi; verùm & ante quoque, auctore Auguſtino, lib. 5. de Ciuit. cap. 23. Quocirca nil mirum quòd omnem per ambitus latitudinem ſeſe diffunderet, augeretur & creſceret. Strenuiſſimè certat Chroniſta Regius Eſcolanus, par. 1 Decad. 1. per totum orbem gigantes ædificia conſtruxiſſe, vrbes muniiſſe, terramq; populis conſeuiſſe. Affert Toſtatus varios vrbium è ſcriptorum, nationũq; decertatione primatus; aſt Enochia, ſceleſti Caini aſylum, primas. Hac in vrbe, ait Methodius, Ionicum, alterũ Caim natum, literarum ſtudia erexiſſe. Stat Gigantium genus, ante poſtquam diluuium extitiſſe, longè latèque ſuum oceano imperium terminaſſe. Patet ante ex cap. 6. Geneſis: poſtea ex. 2. Deuter. 13. Num. 15. Ioſue. Refert Auguſtinus gigantis molarem, lib. 15. de Ciuit. cap. 9. dicens. *Vidi ipſe non ſolus, ſed aliquot mecum, in Vticenſi littore molarem hominis dentem, tam ingentem, vt ſi in noſtrorum dentium modulos, minutatim conſcideretur, centum nobis videretur facere potuiſſe.*

In

In Creta terræ motu rupto monte inuentum corpus stans,46.cubitorum, tradit Ludouicus Viues ex Plinio: Horestisque corpus oraculi iussu refossum, cubitorum 7. ex monumentis. Iulius Solinus meminit corpus inuentum in Insula Candiæ, 33 cubitorum altitudinem habens. Paucis ab hinc retro actis annis Insubriæ circa montes, cadauer maximum gigantæum, incredibili mole petrificatum repertum fuit. Et tandem in Sardinia ossa longitudinis eximiæ inuenta sæpissime scimus: quin etiam intus in illis rotundis, ex grandibus saxis, turribus, quas Noraces vocant, eiusmodi magnitudinis ossa effossa non fugit. Sulcitana insula spelunca Sancti Antiochi Martyris, hactenus seruat ossa: ex iis proculdubio colonis pristinis, qui Sardiniam post diluuium tenuere.

Iam ad rei claritudinem deueniamus, Berosum aliosque perplures, patrios testes afferri, qui ante diluuium Sardiniam Gigantibus habitatam affirmant. Reuerendissimus Dominus Doctor eximius, rerum Sardiniæ vindex, Ioannes Franciscus Fara, lib. 1. de rebus Sardois. *Condito orbe gentiumque multitudine repleto, Gigantes ad cataclysmum vsque Sardiniam aliasque mediterranei maris insulas incoluisse ex Beroso, satis constat.* Doctissimus pater Dimas Serpi, Franciscanus virtutum numeris absolutus, diuinæ, humaneque literaturæ exercitationibus excultus, in quo reconditæ exquisitæ scientiæ multæ, patriæ decor, ac decus, eiusce sapientiæ radiis collustrator, in Chronico Sanctorum Sardiniæ, lib. 1. cap. 1. *Entre lasdemas* inquit, *fue habitada esta nuestra Isla de Sardeña, primeramente por los Gigantes, y estuuieron en ella, y la habitaron hasta el diluuio general. En que parte de la Isla ayan habitado, nolo he podido descubrir.* Magister Theologus, prædicator insignis, morum elegantia præditus, vitæ probitate conspicuus, R. P. Antiochus Brundo Mercenarius in historia de Bouayre, cum aliis, quorum partus, auspicati tametsi, nondum auras salutarunt, idipsum tradunt.


Ad hęc vsque tempora memoria in lingua Sardoa Calaritnensi, viget; perstatque Gigantum vetustissimus incolatus. Saxeas enim structuras illas, quę primęuis coloniis sepulchra fuere, *Domus de Orcus* appellitant. Orcus autem apud eos, gigantem sonat. Traditio hęc antiquissima est, rotundas ipsas, pyramidum instar, moles, gigantium esse opificia; pollet admodum, authoritatis eximię quidem est traditio veterum. Ast si talia, non ante; sed post diluuium credimus condita cedat vulgatum, Noraces ipsos, sic dici, quòd à Noræ ciuibus eorum euersa vrbe, in habitacula facti fuerint. Huic tria præsertim, ne plura sint moræ, opinioni repugnant. Primum; si deleta Nora, dispersis per Insulam ciuibus, sibi domicilia perquisita, sedesq; tutæ selectæ: secus oppida iam pręculta (imò in ianuis) ipsas nullatenus arripi foret ausum. Porrò si Noraces oppidis imminent fere cunctis; eaq; ante Noræ excidium iamdiu iam dudum, quàm pridemq; stabant; quo tum pacto eorum limina circumscribere potuere Norenses?

Noraces antiqua sepulchra.

Secundum. Nora ciuitas populosa, ciuium multitudine pręppollebat; Calarisque potentiā metuens (hic enim aduersus Norā studium peruigebat) vicinas hostibus partes effugio deuitabat, remotaq; sibi loca petebat: atqui Noraces propè Calarim plures erāt: vt *Nuraxiāni* ad Calaritonē littus; & aliis igitur Notitanorum opificium esse nō possunt. Dimas Serpi, de Sanctis Sardiniæ lib. 1. cap. 47. de Nora. *Es de notar que en Pula fuè edificada aquella gran ciudad llamada Nora: y de alli tomaron el nombre los Nuragos que estan por la Isla dispersidos; y fue que viniendo los conquistar los Carthagineses, para gozar de sus riquezas, ellos dexando la ciudad de Nora desamparada, huyeron, y metieronse por la Isla dentro, con sus mugeres, y ganados; edificaron cada qual su morada, en la qual habitauan, y apossentauan sus ganados: y por ser ellos de la ciudad de Nora, los llamaron Noraces.* Propè Calarim (dictum iam) extabant Noraces multi; ex iis ille, qui villæ de Septimo, super collem ibi situm, conditus erat. *Nuraxianni* apud Gallitas. *Anno* prope Calagonis, iugum; Pellias quoq; *Noraxeasori* habet, Murauerę Norax imminet, &c. Omnesq; in montibus Calaritanis. Oppida populosa, vetustaq; imò eo quo Nora tempore diruta, iam nonnulla. Vnde stat, Noraces illos opus non esse Norensium.

Tertium. Ossa, metallaq; in Noracibus, tumulata, clarè indicant habitacula non fuisse; bene receptacula defunctorum; effodiuntur enim diuersarum imaginum vetustissima cupra, vnà cum craniis, humanisq; pergrandibus ossibus cohumatis; quod quidem omne sepulchralia fuisse demonstrat fastigia; quod & legimus, dum patriatum, in antiquissimo codice, cuius inscriptio erat. *Transito dela agonia dela muerte.* Quodlibet oppidum, sepulchrum habuisse, in quo eius incolæ, sua corpora terræ mandabant: ægreque inuenies vllum, qui oppido non impendeat Norax. Satis hucusq; iam, de Apparatu ad Annales, quos in nomine Domini aggredimur.

Pratolinum Magni Ducis Hetruriæ.



D. O. M.

ANNALES SARDINIÆ.

Auctore Fratre Saluatore Vitale Marensi, Regularis Obseruantiæ Franciscano.

PARS PRIMA.

An. M. 1880.

SARDINIA primis accolis occupata, à Cethim, Insularũ Mediterranei maris Principe, Regnũ Cyprico coçuum, Cethina seu *Citia* nomenclata plane creditur, & firmatur. Italia siquidem, iuxta Berosi pluriumq; sententiam, anno circiter 1757. Noè fit sceptrum; dehinc anno 1798. Gomer primogenitus Iapheti, successit, regnauitq; 58. annos. Quin & Hispaniã Tubal colonijs à se cõsitam, suscepit imperio, anno, ex Beroso, alijsq; 1911. Africa pariter iã Chamæis inculta, omnisq; fere terræ superficies habitata. Innuit Hieron. de Traditionibus Hebraicis in Genes. *Legamus* inquit, *Varronis de Antiquitatibus libros, & Sinnij Capitonis, & Græcum Phlegonta, cæterosq; eruditissimos viros, & videbimus penè omnes insulas, & totius orbis littora, terrasq; mari vicinas, Græcis accolis occupatas, qui, vt supra diximus, ab Amano, & Tauro montibus, omnia maritima loca, vsq; ad Oceanum possedere Britannicum*. Neque vllatenus animo inducendum, nondum genus humanum, tum temporis propagatũm.

Iam enim Europa tum culta, Asia quoq; & Africa repletæ gentibus; Principatus effectęq; regna. Accedit illud Philonis Hebræi in suis Antiquitatibus; ante Noe obitum annis decem, (qui 340. post diluuium cõtigit) familiarum Principes gentẽ quęq; suam numerasse, centenaque septem cum 32. mil. hominum, demptis mulieribus pueris; in matriculam redegisse. Abben Ezra super Genes. suffragatur admodùm, necnõ Genebrardus lib. 1. de Iaphetanis *quo factum*, inquit, *vt Duce Iaphet, mari se audacter commisêrint, repleuerintq Occidentis insulas*. Habemus etiam è *Fasciculo Myrrhæ*, quòd quamuis Iapheti progenies gentibus, linguisq; nomen dantes, initio paucę fuerint, tandem tamen cęteras, numero, & multitudine superarunt vi paternæ benedictionis, *dilatet Dominus Iaphet*, idest multiplicet eius sobolem, & amplificet eius fines supra reliquos. *Hinc*, ait Genebr. *effusiones incredibiles populorum è Septentrione in Europam, Africam, Asiam, & omnes orbis partes. Hinc amplissima regna Macedonum, Græcorum, Romanorum. &c.* Ecquid ergo illa, 560. annorum Sardiniæ solitudo ventiuola? Incongruum planè plenitudini gentium, Iaphetanæq; fæcunditati consentaneum prorsus nihil. Magis magisq; quòd tum Veterum, cum Recentium fide constat; ruptis omnino moris, faciem terrę, lõgè latèq; diffusum, benedictione prędítum, Sanctum genus opplesse.

An. Dil. 224.

An. M. 1890. An. D. 234.

RELIGIO ad vnum Deum conferens in Sardinia fulget, cultus vnius Dei ab incolis inibi propagatur, & emicat, ab vsque

Cultus veri Dei Sard.

 Asia,

Asia, vbi rerum grauissimarum oriere premitur orbis Monarcha, salutiferis Principes preceptionibus imbuit, almisq; suos Noe filios, nepotesq; vt ex multis habemus, documetis instituit. His itaq; magna Cina, Sardinia inquã, Hesperię vtriusq; colonijs nec nõ Africę, circumsita (imò assiduis nauigationum excursibus hospitata) in Dei cultu, rebusq; se suis feliciter gerit.

An. M. 1916. *An. D. 260.*

POstquam res Africę Sanctissimus Patriarcha rite constituit, ad Celtiberos se cõferens, Sardiniam nostram sua dignatur illustrare præsentia; optimum regimen stabilire, ęqua sancire, leges ferre, nepotem denique Regem in Religione Dei viuentis instruere. Quod ipse ex Africa in Hispaniam transfretarit, Berosus (non Annianus) lib. 5. cum aliis propè 20. scriptoribus affirmant. Duas ibi, *Noelam*, & *Noeglam* reliquisse colonias, ibidemq; Leges Celtiberis condidisse, literasq; docuisse (hasce Strabo meminit, suamq; ante faris ætatem, à 6000. annis literas leges, & versus Celtiberorum asserit) memorię prodidere. Sardiniam verò insulam appulisse, verisimilitudinem maximam preferet, congruentia suadet; eiusque peregrinationibus eliquet. Tunc Vestam illam, quam in Apparatu habes ex Geographia Berlingeri, conditam ab eo vrbem, minimè dubitamus; quæ quidem tempore Romanorum, Vestalibus sacra fuit. Vestam autem à coniugis suę nomine, Vestæ: ceu Noelam à Iapheti vxore Noela: Noeglam tandem ab vxore Cham sic dicta, nũcupauit. Tunc etiam Tetum oppidum à Titea seu Tethi eius coniuge.

Noe Sardin.

An. M. 1924. *An. D. 268.*

CHam (Saturnus, Cameses, & Zoroastes Ethnicis) regno potitus Italię, vti scelerum teterrimus machinator, imbutusque diabolo, à Noe, ex Armenia celerante, propulsus, Siciliam, Libiam, mari que insulas peragrans, idolatriam seminat. Hoc sub tempus Sardinia, Religionẽ, & cultũ vnius Dei amittere cœpisse creditur; quam & tota simul Italia perdidit: etsi Noe iterum moderator eam in meliorem frugem restituerit, & redegerit.

Cham i Sardine

An. M. 1931. *An. D. 275.*

IDolorum cultu Mortalibus ingruente, eriguntur statuę, inhabitant Demones, hominesq; decipiunt. His diebus Cham cælestes sibi honores arrogans, vbiq; terrarũ ac gentium, quas elustrat, simulachra nanciscitur, Saturniq; sub titulo veneratur, & colitur. Eucęnia pessima Sardinia celebrat; populusq; fidelis, Chamęis aspersus flagitijs, eiusq; sceleribus contaminatus, superstitiosus, ethnicus, & paganus euadit, decedẽteq; Cethim per successores idolatras gubernatur. Ex varijs Antiquar.

An. M. 2010. *An. D. 354.*

MEsraim secundogenitus Chami, ab Ægyptiis Osiris, atrorũ deformiumq; sator, vt è Rabbi Selo in Genes. 12. Genebrardus tradit, paternæ maledictionis hereditatem aggressus, aterrimis moribus turpat orbem. Certò extat, nigredinis originem, non à regione propriè, vt existimatur, ob solis ardores, sed à stirpe, & sanguine prouenire: à Ches videlicet, & Mesraimo. Siquidem, sub æquatore, locisq; vtriq; Tropico vicinis (docet Genebrardus) inter nigerrimos homines, alij sparsi reperiuntur albi vel cinerilii, qui illic in sua albedine perseuerant, vt qui manarint è sanguine Abrahę, Salomonis, Iudęorum, & aliorum inquilinorum. Isthic itaq, sceleratus *gloriæ studiosus magnum exercitum contrahit quo totum orbem hominibus frequentatum, peragrat: plantationesq; vitis, tritici hordeiq, sementem, genus hominum docet. Si enim ab agresti, & fera viuendi consuetudine ad mitiorem victus rationem homines auocasset, fore sperabat, vt hac beneficiorum magnitudine ad immortales sibi honores viam præmuniret quod & euentus ratum fecit. Totum deniq; orbem Osiris emensus, mitissimorum fructuum commutatione, de vita communi benemeritus est; quod si qua tellus plantam vitis non admitteret, conficiendum ex hordeo potum docuit, vini fragrãtia & efficaciter haud multò inferiorem.* Ex Diodoro lib. 1. Ad eius Sepulchrum, columnam hisce inscriptã literis ibidem tradit Diodorus. *Sum ego Osiris, Rex ille, qui exercitum duxit in omnem regionem, vsque ad inhabitabiles Indorum terras; & ad Arctum vergentes plagas, vsque ad Istri amnis fontes: & porrò ad cæteras terræ partes, Oceanum vsq; Sum autem Saturni filius, nec est locus in orbe ad quem ego non peruenerim, qui meo inuenta beneficio distribui*. Ex Ber. Eus. Fab. &c.

Osiris in Sardinia.

An. M. 2030. *An. D. 374.*

PEragrans itaq; totum orbem, Sardiniã quoq; Osiris aduenit: eique nigerrimos colores intulit: proceros quidem, gigantea naturam præferentes, quæ deformitas tunc dicerum, omnem propè terræ ambitum, Ægyptię maximè, formidabilis opprime-

primebat. His à lustris, montana Sardiniç Titanes Æthiopes habitarunt, molesq; tûc Saxeas eduxere, magalia passim fixere, binoq; sæculo Sardiniç populos conflictarût. Extat de ijs hactenus trina traditio, totque nostratibus vetustissima monumenta. Horum vnum prægrandium illç structuræ Saxorum, quas vernaculum Idioma *Domos de Orcos* vocat Orcus autem Pluto à Græcis dictus; Sardis verò genericum nomen est ad Gigantęa monstra quæcumq; Cyclopes nimirum Siciliç, fratres Ætnęos: Androginos Africę, Astromos Indię, Atlantes Libyę deserti: Chenolophagos Carmaniç: Tanephios Oceani Borealis; Himatopodas Libyæ: Trogloditos Phaunos, Satyros, & genus hoc alia.

Alterum est nomen Osiris in prouincia Pellidorum, violato vocabulo, *Osini*. Nomenq; illustrisimę Terrę *filis*, ab Iside Osiris coniuge. Tertium tandem, apud Sarrabensem regionem, in loco qui dicitur *Villamayore*, Ægyptij Regis hucusq; viua memoria, quòd ibi Rex Monoculus, rustico more *Su Rey Eguliu*, nuncupatus extiterit: bellumque ibi acutis arundinibus initum; quod sanè antiquissimis prçlijs, ligneis verubus ac sudibus, actis, alludit. Comperimus nos ibi sępius patriantes, rei vestigium nil deleri; dum adhuc Regis domus Æthiopis nominatur *Sa Ome su Rey*. Quem alium ab Osiri certissimè scimus: siquidem Osiris inducias non pertraxit, quin Regnum inuadens, illudq; sibi arrogans, relictis pro se suis, abscesserit.

His temporibus illa, quę in dedecus actitatur Sardoa lex, orta: non quidem apud incolas sed apud Zoroasticos inoleuit. Hi Bactriani Zoroastis, seu Chami, paucissimi, populi, qui senio, vel morbo confectos, canibus deuorandos homines obiectabant, parentesq; cędebant. Ab ijs in Sardinia, vnà cum Berbicis, ab Osiride constitutis, inhumana lex in posteros deriuauit; confectos parentes senio trucidare. De hac lege Rauisius in officina: *apud Sardos*, inquit, *parentes senio confecti fustibus cædebantur à filijs, & mox cõtumulabantur. Turpe siquidem putabant, multo senio confectum superesse diutius. Magistratibus cogebantur raticinari unde niuerent.* Ludouicus itidem Lelius Rodiginus, lib. 19. lectionum antiquarum, cap. 26. *Sardoa lex est senescentes iam parentes fustibus lethaliter à filijs cędi, ac mox tumulari. Turpe siquidem orbitrantur multo confectum senio superesse diutius, quum in pluribus aberret corpus annis fessum.* Marangonius in codice Pisanorum manusc. ait. *Mendacium insigne excogitatum est, Sardoa lege parentes senectute confectos à filijs enecari, &c.* Nil tamen obest, quandoquidem non Sardi sed Æthiopes id aggressi. *Verùm, ait ille, si uerum est; monstra Titanica feritatis huiusmodi obseruantia iudicamus.*

An. D.

An. M. 2080. *An. D.* 404.

Æolij vetustissimi Greci, ab Elisa primo Iauani filio, teste Iosepho lib. 1 cap. 11. Ant. orti, qui (vt multi, quos meminit Benedictus Pererius in Gen. lib. 15. cap. 10. nu. 22. perhibent) toto mediterraneo mari emenso, insulas Fortunatas penetrantes, Elisias nuncuparunt, Sardiniç quoq; oras attigere, coloniasq; adductas, Elisias edixere: quæ postmodum violato vocabulo Lisitanę, seu Elisitanæ dictæ credûtur. Enim verò soboles Iaphetana omnis, ad colêdas insulas incûbere iugiter gloriata, ipsas vel animi gratia, vel accultus, vti paternam hęreditatem peramarunt, inuiserunt, & peragrarût. Profectò hinc sacer codex, apud Ezechielem cap. 27. Sardiniam comprehendens ait, *de insulis Elisa*, vbi Latinus interpres vertit, *de insulis Italia*. Quòd Elisa, vt Cithim, Tharsis, alijq; Iaphetij, insulas cordiq; animoque tulisset. Doctissimus Pererius ibi, hęc. *Certe non est improbabile Elisam, & posteros eius perna-uigasse totum illud mare Graecum, & insulas eius, inhabitasse, & de parentis sui nomine appellasse. Nec solùm insulas aut loca eius maris, sed etiam cæteri maris Mediterranei. Solet enim scriptura cum de insulis agit, trans marinas etiam regiones intelligere, in quibus insulas maris Mediterranei comprehendit. Nec mihi uidetur plane futilis eorum coniectura qui opinantur Elisã, aut eius posteros emenso Mediterraneo mari, extraque Gaditanum euectos &c.* Hector Pinto, Arias Montano, alijq; expositores, Elisam cum fratribus insulas mediterr. mar. occupasse concordât, Cithim maximè, a quo ipsæ denomiuationem acceperunt.

Aeolij in Sard.

Elisa i Sardin.

An. M. 2100. *An. D.* 424.

Cilices, à Tharse, secundo Iauani filio, orti sub hæc tempora, totum mediterraneum mare permensi, insulasq; & maritima eius loca peruagati, testante cum multis Pererio in Genes. lib. 15. c. 10. num. 24. ea colonis, & habitatoribus compleuerunt. interq; ipsa, Sardiniam maximè collustrantes, Tharsum ibi seu Tharrum iam erutam, non vanè creditur condidisse. Namq; Cilices, teste Solino cap. 39. latè mari terraque dominati sunt, gentemq; suam felicissimè propagarunt. En Iaphetiadum propè omnium benedictio Sardiniç ingruit; en sese omnes eius ad beneficentiam aggregant, accolunt, incolunt, & honorant. Verum &

Cilices in Sardin.

Thorsus, vel Thyrsus, minacissimi fluuij, Arborensis, nomen quanquam villi à Sardo Rege putent sic dici, læsum vetustate, a, in o, vel, i. mutato coniicitur: ita vt Tharsus, nō Thorsus. Amnis isthic, Tharrum versus effluit; estq; eadem positus regione.

Tharsis dicta est Sardinia. Tunc Sardinia sicut, & Mediterraneum totum mare, ipsiq; ac omnes finitimę terræ, *Tharsis* dicta est: colligitur ex Iosepho lib. 8. Ant cap. 3. asserit Franciscus Ribera in Ionam; probat Gaspar Escolanus, lib. 1. cap. 6. fol. 27. colum. 2. circa medium; dicendumq; infeliciis anno congruo. Non ab alio quàm à Tharse, eiusq; posteris tale mediterraneus gurges cōsequutus est nomen Tharsim verò Indię locum esse, vt pugnant vlli, neq; ex scripturis, neq; ex Geographis, aut veteri aliquo auctore, vt etiam ait Theophylactus, neq; vero probabili aliqua potest ratione probari. *Mediterr. Tharsis dictum.* Quando enim Tharsigeni mercatores Indiam penetrarunt? Item si Tharsis Indię locus est, quomodo Ionas Tharsim iturus petijt Ioppen? Accedit illud Ezech. 27. *Tharsis negotiator tuus*; idq; quonam intelligendum sit modo? Ex India Tyrum negotiator venire solitus? Est Tharsis Carthago; estq; Mediterraneum mare, suntq; Tharsis, quibus est consitum insulę, vt multis ex sacris patet expositoribus almi Codicis. Eccere Cithini, Elisę, Tharsis imperium, Sarda tellus.

An. M. 2117. *An. D. 431.*

Phorcus Rex Sardi. PHorcus Thoosę Nymphę, Neptumniq; Ægyptij filius, Mesraimi, Chā filij, nepos, anno mundi 2117. vt ex Beroso lib. 5. Antiq. constat, Sardiniam colonijs cum Thuscis aduenit. Ait enim anno 10. Balei Regis Babyloniæ 11. Phorcum Cadosene insulam (hæc Sardinia) vetulonicis complesse colonijs relicta parte Liguris posteritati: Decimum verò Balei regni. Hieronymus Bardi Camaldulensis, Franciscus Sansouinus, & alij tumq; veteres, cùm etiam recentiores, anno mundi 2117. constituunt. Fuit hic Phorcus (Probo enim alter est Africæ Rex Phorcus) vt dictum est, Ægyptij Neptumni proles, qui 35. filios habuit, tertius Phorcus, ex Thoosa vt Seruius, perhibet, Homerus autem in Odis, Thoosam Phorci statuit filiam. Genuit Batillum, Scyllam, Medusam, Stennionen, & Euriale.

Vocabulum isthoc Aramęum potiùs quàm Latinum est, *Porcus*, cōtractum quidem à Porcus, Latinè portitor; Transportabat enim, vt ait Berosus, & Sansouinus, in illustrationibus, per Italiam, & Insulas colonias. Ad hæc nam vsq; tempora, in Thuscia, Porcarenses, Porcarilium, & Porcisera manent oppida, à Porco sanè. Quod, ne vilis animantis nomen id Regium dedecoraret, aspirationem posteri adiecere; Meminit Virgilius Æn. 5 & Georg. 4. illic Phorcum Scythicè, hic Portitorem Latinè: Iuuenalis autem, Sat. 3. Porthmeum Græcè, vocant. Attulit Rex secum filias in Sardiniam, ibiq; dum ageret, Regnumq; Insularum pater haberet, omnes cum eo fuerunt: posthmodum verò Reginę, Insulasq; Gorgoniam atq; Scyllam, paterno succedentes iure, tenuerunt. Occupans igitur Insulam Phorcus, Vetulonicis accolis replet, & *Cadossem*, seu *Cadusone*, hoc est sacra Crepida, Rex appellat. Testantur Phorci Regis in Sardiniam cyrnumque aduentum, Varro, Berosus, Seruius, Authoresq; cæteri, nostratesq; per plures. Allucinati tamen primū fuisse rati, annoq; 2220. seu 2216. venisse Regem, cum antea plures extiterint.

Vetulonicam gentem Phorcus aduectat, vt ea sibi firmet Regnumq; stabiliat: aliam namq; ipsam, quàm Viterbiensem, asserimus extitisse. Vetulonia enim, Brondi aliorumq; pace, Hetrurię populis cunctis antiquior, à Turreno Rege, per orbem sæculo aureo coruscante, Lydorum colonijs occupata, *Etruria Regia*, vrbs nimirum totius Hetrurię caput, & Princeps effecta est: vt Leander Albertus, & Annius attestantur. Fuit etiam vrbs Vetulonia Currule Tozebe, adhuc & Vitrium Vrbium, Vita Vita Vrbium, Vita Herbum, Vita inermiū, Vithermarum, vt ex Annio, & Leandro habuimus, nuncupata. Inter alios, colonos præcipuè Veios Rex aduexit. Titus Liuius lib. 5. Velis seu Veientibus hisce populis ab orbe Romę, vsq; ad Faliscos, & Falenos, (quorum Solinus, Cato, Ouidius, pluresq; legitur meminisse) terminos adscribit: Inficias nemo ierit, Vetulonicos, Veiosq; populos, Thuscos esse, Beroso, Plutarcho, Annio, Leandro Alberto, priscis neotericisq; multis, nos ab omni reuocantibus dubietate. Verùm enim verò Veij, Veientesue ij, Sardiani quoq; dicti sunt, auctore Plutarcho, retroq; relatis, in adagio *Sardianoles*. Ab ijs tum referta est insula Sardianis; quodq; Sardus hinc dedit, gradatim sensimq; nomen asciuit. Argumento sunt propè Calarim Sardiani, vulgò Serdiana, populi quidem Veij, illam Insulę portionem suscepisse primam, antiquitatis huiusmodi monumentum non leuem sanè fidem statuit.

Isthoc igitur mane sub rerum, Vetulonici per Insulę corpus effusi, ciuitates, & oppida condidere. Pausanię quippe constat elo-

elogio priusquàm Libyes aduentarint, vrbes iam in Sardinia substitisse. *Vrbes certè non plus Libyes tunc quàm in ipsa insula genitus populus norant condidere*. Erant igitur vrbes iã s Quas nisi Vetulonicis adscribamus; anteactis sæculis, (eorum, qui primum faciunt Regem Phorcum, mentem iuxta) abnuemus. Nos verò exactè probauimus.

An. M. 2130. *An. D.* 454.

PHorcinas, Citias, Elysias, atq; Tharsicas colonias præcessisse. Vrbes autem à Turrenis Vetulonicis extructas non læuè, Caradim, seu Caralim, Curulim, Pupulum Turres Ferentium, & Feroniam, credimus. Curulim namq; vrbem, Ptholomeus veterem nouamq; assignat, Curulis autem vetus hæc, illa est quæ nunc dictum Culler dicta. Habemus & Curulim Vetuloniam, vt dictum est supra. Pupulum à Populoniæ dicta nomine, vrbs antiqua fuit, ab Hetruscis iisdem colonis extructa: Populonia siquidem vna ex 12. vrbibus fuit, quibus Vetulonia, quæ & Curulis, & Etruria, præerat. (A Populonia Corsicę, & Sardiniæ montes videntur.) At verò non dicẽdum, solos Vetuloniæ ciues Sardiniam occupasse; veriùs, ex omnibus ditionis suiq; districtus gentes, imò quot quot potuit, Vetuloniam in colonias ex finitimis glomerasse. Caradim, seu Aradim iuxta Ortelium, iam nũc Calarim, proculdubio Sardiani Protopolim Veij cõdidere; & si postea, Iolea nominans, auxerit Aristęus, passim enim apud Historicos pro componere, amplificareq; legimus condere, vt Romę Romulum condidisse, communiter dilatasse legitur, & ornasse. Ianũ siquidem, & Euandrum primos antiquarij celebrant grauiores. Turres igitur non Hercules sed fortè Turreni, quibus propriæ annatæq; turres, ędificarũt. Iamq; priusquã Hercules à Libya fines penetrasset nostros Turrigeras vrbes, Turrenis Hercule antiquioribus, construendi mos & vnica fuit cura. Berosum, Portium, Annium, Leandrum, Sansouinum, plureśq; consulito. De Turribus ampliùs loco suo. Ferentium oppidum, nunc Serrenti existimatum, Thusci Veij condidere. Feroniam oppidum, de quo retro, Feroniam templum, Feroniam lucum, est qui credat Feronianum esse, quod nunc violato vocabulo, *Fordonianum*. Hę vrbes. Oppida verò ac populi subsequẽtes, verò simile vetustissima Vetuloniæ regionis Hetruscæ constituunt, arguunt, probant nomina. Thyrsus nomen Hetruscum est, idq; Annius, Leander, & alij meminere. Et quidem Thyrsus fluuius, à Thyrsis Thuscis: Thorsus seu Tharsus pristinum abolentes, ita nominasse creduntur, à Thyrso oppido, illac structo. Thyrses autem, tuguria sunt, vel magalia, teste Leandro, in 2. regione Italię, fol. 23. quæ tunc auteo illo ęuo Aborigines offigebant. Condiderunt etiã Baratium oppidum in montibus Calaritanis, cuius nomen extat, Baratij, in Montecleta, vulgo *Montegresia*. Erat autem Baratus Thuscorum à Populonia mil. 3. distans vrbs. Est insuper in prouincia Arborensi Baratili oppidum, iisdem extructum Baratijs Thuscis. Osa, seu Osca quoq; tunc ab ipsis condita. Habes Osam apud Hetruriam littoralem. Cepara item à Ceparano Thuscię. Angilis, ab Agilla deqna Plin. Cato. Trogus, & Dionys. Angilis autem in territorio Calaritano fuit, superstatq; nomen. Segalium, vulgò Segariu, à Segalari antiquę Hetrurię castro, meminit Plin. Annius, Leander in Hetr. Medit. Senorbi, vel Senonii, à Gallis Senonibus, nũnc Senarũ vrbs. Estq; Iesum Senorbi: Ab iis quoq; Senonibus Hetruscis, Senis, & Senigui, oppida. Rosellum oppidum, cuius nomen fons insignis retinet, à Rosella Hetrurię inter 12. Hetrurię vrbes, à Plin. & Catone numerata. Meminit Ptho Rusellam vocans cum Senensi deductam coloniam: haud oblitus Liuius, lib. 10. de Rosellanis loquens. Armunzia, seu Armungia, oppidum à Veientium Aremuza, à Plinio cap. 98. Catone, & aliis Aræ Mutiæ nominata. Mæonium, montesq; Męonii, à Turrena Męonia, de qua Ouidius, lib. 3. Meta. Annius, Leander, & alii. Est impręsentiarum Meonium, Meylogu, est quoq; Meana; quod quidem nomen Meana habes in Hetruria mediterranea, apud Annium, & Leandrum Albertum, fol. 75. pag. 2. *De Meone*, inquit, *ecquistò il nome la pianura di Meana*. Plubium à Populoniis, quorum Deus Pupius erat, corruptèq; Plubium à Pupio. nunc Pioaga. Cerii à Ceretanis, Veientibus Sardianis, finitimis; Trossalorum oppida, à Trussulo, vel Trossulo in regione Vetuloniæ; Quæ quidem oppida farraginata, primam nomenclaturam amittentia Strissaili, Stressilii dicta sunt; ab ilienfibus occupata; se seq; inter mixtis incolis Trossulanis, & Iliis, vtriusq; gentis nomen attractum. Strissaili quasi Trussa Ilii, & cętera, vt suo loco; Tunc & Tressi oppidum à Trossanis iisdem; tunc Aruminum, seu Aruntium, ab Aruntinis propè Vetuloniam milliario distantibus incolis, oppidum in Sardinia celebre, tulere primordia, Barumini postea dictum. Tunc Herus amnis, ab Eri, Hetrurię fluuio: tunc etiam à Lunę colonia oppidum Lunamatrona

trona nomina contraxere. Luna autem conditorum nomen est, matrona autem motrona quędā Hetrurię arx vetusta. Putant alii, Lunæ templum ibi constructum, quam Hetrusci Matronam colentes, quolibet nouilunio, vt Annius 3. instit. æquiu. tradit, omnes Vetuloniam, seu Volturrenam, ad Iani ostias confluebant. Tunc Atlao, idest Ballao volunt fortitum nomen ex Atlao Vetuloniçe regionis amne. Alia oppida tunc ab Hetruscis extructa sunt, pręsertim iugosis in partibus Orgosolij; vbi super Montenouo arcem inexpugnabilem condidere: vnde non deest, qui Orcosoliū, P. detracto, dictum Porcosolium, seu Porcosopolis à Porco seu Phorco Rege. Baleus XI. Assyriorum Rex, dictus etiam Xerses, vt Sansoulnus ait, suum longè lateq; protendens regnum, Sardoq; flagrans ditionis amore, tentitat, non attingit.

Melinus, cuius tyrannis Beroso teste, loca maritima profligauit, Siciliam, Sardiniamque affectans, nullo negotio non sortitus, à Phorco retunditur, & fugatur. Hoc ipso met ęuo Gigantes Sardiniam infestantes, acie eum Rege congressi, montibus dominantur, & agris. Id ipsū Lestrigonii per Italiam gerunt bellum, quo rum insolentijs agitata, labat iam iam, quorum tyrannidem finitimi persensere, Sardinia non ieiuna. Vide Antiquar.

An. M. 2160. An. D. 484.

Ligur Ægyptiam coloniam Italię destinat, proficiscitur, introducit; potiundamq; à Iano Liguriam suscipit, anno 2160. Verùm, & Sardiniæ obiter affuisse, colonosq; nonnullos Sardoo littori credidisse, conijcitur. Gigantes Sardinię, vnà cum cęteris orbis terris in Osirim cōspirantes, eius fratrem Typhonem in perniciem asciunt; isq; expediens, ira quin & odijs cumulatus, Osirim è medio tollit, scribit Berosus lib. 5. Antiq. Hoc tempore per Ægyptum, partesq; alias Gigantum insolentia plus assumit, infestat, nec non turbine furiali in Prouinciarum Principes conuolutus, in summam exasperat calamitatem. Sunt qui rētur, anno 2206. transpadanum Regem fuisse Osirim, reuersumq; in Ægyptum anno 2222. suarum peregrinationum columnæ incisam, ęternitati seriem consecrasse Hunc & illum haud obscuri nominis Chronologistę Apim credunt, qui regnum Italię con sequutus ab anno 2206. ad 2216. vsq; perduxit, Gigantumq; peste Italiam expiauit.

Ligur in Sardin.

An. M. 2253. An. D. 567.

Densam, & amplam, circa annum Itali Atalaæ, seu Atlantis, cum Hespero pręliorum, sententiarum syluam precurrimus, egressi rubetum, Farę vestigijs inhęrentis, præsentem admittimus annum, supputationi legitimæ pergermanum. Italus Atlas, quem teste Beroso, Ianigeni Kitym appellarunt; ast non Iaphetanum hunc putes, sed alium, vt facilè poteris apud Historicos experiri: Kitym enim, seu Citim Iapheti nepos, non accessu temporis, sed à pristino sic vocatus: hic autem cognominatum potiùs quàm nominatum Berosus insinuat. Iste igitur è Sicilia veniens, Quinti Fabij Pictoris elogio, Romę in monte Auentino subsistens, Capenam oppidum cōdidit, suoq; de nomine Italus Italiam appellauit: filiamq; Romam (quę quidem, teste Plutarcho in Romulo, Hispanica fuit, filia Leucarię eaq; item Hispanica) Siculis, & Aboriginibus pręfecit, quę Capenam destituens, in monte Palatino Romam condidit, quam postea Rex amplificauit Euandrus, exin Romulus. Inuasit igitur Atlas Italus Hesperi regnum; quem iam pridem Hispanico pulsum regno, ambitiosus frater ad Hetruscos vsq; fines adegit, ibiq; non modò regno, sed etiam vita exuit; non iam ferro sed crebrò illatis molestiæ causis.

Kitim Ital.

Phorcus ęuo sat grauis, vtriusq; Insulæ, Sardinię, putàq; Cyrni, opibus & potentia valens, Hespero suffragatus, Atlantis adeò incurrit in odium capitale, vt eum aduersus ingentissima fretus classe, deuenerit, naualiq; tandem prælio superatus, vndaq; obrutus Phorcus, neq; vspiam inde visus, Gentilicę leuitati Deus habitus, honores cęlestes adeptus, marinorum Archon Diuùm, obseruantia cultus maxima, figmentum celebre sæculis prębuit, & reliquit. Qua stante re, Sardoa littora, iure Regia manent Phorco.

Medusa Phorci filia, patri succedit in Regno. Hæc non illa, quam Diodorus in Africa bellicosarum Gorgonum Principem, quam Perseus interfecit, enarrat; sed alia Medusa hęc, alterius inquam Phorci, Lybię Regis, Probo teste. gnata; eoquis omnibus vt Isacius, & Theontius referunt, pulchrior fœminis, in venatione libenter exercita, fortunę mirificis affluens bonis studijs habenas tractat aureas, auget, sospitat Regnum. Procul hinc Persei fictile bellum, absistant leuia blaterantes, anguicomam scilicet rati Gorgona. Horum ad fabulas animus aggregandus? Calamus inflectendus ad menda? Medusa fictitia, Pegasi mater; ad insulas

Medusa Regina Sardinię.

las Dorcadas quæritur: ad hortos Hesperidum luat sanguine. Nostra non ea, non meretrix, haud sacrilega; nec eandem vllatenus Perseo visa, cum nedum isthic nostratia littora salutarit.

Madeant Cyrrǽo liquore, constrepant Persei Musæorum, & pro saxifico vertice Medusæo, Poetę disceptent: nos quippe nō Perseo sed è Gerionibus vni Cadalonę Medusæ truncum adscribimus. Quanquam enim Geriones Gaditanam, Balearesq; cum Hispania, insulas ditione tenuerint, Sardinia tamen eis (vt Iustinus verbis illis lib. 44 *In alia parte Hispaniæ, et quæ ex insulis constat, regnum penes Gerionem fuit*, videtur innuere) iura pendebat. Rem nam satis vera, Geriones totum propè Sardoum, ac Libycū, nec haud Iberum ac Balearicum imperabant, *Diuulgata enim* (inquit Diodorus lib. 4.) *per totum orbem fama erat, Chrysaorem ab auri opulentia nomen adeptum, per vniuersam regnare Iberiam, eiq; præstò esse tres filios, et viribus corporū et facinoribus bellicis præstantes quorū vnusquisq; magnas circum se copias, pugnacibus viris constantes habebat.* illud, *magnas circum se copias*, mediterranei gurgitis iisdē insulas circumfusas, aduertit anonimus. M S. codex Bibliot. ex quo facile patet ausa in Sardiniam Gerionum. Refert Annius, Berosum Geriones ad Balei XXXVI. annum regnasse innuētem, annosq; 42. regnasse. Aduersum tamen è consentanea temporum digestione compertum; nec facile censeamur; quum ab vllo, qui à cunctis proficisci non renuit, videamur abscedere varia enim est tempora circiter via scriptorum, arduum sanè quęnā sit via quęnam sit semita noscī. balei regnum alij sic, aliter statuunt alij.

An. M. 2278. *An D.* 592.

Noras in Sardinia.

SVblata è medio Regina Medusa Norax illico soluens Iberis ab oris, Sardiniam occupat. Hunc Pausanias lib. 10. ex Erithea Gerionis filia, Mercurio natum hoc prodit eloquio. *post Aristæum Iberi in Sardiniam ex Hispania transmiserunt duce Norace, à quo nonam vrbem Noram vocarunt, & hanc primam omnium, quæ in ea insula fuerint, vrbem norunt. Filium Noracem fuisse dicunt Mercurij ex Erithea Gerionis filia.* Solinus Polyhistor. cap. 9. ante Aristęum, postq; Sardum, Noracem mauult; *Nihil ergo*, ait, *attinet dicere, vt Sardus ab Hercule, & Norax à mercurio procreati, cū alter ab Libya, alter ab vsq; Tartesso Hispaniæ in hosce fines permeassent, à Sardo terrę, à Norace Norę oppido nomen datum. Mox Aristæum regnando his proximum in vrbe Carali, quam condiderat*, & quę subdit. Haud displicet nostro Farę Solinus, quem præstantiæ gratia, sequi se fatur. Cæsareo autem Chronologo Floriano nos potiùs credimus, qui Hercule Geriona premente, eiusque potentiam in Hispania contundente, Noracem eius ex vnguibus in Sardiniam effugam transuolasse, ibique Noram vrbem adstruit condidisse. Non tricorpotis Gerion, sed vnanima trium corpora fratrum, quorum sententiæ mentes, & animi, concinebant; quos inter, arctissimo quodam modo conformitatis annexos, dissensio nulla. *Porrò Gerionem ipsum, non triplicis naturæ, vt fabulis proditur, fuisse ferūt, sed tres fratres tantæ concordia extitisse, vt vno animo omnes regi viderentur. Nec bellum Herculi sua sponte intulisse sed quia armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse.* Inquit Iustinus in Epitome Philippicarum historiarum Trogi Pompeij lib. 44.

Animaduersū esto in illa Pausanica verba *post Aristæum: iberi ex Hispania transmiserunt: hanc primam omnium vrbem*. In illa quoq; Solini verba sit cautum, *Sardus, & Norax*. Auia quippe sunt, exteris planum inuisarū rerum abertatio nata. Primas vrbes colonię primæ, vt diximus, condidere.

Hispanus itaq; Norax vrbem tum Norā condidit tumque Sulcim (quæ & Tulcis) Palmas, Cornuq; habes Tulcim apud Melā lib. 2. in prouincia Tarraconensi, veroq; similius tunc dicrum: (quàm post ipsam erumtam vrbem prouagos profugos per Insulā Noritanos: Notamen, Noragos, Norum, seu Nuoro vulgò, aliaq; hoc genus oppida construxisse) vnde nostratibus nequicquā scriptoribus innitentes, oppida isthæc vnā cum Nora, fundasse, firmamus. Stabat siquidem Nora Vespasiani temporibus; meminit Plinius, lib. nat. hist. Florebat hæc ciuitas sub Antonini Diocletianiq; imperiis, vt varijs ex monumentis elicitur, asseritq; noster Arca, in vita S. Ephysi Martyris, *constat*, inquiens, *quàm longè fuerit Nora ciuitas posita. Rursus illa tunc ciuitas florebat non parum*. In vita S. Potiti, *cum illa*, ait, *ciuitas, hostili bello iaceret Pisas, pro sua libertate deportans*. Eccere ad Pisanorum vsq; tempora Norę Florentiam protrahit. Oppida verò illa antiquissima sūt & ab vsque Norensibus fabricata: sic traditur, ita credimus, ac tenemus. Serpi ratio, ideo B. Potiti corpus Notam aduectum, quia erat idolattarum locus, haud placet. Siquidem & Calaris, tametsi Ethnicis Romanis videlicet subdita, Christianos, vt nūc Iaponia, plures tum occultos cum publicos continebat; & corpora quidem Martyrum aliorum felix illa tellus seruabat arcana: ita quòd nullum, ad ibi Potiti Martyris corpus humandum, repagulum esse poterat, cum

cum tot pretiosos Calaritana ciuitas Diuũ iamdiu thesauros possideret absconditos.

An. M. 2286. *An. D. 730.*

HErcules Libyus, ipse ninirrum longeuior decantatis, Gerione extincto teste Virgilio multisq; alijs, Hispaniæ ditione potitus, in Noracem, Medusæ ob necem Sardinia confremente, animaduertere operæ pretium arbitrans, ingenti classe parata, Sardiniam versùs intendit. Pollebat certò Norax Gerionis exercitu, cui præfectus, ducem agebat, & Regem. Applicat igitur Hercules, Noranaq; littora copijs opplet; aggreditur, aggressusq; citiùs hostem subigit, tollit è medio, regnum occupat. Manet hinc loco, vsq; in hodiernum diem, Noranum littus, *Portusherculis* nomenclatum, eò quòd illuc Herculis Libyci classis appulerit, ibiq; Sardiniæ nihil inglorio Regnum bello sibi Hercules compararit. Hunc è Sicilia, colonis à Thuscis euocatum, exceptũ, Regemq; salutatum, habet Fara, quod nos inficiantes, ex veriori temporum digestione, veracioriq; scriptorum elogio ab oris Hispaniæ, Lomnijs Gigantibus expiatę, Noracis imperio firmiter credimus ingruisse. Hieronymus Bardi in Chronologia mundi, ætate 3. Titanes hosce, anno circiter 2245. stratos ab Hercule tradit. Monarchia Ioannis Pineda Herculis in Hispania Regni, sub anno 2295. ponit exordium. Varia satis æui digestio, diuersa Herculea clara facinora, nũ dum controuersia lisq; dirempta. Verax Berosus lib. 5. Hispaniam quam Italiam prius moderatum Herculem asseuerat, adstipulatur lib. 4. Diodorus Siculus, ecce re. *Hercules porrò magnam Africæ partem emensus, ad Gaditanum Oceanum peruenit. Inde cusse præter nauigante, in Iberiam transgressus, Chrysaoris filios magnis cum exercitibus in terna diuisos castra offendit. Hos ad singulare certamen prouocatos superat, cæsisq; Iberiam in potestatem accipit, & famigeratas inde boues abigit &c.* Subdensq; inferius in Italiam de accessu, *Hercules, ait, porrò è Gallia in Italiam contendens, dum per Alpium montes iter facit, asperas, transituq; difficiles vias strauit, & aperuit, & militaribus copijs cum impedimentis transitus per illas pateret. Iamq; Alpes egressus per Galliam (vt nunc vocatur) itinere continuato in Liguriam peruenit. Cæterum Hercules per Liguriam Tusciam quoq; emensus, cum ad Tyberim deuenisset, &c.* Berosus ibidem: *venit Hercules ab Hispalis in Italiam, & eiecit Lestrigones, omnesq; Tyrannos: fundauit Arnos Libarnos, ab eo Musarnos cognominatos, regnauitque 30. annis, vocatumq; ad se Tuscum, reliquit eum Regem Tuscorum.* En non verùm Sardiniam ex Italia transfretasse, stabiliùs assignatur, & clariùs, à Diodoro eodem 4. libro fol. 218. num. 21. & 22. & fol. 221. num. 25. vbi in Siciliam perq; eã, peregrinationis Herculis historiã texens in Sardiniã traiecisse nullatenus meminit: imò potius torto Athenas vestigio.

Aduenisse Sardiniam ex Hispania Herculem traditio multorum est, veroq; similiùs quàm aliunde; nec tamen obstat Berosi, & Diodori ex Iberia in Galliam, hinc in Italiã cum bobus itinere continuato contendisse, recensio. Constat enim ex alijs recto non tramite perrexisse: boumq; armenta non quidem per se ipsum, (quippe Rex erat, exercitu præpotens copioso) sed bubulcorũ ministerio deferebat. Adstruunt recentiores, auctoritatis eximię decumani, in Baleares insulas, vbi Gerionum vires atq; potentia maxima subsistebant, Herculem traiecisse, & per circuitum, Gerionum exercitus profligantem, ad extremas vsq; Oceani oras peruenisse, totumq; mediterraneum peragrasse. Longiùs protrahendum, si quot habemus Italos hac de re testes hic afferremus. Venit igitur Hercules in Sardiniam, indeq; Galliam Narborensem, & cuncta maritima peragrauit.

Habuit in sua militia pugnatores Sardos: innuit Diodorus ijs verbis. *Cumque ingens hominum multitudo ex omni gente, sponte ad militiam eius se aggregasset*: glossatum Neoterico, *ex omni natione ad famam confluebant.* Extincto Norace, Rex, Hercules adoratur, Giganteisq; insulam reuoluentes ferro igniq; deuastans, Sardiniam totam summa cum omnium gratulatione perlustrat: Caralim tum iam vrbem sua Hercules pręsentia decorauit, suiq; nominis æternitate firmauit. Extat enim Calari Specus Herculis, quam incoluisse traditio est: cuiusce planè indubitabilem rei fidem, Martinus Carrillo, Doctor illustris, in Relatione Sardinię contemplatus, effatur: *En la Ciudad de Caller ay vna quadra, en la Cueua de Hercules.* Spelunca hæc, vrbem tum temporis arguit non fuisse, ni velimus inclusam Vrbi reapse cauernam, obq; loci tutelam, apparatus armorum, situs congruitatem, capacitatemq; sibi huiusmodi domicilium asciuisse. Structuræ vetustæ à Pisanis super montem, in quo nunc Vrbs, inuentę, signum arcis antiquæ erant, hæq; à Romanis hęq; prius à priscis effectę, clarissimum, ciuitatis & arcis indicium: Accedit statua ingens ab hinc retro 60. actis annis, idolum quidem Herculis ibi prope S. Pancratium effossa, quam nescio quò vel vbi incuria repertorum tulerit, asseruarit. Idolum hoc Herculis, ibi inuentum ab eo qui proprijs oculis vidit effodi, ob eius dignita-

gnitatem atq; prestantiam non hesitando, didicimis. Est preterea in prouincia Calaritana memoria Herculis nomenclata, plures siquidem ex nostratibus Sardis, Hercules, nuncupati; nobisq; sat notus, vir optime conuersationis, Hercule cannas, vitaleis pascit auras. Certius tamen est, Herculem in Sardinia transeunter & obiter extitisse: nullaq; ibi ædificia construxisse, certissimum. Quòd si Turrim Libysonis ab Hercule structam Fara lib. 1. de rebus Sardois affirmet, reuera non probat, neq; vllum sibi secundum comperimus esse scriptorem, qui vrbem antiquissimam illam, ab ipso conditam Hercule vel asserat, vel saltem opinetur. Si autem aliquis insurrexerit, etymologiç nominis Libisonso propinquitate pellectus, Fareq; pedisequus, eiusce etimologię, odore suffitus, nulla vtiq; ipsi accommodanda fides, infirmo veluti fundamento nixo arundineo fultro bacillo. Hoc nobis potiùs de nomine Libysonis arridet, vrbem illam Turrim à Turrenis, conditam, Herculi postmodùm fuisse dicatam. Enim verò adhuc inter humanos agenti Herculi vrbes ac templa legimus consecrata non pauca, quin etiam functo iam vita, ceu Gaditanum illud insigne delubrum, vti Carthaginensem Hispaniç Libysocam, quam Plin. 3. cap. 3. Foraugustanam appellitans meminit quamq; Berosus lib. 5 simul ac Libysosonam, Libuncam, vocitat & Liboram. Celtiberorum hunc morem Cadasonenses Sardo, Herculis filio, forsitan absq; forsitan exciente imitati, Turrim dicarunt. Verùm haud respuimus qui montanos Orculesios, Herculesios existimant nuncupādos, affirmant: imò Thuscis ammixtos. Erat quondam in Vrbe Calari Herculeus obscurissimis caracteribus inscriptis atlas, quò abierit ignoramus. Quę quidem indicia contemnenda non sūt, potius maximi perpendenda, vti Herculis incolatus ibidem, fidelissima monumenta. Hęic & plura, hęic & firma: nimirum Gerionis nepos in Sardiniam effuga Norax, Floriano cum alijs teste: portusq; Herculis juxta Noram, eiusce illuc perspicuum appulsus indicium: non enim cum hoste Norace (quin & forsan cum aliquo ibi cum ipso ex Gerionibus existente) prælium conferturus, oras auias Boreales arriperet, qui, vbi hostilis erat neruus, munimē, & robur, nempe Nora, potētissimus armiger ingruebat E Nora itaq; per insulam omnem, concludimus fusum Herculem; Nota Calarim nil dubium tunc & vrbem, tunc & spelęa vrbica circumquaq; ciuibus habitata, tumq; demum Cadasone, nominata, quod in posteros violatum Carados abijt, nomen. Retinent hucusq; memoriam aduentusq; Herculei monimenta sunt, communis traditio, portus Herculis, spelunca Herculis, simulachrum Herculis, epitaphiū nomen, lapis, inscriptio prælibata

Calari, per insulæ reliquum se corpus effundens, Turres accessit, eamq; perinde ob aliquod Turrenis beneficium impertitum, vrbem incolæ *Libysonis* appellatam, Herculi dedicarunt. Cęterùm Hercules Sardinia summè pacata, regnoq; pro tum viris inter populares optimis, vt Iberico, tradito; cum exercitu pergit in Galliam, Sardinięq; adiacentes, propè promontorium Corditanum insulas suo nomine consecrat, ita vt stationis ergo, hactenus Herculis insulę nuncupentur.

An. M. 2292. *An. D. 737.*

HErculis in vtraq; Hesperia regnum varia se temporum digestione reuoluēs, hac illac nostrum rapuit animum, ancipiti mēte, scriptorū discordia, subornauit. Inducta demum quies, comparata serenitas, figit anchoram, sistit agitata nauicula mentis nostrę, dum illum annalismi ordinem pretium duximus obseruare; quin & hunc. Hercules aliquorum placito, hoc anno apud Hispaniam Fato cōcedens, diem obijt; ast non sic: Rex enim Italiæ adhuc (quicquid Annius, cum exteris vllis asseclis, autumnet; 300. sponte annos Herculi adscribendos elicimus è diuersis) mirificentia facessebat: hic non ille, quem Diodorus & alij Habebat in Libya magnus Heros cum liberis Iolen amasiam, Hanc & hosce saltem finitimos optans, in Sardiniam statuit euocare. Cadasonęum interea Regnū sub Herculis auspicio, tutela & protectione directum, à Dynastiis (Ægyptij, quin & Italici instar imperii) gubernatur. Gerebat in sinu, ferebat in oculis Sardiniam Hercules; in cuius rei monimentum cum Sardo, vnà cum ipsius Herculis natis multis, Iolen, sui oculi dextri pupillam, eandem in insulam iussit adduci; eamq; Regiam sibi destinans sempiternam, priuilegiis inclytis cumulauit. Quòd autem, cum Herculis Ægyptii liberis, Iole in Sardiniam ex Libya sit aducta *Epitome operum sex dierum, de mundi fabrica*, cuius fidei libenter addicti, subscribimus & firmamus, clarè testatur. Haud verò, Iolen Alcęo à Scriptoribus multis nescimus adscriptam; nil tamen præstat quandoquidē Ægyptio eam qui referant nulli desint.

An. M. 2374. *An. D. 819.*

Græci Merca. in Sard.

SAnctam plebem truciùs Pharaone premente, Moyses liberator obortus, Græci hoc ipso tempore mercatores, amplis honusti mercibus, Sardiniæ gentiles Inuexere colonias. Pausanias lib. 10. *Qui illuc, ait, è Græcis, commercij causa aduauigarunt, Ichnusam, quòd formam habeat humani vestigij, insulam vocarunt.*

Liquidò constat ex iis, Græcos hosce, dominos fuisse Sardiniæ: quippe, vt auctor est Fabius Pictor, lib. 1. Regibus, Principibusq; duntaxat, locis & Gentibus fuit nomina fas imponere. Vnde cum Pausanias Græcos hosce Ichnusam vocasse dicat insulam, pro fectò ipsis nomen indendi, ius erat, auctoritas, & potestas. Non autem nomen tale, quòad nominis rem fando, primi dedere Græci; antea namq; iam inditum scimus à Thuscis, qui primùm, vt diximus, Insulam coluere. Ast illud Sandalioris erat, à Sandalio gentilitio, quo ipsi crepidati incedebāt; hoc autem, synonimum fere, humani vestigij formę alludens, non id quidem sed crepidam referebat.

An. M. 2409. *An. D. 854.*

Osiris I Sardin.

ISis, quæ &, Io, Osiris soror, Inachi: Regis filia, Heroina Ægyptia (Ceres Legifera, Plinio) omnem propè, vt ait Berosus superficiem terrę, præsigni cum honorificentia comitatus emensa, Sardiniam creditur aduenisse, eidemq; selectam panificij inuchēs artem purgare, cribrare, incernere, tandēq; molere triticum, Sardos pistrix edocuit. Ceres hęc Dodoni, vt habemus apud Berosū, præstitit annis 100. isq; vt Plinius lib. 7. cap. 40. scribit, 500. annos inter Mortales egit; vnde ad annos 600. liquet Cererem à natura perductam.

An. M. 2454. *An. D. 899.*

Sard' I Sardin.

SArdus Herculis filius, hæresq; ab ipso iādiu Sardiniæ constitutus cum alijs Herculis filijs ex Africa colonias copiosas adue hens, Sardois ingruit oris, Iolenq; illam parentis amasiam, vt *Epitome sex dierum de mundi fabrica* meminit, Regno intulit oblectandam. *In eam transmigrasse nauibus*, ait Pausanias lib. 10. *Libyes dicuntur duce Sardo Maceridis filio, cui apud Aegyptios, & Libyas Herculis cognomen fuit. Sardus Ichnusam, coloniam Libyum deducendam suscepit: quare priore nomine obsoleto, est de Sardi nomine insula appellata. Non tamen indigenas eiecit ea Libyum manus, sed in domiciliorum societatem recepti sunt noui inquilini, atq; id necessitate magis quàm beneuolentiæ gratia. Vrbes non plus Libyes, tunc, quàm in insula genitus populus norant, condidere; dispersi in tugurijs, & speluncis, vt sua cuiusq; sors tulerat ita habitabat.* De Sardo vniformis Antiquarijs est consensus, dempto, quòd villi Græci Herculis, aui equidem aliqui putant filium. Floruit Moysis æuo, scriptorum propè omnium choro cū Rabano, Anselmo, decumanisq; Auctoribus accinente. *Sardinia à Sardo Rege Herculis filio dicta contra Numidiam sita est.* Ait Ansel. lib. 1. de imag. mundi cap. 29. Tantum annis innolucrum atq; varietas. Genebrardus in suo Chron. lib. 1. sub annum 2670. Monarchia Ecclesiastica annum circiter 1493. alij aliter ab huiusmodi temporum digestione profecti fidelem veracemq; recentiorem, quem circa temporum seriem non modò vindicem, verùm & verticem veneramur, doctissim um Camaldulensem Hieronymū Bardi in Chronologia 3. ætate sequentes, libato 1454. anno, Decalogum Israeliticę plebi datum, libentissimè confirmamus.

Sardus itaq; Ichnusęum nactus Regnū, in Australibus insulę partibus cum Libycis ac colis primò considit, Pulæ nimirum oras nauibus obtegens, Noram incoluisse, rei omnimoda dubietate propulsa, nobis creditur & fulcitur. Quippe tunc Nora florida; quippe Herculis patris Regia; quippe Ptholomeus, Ortelius, Niger, quotq; quot insulam descriptionis graphicę radijs illustrarūt, *Sardopatoris*, vel iuxta alios *Sardopatiris*, tandemq; *Sardopatris* phanum, Australem eandem ad plagam, (ad Occiduam propè vergentem, Sulcim versùs) assignant.

Verum fandum lęuę nihil mētis eructat, animus parturit, quod concepit. Non equidem Libyum circa Sardiniam incolendam vacua studia, accessus inanis. Oppida namq; per plura, quicquid Pausanias dicat, condidere. Ita sentimus, adstruimus, & firmamus. Nec enim obstar, vt in speluncis atq; tugurijs dispersi habitarint, vt eò ciuitates & oppida non condiderint; id enim ad tempus fieri potuit, non verò ad æuum penitus euolutum. Hoc ad in animum inducendum, idq; ipsum scriptis ad indubiè consignandum, diuersorum quę apud Libyam extant vrbium & locorum, nos germanitas nominum stimular, quin & cogit. Nonne apud Regium Cosmographum Ortelium, in nomenclatore Ptholemaico, heic habentur? *Oleastrum* promontorium; *Septemfratres*, mōs *Tyrius*, populus, *Banassa*, *Gontiana*, *Erpi*, vrbes: *Hermæa*, promontorium; *Trierum* promontorium: *Vzaræ* populi; *Busara* mons, *Saffura* vrbs *Sorrai*, populi *Gitlui* vrbs; *Bunobara*, vrbs; *Tarrum* vrbs; *Usilla* vrbs; *Barathia*, vrbs; *Thysdrus*, *Putta*, *Murnis*, *Butta*, *Durga Cararos*, & *Carago*

rago vrbes Ardari promontorium; *Azar*, mons; *Nurrum*, vrbs; *Pythi*, promontorium, *Girgiris*, mons; *Zamassi*, populi, *Calita*, populi, *Silua*, vrbs.

Est & Sardiniç, Oleastrum, regio nobilis, & insignis: est itidem apud Calaritanum, mons excelsus *Septemfratres*, *Tyrrus*, populus sub Calaris fimbria iacet: *Banasa*, Banari, oppidum: *Gontiana*, Gotianum celebris regio Gothis adscripta; *Erpi*, lęsum Berbi; *Hermæa*, insula, retro patet; Calarimq; propè, *Hiera Hermæa*, vulgo Cheremeas, à Mercurij quod ibi erat phano dictum; oppidum insigniq; portus: hiera, enim grecè, sacrum, est. *Trierum*, ex promontorij ad oppidi nomen obuersum: apud regionem oleastrinam compertū est, Tryei nimirum populosum quōdam, bellaxq; oppidum, viculus nunc dierum: *Vzara*, Vsara, *Buzara*, Busa vrbs: *Sorrei*, Sorres: *Gilui*, Sily; Silius, Girisuil: *Buucbara*, Bonorua, Bonannaro: *Tarrum*, Tarrus: *Usilla*, corruptiuè, Guasilla, Vsellus; *Barathua*, Baratali in Diœcesi. Arbor. Barati, in montibus Calaritanis, vulgò *Montegrisa*, in cuius cliuo, templum S. Petri de Paradiso, territorijs patriæ nostrę situm est. Barati autem, siue *Barathia*, vocabatur oppidum illud, quod incolę, *Saiddesantuperdu*, appellitant; ex quo mōs quoq; dictus est Barati *Thyrsus*, Thyrsus, oppidum, & fluuius. *Putea*, Puteus, vulgò putzo mayore, Deximuputzo, Villaputzo. Ly, *decimus*, Romani peruetusto oppidi Putei, nomini affixere à milliario lapide, Calaris capitolio subhærente. *Muruis*, Mures, Nuruis; *Buta*, Butule, Buta, vulgò, Vta, quæ & Vtica. *Durga*, Durgali: *Carares*, Cararis, Caralis, Carados, Calaris: *Carago*, Caragonis patria S. Hilarij propè Calarim 10. mill. *Ardari*, Ardana, Ardati, Ardauli; *Azar*, Azara, *Tythi*, Bithi; *Nurrum*, Nurri; *Girgiris*, Gergei, *Zamassi*, Samassi; *Calita*, prope Calarim, iuxta mare ad portum Sanctæ Lurię *de Nuraxianey*, oppidum de Calitas; de quo nil aliud nunc dierum superstes quām templi nomē *Santu Miali de Calitas*, Quartensis districtus. *Silica*, Silicua. çily, & hoc genus alię, quæ à Libycis accolis, si non conditę, nomenclatę vrbes, montes & oppida extitere.

Tunc, Ichnusa, nomine obsoleto, de Sardi nomine, Sardinia vocata est Insula, ita Plin. lib. 3. nat. hist. cad. 7. Solinus cap. 9. Pausanias Eustathius, & Marcianus Capella alijq; perplures in re antiquaria proceres. Extat hac de re Sylij lib. 102. carmen. *Mox Libyci Sardus, generoso sanguine fidens; Herculis ex se se mutauit nomina terræ*. Tum quoq; Sardoum Pelagus de nomine Sardi, vt Plinius alijq; perhibent, dictum proditur.

Corroborat, & confirmat ad priorē prouinciam Calaritanam Sardi cum Libyacis colonis accessum, statua illa quam ære conflatam occidentales Sardinię populi Delphos misere. Testatur Pausanias lib. 10. *Barbari, inquiens, qui ad Occidentem, Sardiniam incolunt, statuam eius, à quo ipsi nomen acceperunt ex ære Delphos miserunt*. Donarium inquam inclytum, pretiosum Regium Xenium, Apollinis templo sacrum. Hinc itergo, tum Apollinis cultum, eiusq; delubrum Calaritanę fuisse prouincię Sacrosanctum: quandoquidem sui Regis effigiem consecrat offert, ac velut omnium orbis ædium caput, & princeps, quin & matricem templum Delphicum recognoscit obsequio. Fuit autem ipsum anno mundi 2455. ab Eristhone structum ingentibus impendijs phanum.

Hac eadem, insula Corsica, tempestate, virescens, ab alio Herculis filio, Cyrnus dicto, qui fratre cum Sardo, Sardiniam venit ex Africa, Cyrnus dicta fuisse traditur. *Corsica ad Cyrno, Sardi fratre Herculis filio, dicta; qui, vt Rabano placet, ex Libya veniens insulam ipsam habitauit, & suo nomine nuncupauit, ait Auctor Epitome operum sex dierum de mundi fabrica*. Diuus Anselmus de imagine mundi lib. 1. c. 20. *Hac & Cyrnea Cyrno Herculis filio est dicta, quia ab eo est inhabitata*.

Cyrn' Sardi frater

Sardus itaq; Sardinię Rex octauus, eam Libyacis oppletam colonijs, varijs legibus. ac sanctionibus, Deumq; ritibus institutam, per multorum haud breue annorum curriculum satis inermiter, atq; pacificè gubernauit. Ast ea, quę nostris Libyum manus affluxit oris, e sedibus non eiecit, sed in domiciliorum societatem, necessitate potiùs quàm beneuolentię gratia, noui recepti sūt inquilini.

Defuncto Sardo, Sardiniæ tellus immugijt: pacificum Regem, verumq; patriæ patrem gratissimis lacrymis prosequuta, eiusce præsigne donis amplissimis cumulans monimentum, æternum ęquitatis & nominis memoriale reliquit. Aderat tunc dierū Thebis, Apolline ac Cyrene, Hypsęi filia, natus, Aristęus nomine, quem & Nomium Argenmqne Nimphę nutrices appellauere. Hunc, vti Libyem congentilem, ingenio, mentis integritate, omniq; eruditione præcellentem, virum, in Regem sibi asciere Sardicolę, ad quem Delphos æreum simulachrum, talis vt glorię pabulis inescatus, eos asciscat subditos, qui suos sic Reges honorare, & reuereri suescunt, destinauere litandum. Mausolęum autem, quod Sardo Sardinia astris eduxit, à maiestate Regia dissentaneum creditur non fuisse: quandoquidem Sardopatris, seu iuxta alios Sardopatiris, vel tan-

Sard' obit.

tandem Sardopatoris phanum ex egregiis, atq; magnificis Sardiniç vrbibus vna fuit: eaq; vt insigniori esset titulo condecorata, sepulchri Regij maiestate prefulgida, talis tantiq; nominis excellentia condonata. Isthac verò vrbem Marius Niger *Are* appellitans ait: *& in sinu Oscapolis, nunc Salinç, & alio sinu vbi Sardopatoris phanum fuit, castellum modò, Are nomine est cum flumine.* Geographi omnes ad Occidentem constituunt vrbem ipsam eaq; nil alia quàm Alguerium, nostram penes mentem est. Marius enim aliò Are, alibi, Algue, scribit, castellum autem Algue, vel Are, proculdubiò Alguerium ipsa est: cuiusmodi rei robur elicitur, eo, quod Niger inquit, *nunc salinç* genuino vrbis eiusce alludens nomini, Saliguera, aut propter Salinas quondam illic forsitan existentes, aut potius ob nimiam ac diuturnam ad Hispanias oris ab illis Salis vectarionem. Si autem Sardopatris phanum/is Alguerium esse inficias iium fuerit, Bosam esse cùm fluuio, iuxta Nigrum annuere cogeremur; ast ea quid Salis? Quid Are? Quid Algue? flemus Alguerio.

Præterea, optimè merito iure Libyem, nuncupauimus Aristæum, vti Libyaca Cyrene vrbe genitum, ortum enutritumq; vt Diodorus lib.4, num. 82. scribit. Cyrene autem vrbs anno mundi 2503. à quodam Batho condita est, in honorem præsignis forma puellç, Cyrene nomine ex qua iampridem pastor Apollo susceperat Aristæum. Illic igitur natum, Nymphis educandum genitor dedit, a quibus coagulatio lactis, & alucarium structuram, oliuarumq; cultum edoctus, ea postea cum hominibus communicauit: quos huiusmodi inuentorum commodis ita demeruit, vt diuinis pariter ac Bacchum honoribus eum venerarentur. Profectus Aristeus è Libya Thebas adiit, ibiq; Autonoe, Cadmi filia, ducta substitit. Hac ex fęmina, quem à canibus trusiant fabulæ laniatum, Acteonem genuit. Quod quidem satis à vero dissentaneum est, gentile figmentum, veritatis ansa presultum. Enim verò, vt Fulgentius Anaximenes lib. 2. de antiquis picturis edisserit, cum satis superq; voluptuosus venator esset Acteon, omneq; in consectandis, captandisq; feris tempus impenderet, hçic ad studia sic animum viresq; intendit, vt rem familiarem iã totam vnà cum vita disperderet. Hinc prodijt fabulamen, veri se fulcro tenens, non quidem ipsum molossorum dentibus laniatum, sed nimia excessiuaq; exercitatione venatus absortum, à Mortalibus vanuisse.

Sardum modicissimos annos regnasse cõstat *aliquot annis post Libyas è Græcia in insulam* *eam venerunt, qui Aristei ductum, & auspicia sequuti fuerant; Apollinis & Cyrenes Nympha fuisse filium Aristaum tradunt, eumq; ob Actaonis casum aeri confectum, ac Baotię iam & Gracię infensum, in Sardiniam migrasse.* Pausanias lib. 10. Innuit quoq; Solinus Polihistor, cap. 9. dum ait: *mox Aristeum regnando his proximum in vrbe Carali, quam condiderat.* Hinc haud gratum temporis interstitium illud quod Fara inter Sardum, Noracē & Aristæum, quodq; Dimas, anno vterq; 2591. Aristęi constituens regni primordium, ponunt. Quippè cum tenue fuerit Astęi regni curriculum; 69. anni Sardo, Noraciue, Aristæoq; interstites eiuscemodi paucitati mirum in modum aduersãrur. Ecquid ergo? Sardiniam accessurus quàm Dimas & Fara putarunt, Aristæus magis diluculauit: atq; adeo regno Sardo nõ plusquàm decem, equiorem iuxta temporũ feriem, assignamus; ita vt anno 2463. concesserit Sardus fato: annoq; sub orto 2464. (quo equidem pullo sole vniuerso noctuit orbi, ita magnùm, vt homines excidium affore formidarent) Aristeus ad Sardiniç clanum sedere contenderit, interimq; dum insulam congentili presidio munire molitus suos illuc proreges ablegarit.

Circa rem isthanc extrema omnia perlustrata, verius nobis offerunt exploratum; quod quidem lynceis oculis penetrantes, duos in Sardiniam Aristæi comperimus aduentus: primum, quo Caralim in magnificentiorem redegit molem: alterũ quo Græcorum clasie instructa Regno manus inuexit. Hi planè aduentus duo è Solini videntur elici verbis iis. *Mox Aristeum regnando his proximum in vrbe Carali quam condiderat, ipse commixto populo vtriusq; sanguinis se ingeis vsq; ad se gentes ad vnum morem coniugasse; imperium ex insolentia, nihil aspernatas.* Pensatote beneuoli ly *quam condiderat*. ergo tum non condidit? Arrident Solineis Pausanica verba illa qui Aristęi ductum, & auspicia sequuti fuerant. En hic primus, illi Solineo *condiderat*, aduentus alludens. De secundo Aristęi aduentu hunc in modum Diodorus. *Progenie deinceps in Co relicta, in Libyam remeauit, & classe a matre Nympha instructus in Sardiniam transmisit, eamq; pulchritudine insula captus inhabitandam sibi delegit, & plantis excolens, antea barbaram & agrestem, ad mansuetiorem cultus rationem traduxit: vbi & duorum parens filiorum factus est, Charmi, & Calecarpi.* Proculdubiò Aristeus nostras bis auras salutauit. Profectò cum Dedalo Atheniensi prius aduenit, vrbemq; tum Caralim auxit, magnificentiorẽ in molem redegit, structuris inclytis exornauit, amplioribus ędificijs illustrauit. Isthic nec cuius meminit Salustius est aduentus;

refert

refert noster Fara de rebus Sardois lib. 1. *Salustius*, inquiens *& aliqui putant his temporibus Dædalum Atheniensem, Cretensium arma metuentem in Sardiniam aufugisse, & coloniæ ac domicilij consortem Aristæo fuisse*. Venit exinde Aristęus è Libya, tumq; Insulam Græcorum multitudine locupletauit, & auxit. Isq; ipse est, quem Solinus, Diodorus, Pausanias, centumq; alij contestantur, accessus. Eunt inficias Pausanias, & Leonicus, tempestate videlicet isthac, Dędalum, qui Oedipodis vixit ætatem, multoq; post annos Thebis imperauit, cum Aristęo Sardiniam aduenisse. *Sunt, qui putent*, ait Pausanias. *eodem tempore Dædalum, Cretensium arma metuentem, in Sardiniam aufugisse, & coloniæ, ac domicilij consortem Aristæo fuisse; probari verò nulla ratione possit, Aristæo, qui cum nupta erat Cadmi filia Autonoe, Dædalum, qui eadem fuit ætate, qua Thebis regnauit Oedipus, potuisse vel col...e, vel alius cuiusdam rei participem esse*. Inuolucro Pausanias implicatus annorum ire tandem, vtcçyus expedire se posset, inficias maluit, quàm sibi non infimos inquam viros, animi paritate sectari. Perrexit auiè tantus iteris obseruator æquati, dum perlongæuum fuisse Dędalum non aduertit.

An. M. 2480. *An. D.* 925.

Aristęus igitur Dędalo comite è Græcia veniens Calaritanam planiciem contemplatus vrbem Calarim illustrare Dędaleisq; aggreditur exornare structuris. Erat proculdubiò Calaris tum extructa, nobisq; quàm maximè probabile Scriptorum dictis efficitur: perpensentur isthæc. *Vrbes certè non plus Libyes tunc, quam in ipsa insula genitus populus, norant, condidere*. Pausanias lib. 10. Nō rat genitus populus, idest posteri primorum conditorum indigenæ scilicet insulæ, accolarum soboles. Erant igitur vrbes iam? Proculdubiò. Quæ? Hæ: *vrbium antiquissimæ Caralis, & Sulci*, asserit Mela lib. 2. cap. 5. Dominicus Marius Niger in Geogr. Commen. 8. antiquissimam Sardinię vrbem adstruit esse Calarim, quin & omnis insulę Regnum. *Caralis Ciuitas, siue vt alij, Caradis, ciuium Romanorū in Saxo extiſtens, antiquissima, atq; cæteris huius insulæ dignissima, quam Aristæus Solino teste condidit, eamq; Insulæ Regnum fecit*. Philippus Bergom. in Supple. lib. 3. *Habet multas Ciuitates inter quas prima, & præcipua Calaris est*. Christophorus Landinus in Commen. super lib. 2... infer. Dante, antiquam per antonomasiam vocat. alijq; tum prisci cum cum noui.

Calaris Ciuitas prima ria, antiquissima à Scriptoribus cōmīdata.

An. M. 1488. *An. D.* 933.

Aristęus Sardinia perlustrata Calarisq; iuxta Dędalię artis prestantiam, suis commissa, mole struenda, ipso cum Dædalo in Siciliam insulam velificauit, indeq; repetens Gręciam, multitudinem Græcorū agglomerans, eam in Sardiniam transuectauit. Tangit (alias tametsi) Diodorus Aristęi hanc in Siciliam traiectionem. *Post, inquiens, alias quoq; insulas accessit, & in Sicilia aliquandiu substitit. Hic vbertate frugum, & multitudine pecorum adductus, solertiæ suæ beneficia insulanis nota fecit: ideoq; summos Aristæo honores tum alij Siculi, tum in primis, qui fructus oliuæ comportant, tanquam Deo exhibuerunt. Ad extremum in Thraciam ad Bacchum profectus; &c.* Tangit Fara: *deinde ad Sicil am. & alia loca accessit*. Dædalus autem in Sicilia pedem figēs, ibi Cretensium hostium turbines declinauit, quò postea in Sardiniam à Iolao iterum accersitus, eam opificijs inclytis insigniuit, faberrimis ędificijs decorauit.

An. M. 2500. *An. D.* 945.

Aristæus Grecorum Libiacis mixtas Sardinię colonias inuecturus, è Libya trāsuolat cita classe, felixq; appellens, Calaritana littora complet. De hoc Sylius.

Fama est cum laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret spectatæ in fonte Dianæ
Attonitum nouitate mali, fugisse parentem
Per freta Aristæum, & Sardoos isse recessus;
Cyreneum monstrasse ferunt noua littora matrem.

Fara de Rebus Sardois *Hic insulæ amœnitate captus, consitis arboribus ex agresti, & quæ imprimis magnis omnium copijs occupabatur cultiorem teste Diodoro, & Aristotele, reddidit. Vrbem tamen nullam in ea condidit: nam qui eius ductum, & auspicia sequuti sunt pauciores, imbecilliores q; erant, quàm ad instituendam, defendendamq; si opus esset ciuitatem sufficere possent, vt Pausanias & Leonicus opinantur. Cæterum Solinus asserit Caralim, insignem vrbem ab eo constructam, coniunctoq; populo vtriusq; sanguinis seiuges ad se gentes ad vnum mores coniugasse. Ibi duos genuit filios Carinum, & Calicarpum, multaq; vtilia docuit, lac coagulare, mel, atq; oleum conficere*. Hęc ipse; in quibus & verum impugnat, & secum pugnat. Verum impugnat ibi, *vrbem tamen nullam in ea condidit*, quòd si de prima fundatione dixerit; optimè; non enim ipse Calarim à fundamentis Aristęus extruxit, sed maioribus, illustrioribus, & nobilioribus, vti Dędaleis, ædificijs ampliauit: nostram penes ita est mentem, non quidem lęuam; dum verosimile, quin

G & pro-

& probabile ex dictis habemus. Si tandem de amplificatione sit sermo, auius quidem est. Constat siquidem grauissimorum, cum recentium Scriptorum testimonio Calarim Aristęi opus, & Regiam extitisse. Pugnat secum duobus locis Primò dum ait Aristęum venisse cum quodam Gręcorum exercitu in Sardiniam, ibi, *cum quadam Græcorum manu in Sardiniam venit*. Manus autem exercitus est vt apud Virgil. *hic manus ob patriam pugnando vulnera passi: iuuenum manus emicat ardens litus in Hesperium*. Claretq; apud Ambrosium Calep. Thesaurum & Apparatum linguę latinæ: Antonium Nebrissensem, cęterosq; alios grammatistas. Nec potest hic defendi Fara, ac si manum pro quadam gentis quātitate posuerit; nititur enim Diodori elogio; isthic verò, sic ait: *classe instructa*, seu instructus, *in Sardiniam transmisit*. Classis autem, etsi abusiuè pro rate vna interdum, idq; à Poetis (vt à Virgilio Æn. lib. 6. *ductorem classis Orontem*) ponatur, nauium vtiq; multitudo est. Verùm nec Pausanias, nec Solinus de manu actitant. Fara igitur sibi, tanti Viri pace, non constitit, dum pag. 9. cum exercitu Aristęum adstruxerit accessisse; pagina verò 10. pauciores fuisse Gręcorum accolas, non quidem recitatiuè, sed assertiuè subdiderit. Ad condendā, tuendamq; vrbem exercitus hominum nonne sufficit? Et quidem Æneia parua 7. duntaxat nauium classis, ad Ostia Tyberina condendam vrbem suffecit; & quidem minor, vt ex historijs habemus, hominum numerus extruxit sępius vrbem. En Faræ pugna.

Redargutio in Faram. Secundò ipse is delet sese, ibi *vrbem nullam condidit*, deinde subsequitur. *Ibi duos genuit filios Carinum, & Calicarpum.* Ly *ibi*, supra Calarim appellat, quia de Calari Solini verbis loquens ait: *Cæterum Solinus asserit Caralim insignem vrbem. &c.* vsq; ad *coniugasse*. Hucusq; recitat, nempe Solinum: cum autem inquit, *ibi duos genuit filios*, non refert sed asserit, non alienis, sed suis vtitur verbis; nec ly *ibi*, de Sardinia intelligi debet, quippe qui sensum texens annectat *ibi*, scilicet Calari aliumq; jam supra sensum absoluat incatq; ly *cæterum* sensum alium; pro Sardinia illud *ibi* stare non potest.

Condita, structurisue amplissimis aucta, Aristæi Regia, totius insulæ caput euadit, priuilegijs prędita, titulis decorata, vrbs felix, princeps prouinciarum, (nimirum insulæ) Calaris effecta, æuiterni principatus insignijs redimitur. Tres in ea Principes oriuntur Carinus, Calicarpus; & Iolaus; Aristęi vtiq; proles, omnes. Duos illos Diodorus, Fara, Serpi cum multis alijs attestantur: Iolaum autem Solinus Polihistor. c. 9. ijs verbis: *Sed & hic Aristęus Iolaum creat*. Ly hic aduerbium est locale, Calarim, de qua loquitur, signans; Hermolaus Barbarus in castigationibus Plinianis, Ioannes Boccacius de Genealogia Deorum, lib. 5. *Iolaus*, inquit, *iuxta Solinum de mirabilibus mundi, filius fuit Aristæi; & post eum Sardiniæ dominatus est*. Iolaum autem hunc, non quidem eum, qui Thespiades in Sardiniam duxit, inibiq; præclara, ac memorabilia gessit, intelligas, sed alium ab ipso distinctum, Aristęi videlicet, suo loco diffusius, natu maiorem. Calaritana campestria excolens Aristęus, Phęacum pomorū omnigena varietate cōspicuę regionis, Thessalico Tempe, deliciarum omnium promptuario voluptatū emporio generoso; hortis Hesperidum, plerisq; decantatis appositè locis, æquauit. Adeò vt non immeritò, Maronianum illud ei aptatu dissentaneum minimè iudicemus.

Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas,
Bis grauidę fruges, & Bacchi Massicus humor,
. . . . *bis. pomis vtilis arbos.*
Non liquidi fontes . . . . . non gramina desunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet,
Illa suo viridi semper se gramine vestit,
Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos
Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci
Nigra fere, & presso pinguis sub vomere terra
Optima frumentis.

Isthac iugiter pręiune solum, varia formans virentia spatia: illac tellus irrigua letissimi graminis felicitate conspicua ridet; idq; adeò vt nisi ipsę flosculorum picturę, qui lenis ac placidę satis aurę flatibus tremebundi discriminant elegantiam, Smaragdinæ nobilitatis maiestate putares, gratissimum oculis oblectamentum. Per illam planitiem egregiæ pulchritudinis arbores, quonam Acari nos impręsentiarum celebremus cothurno? Nobilissima nę videres theatra florere, prata cęrulea, rosida compita; ita sanè sapientissimi Regis ingenio, arteq; disposita, vt si ea sereno fueris animo contemplatus, nequicquam effari desieris, summo planè studio atq; industria, nō quidem naturam ipsam, sed eius Opificem Sacrosanctum in ijs efformandis, se gessisse mirificum.

Triumphantem, triumphalemq, imperij auidam, honorificentiam sęculorum temporumq; decorem, ac decus, Laurum prospectares, Apollinem suum reuereris. Hîc omnigenum lignum nobile, palma, Cypressus. Hic Platanus, Cedrus, Oliua; hic Robur,

bur, hic Fraxinus, hic ferme omnium, opacum intexens nemus arborum dignitas, Feracissima planities vniuersa, Populis consita, frugum thesaurus, frumenti ærarium, Regia deliciarum, voluptatis idolum, aquę Castaliæ, argentei fontes, crystallis irriguis pręnitentes; marmoreis crepidinibus perambiti, plumbeis fistulis lymphas ad nubila iaculantes: vbi ramosis vlnis ambitiosa hedera semel sese iterumq; reuoluens, à Phębo riuali, ne ipsas, radiorũ penetratu, aquas inflammet, suas tuetur amasias. Pisistratum fons ille, nouem spiraculis euomens latices, celebratissimus cunctisq; Athenarum sęculis glorię cantatissimus proditur; nec tamen Thucydico facimus dignum stylo, si Calaritnensium Xystorum, quin & agrorũ felicissimam celebritatem æquaret. Quid vniuersę lætitię Maij visu tempore? Quid cum Sidonius Taurus ab Eoo Lydo, solem per Saphirinum Oceanum refert terris, aureiq; gemmantisq; luminis Mortalibus affert merces, ad redimendas nimirum, quas prędatrix hyems, vinculis ac si tandiu pectore terræ suppressas fruges habuit? Habet equidem, vt vno sit dictũ, hortos, Xistosq uę delectabiles, ad omnem ferme vsum, voluptatemq; cuncta ex parte consitos, habet fontium riuulos, Calaris Aristæia, tristissimis penitus curis fugandis nihil inepta, viridis, herbida, frondea, graminea, florida tellus.

Campaniam Calaritanam amnes aliquot tum temporis perluebant: flumen Vtense, Bahuarena, pagum omnem Substallensem irrigans, Calarisq; plateam ad littus, *Portusangosu*, dictum præteriens suburbana vireta atq; vineta singularem in modum fæcundabat, lætiora, fertiliora reddebat. Iuxta Septimum, tunc Egas dictum, ab ipsis quidem Gręcis conditum oppidum, qui modo subterfluit, è Montedolla, progrediens, amnis circumfluus percurrebat. Callegonensem agrum (qui nunc altissimum, & profundissimum Serrianum efficit puteum, quiq; sub Templo Sancti Thomę permeans, non procul ab oppido, quem incolę, Santu Cesalu, nuncupant, loco, emergit, & relitet) fluuius alluebat. Alius tandem amnis è Cerpellido labens nunc iam dierum suppressus, Marẽsem planitiem tractumq; illum, quem Corongiu vocant, pręterfluebat; Ille denique, qui fluuius Sancti Basilij dicitur, propior agris effusus, non paruam ipsis vtilitatem cõferebat. Fontes nec non plurimi, quos tot ærumnę, bellorum attritio oppidorumque vastatio, terra obruit, & suppressit, passim vtiq; nectarea pocula ministrabant, rigabant, iucundioraq; arua nostratia facessebant. Tangit huiusmodi iucunditatem Aristoteles de admirandis in natura auditis, dicens. *Fertilissima quidem superiori illa ætate, atq; omnium rerum copiosissima; ideoq; illam quondam ab Aristęo subactam fabulantur* (hoc est inquiunt, iuxta Dictionistas, apud quos fabulari idem est ac fari, & loqui; eos consulito) *magnis quibusdam in eam inuectis auium copijs, quæ illam diriperent: quem quidem ferunt præstantissimum omnium agricolam extitisse*. Fuisse autem campaniam Calaris Aristęi delicias, eamq; sibi cultu præcipuam, clarissimè tradit Solinus, ijs ipsis quę retro sunt verbis. *In vrbe Corali quam condiderat: hic Aristæus Iolaum creat.*

Tũc proculdubio campestria Calaris oppidis consita; Caliconis Caliearpo filio dedicata. Syenne iuxta Maram Egas, postea Septimus à Romanis appellitata: Cyparissum, vulgo Separassi; Sydonia, vulgò Sedanus; pleraq; oppida circum circa; nonnulla ab ipsis Aristęi colonijs à fundamentis extructa; vllaq; nomenclata.

Calaris à calle aliqui dictam volunt, ex Claudiani carmine; *vrbs Libyam contra Tyro fundata potenti, tenditur in longum Calaris.* Alij verò ab inexhausta corallorum piscatione, alij aliter. Calaris autem vt apud Matthęum Syluaticum in lib. cibali & medicinali pandectarum, habemus quędam species scrigni est, *ypnotius* nuncupati; à Dyas, idest sommiferus, quem Latini Rupis concauum, quia in rupibus oritur, vocitant. Est herba, vel frutex, habens hastas spissas, & multas sarmentosas, & non fragiles; folia pinguia cum flore rufo: nascitur asperis petrosisq; locis: corium radicis eius cum vino bibitũ, somnum præstat. Aspero colle Calaris eminet, hastas habet non fragiles, arx munitissima, vrbs bellicosa, inuincibile, & inexpugnabile castrum. Rufis ea floribus purpurascit, Martyribus inclytis generosa; fęta sũt enim corporibus Martyrum subterranea Calaritana; inexhaustas habet Calaris fodinas cũ marmoreis Diuùm titulis sepulchrorum; adeo, vt extaticum propè somnum gignat incredulis, oblectamentum beneuolis, opes gratię, Religionem, cultumq; incolis largiorem. Mirifico somno artus irrigat, tot nam sęculis Heroes illi non absq; intuentium oculorum dormiere stupore. En quàm verè Calaris. Legitur Calaris vrbs in Corsica apud Diodorum lib. 5. *Duæ etiam vrbes insunt Calaris, & Nicęa: Calarim Phocenses condidere.*

Vocauit Calarim Aristæus, Iolæam è maioris videlicet natu Iolai (non verò Ioles) nomine. Quanquam desit nemo, qui Herculis amasia isthęc Iole nomen dederit ciuitati, reatur, & astruat, prorsus à vero dissentaneum hocce teneatur, Iole siquidem, cũ

Sardo

Sardo Rege tametsi Calari vixerit, non ea tamen principem egit vllibi: exilis oppetijt. Hanc modò Ægyptio, modò Argolico non nescimus adscriptam: illi tamen annuimus æquiori. Non autem Aboriginum instar Italię, terrę latibula, scissuras montium, hiatus rupium, stipitum cauas, Sardinię primicerios quin vrbes erigerent, habitasse putandum. Non enim sanctum, & benedictū Iapheti semen, insularum vtiq; princeps, Caimico, Chamico, (quin & ipsis Caimo, Chamo, Nembrothoq;) inferius extitisse ciuicæ scilicet rationis in lumine. Enim verò maior benedictis, quàm maledictis lux emicare debebat; qua planè socialis vitæ ciuilisq; consortij vtilitas clarescebat. Caim vrbem Enochiam condidit; munijt arcem Nembroth. Ecquid amabò non Cithim, Elisæ, Tharsisq; ad structuram dictamen? Et quidem Cithim Citiam condidit Cypriam; equidem Thubal, Noeniq; nepotes ciuitatum opifices perhibentur. Vnde igitur Sardiniæ patribus illis inscitia? Vnde re quęso inertes inepti, impotes, inindustrij? Probat exactè veridicus Escolanus in hist. Valentię cap. 2. ante diluuium, omnem superficiem sicut postea, cultam gētibus, cataclysmoq; exutum orbem, ocyùs vrbibus consitum probat, quas quidem à retro notas iam Noe minimè dubitat, hascęq; posteris primis incultum, in prouinciarum partitione dedisse, nominatimq; sigillatimque. Non igitur credimus Noram primam, fuisse vrbem; neq; Turres præfuit Calaris, (vti primaria semper habita, talisq. à vetustrioribus celebrata) non ab alijs, quàm à primis insulæ Iaphetanis colonijs conditam fuisse, credimus.

Cauendus Solinus, allucinatus quidem, Sardum præmittens Noraci, quippe sic ille parentem Herculem præcessisset aduentu. Venit Sardus Noracem post. Ly autem *iberi*, Pausaniam ferit, dum *ab vsq, Tartesso*; Noracem in Sardiniam trahit, quòd si Iberi trāsmittunt, *duce Norace*, quonam pacto ipsi Tartesiam retrocedunt, in Sardiniam sotuturi? Iberi ex Iberiæ littore trāsmiserunt. Hoc & Faræ iam offendiculum interiectū; qui à Bethica, nūc Andaluzia, cum suis Noracem populis aduenisse, confirmat.

An. M. 2530. *An. D.* 975.

Iolai Sard. Reges, duo.

IOlaus, Aristęia proles maior, patre in Gręciam abscedente, in Regno succedit, annosq; feliceis dominatur. Sunt proculdubiò duo Iolai, quem pręsenti habemus elogio, queq; vlteriùs edicemus. De Aristęi filio. Solinus aduertit, dicens: *Hic* (videlicet Calari) *Aristęus Iolaum creat, qui ad id locorum ægros, ibi insedit*. Substitit Solinus, *ibi*, in Calaritana prouincia, de Calari enim actitans, nectit sensum *ibi insedit*. Creare autem pro gignere, & procreare accipiēdū intelligēdūq; est, non enim fas tanto viro, sibi non stare, dum lib. 3. de alio Iolao Iphiclis filio dixerit pro genuisse, codemmet; creo, verbo; quo certissimè pro gignere, & procreare vsus fuisse patet; quippe qui fatus: *Hic Iphicles Iolaum creat*; ecce procreare, & gignere *qui Sardiniam ingressus paiantis incolarum animos*, & quę protrahit; ecce regnare, apertissimè, clarissimeq; dinoscitur, creare Regno, sed pro sobole suscepta, posuisse Solinus. Fuit itaq; Aristæi Iolaus hic filius, vt Ioannes Boccacius de Genealogia Deorum lib. 5. Iosephus Betussi da Bassano, alijq; per plures affirmant. Abscedit igitur Aristęus in Thraciam, vt auctor est Diodorus Siculus lib. 4. num. 84. *Orgiorum particeps factus est: & per familiarem cum Baccho, consuetudinem, vtilium rerum multarum cognitionem ab eo percepit. Cumq; ad Hæmum, quem vocant; montem aliquandiu habitasset, ex Mortalium oculis tandem abreptus fuit: cui animos non modò barbaræ illic gentes, sed etiam Graci, honores dedicarunt*. Hęc Diodorus de Iolai huiusce regno, Bocacij vulgaris Genealogia sic habet. *Iolao secondo Solino, delle cose marauigliose del mondo, fu figliuolo d'Aristeo, e dopò lui signoreggiò in Sardegna*. Longa isthic Regno incolumis æua protriuit, annosq; ipsū ad 140. natura perduxit: ita vt parentis, sibi admodum Sacrosanctum, lacrymis prosequutus occubitum, affecta ætate in suo Regno, dulcissimæ lucis amisit vsuram.

Rex Sardorum, Iolaus, filius Aristęi, Calaritanus. Iolaus, Iphiclis filius.

Aristęus in Gręciā redit, regnūq; Sardinię Iolao filio relinquit.

An. M. 2650. *An. D.* 1095.

ANno, iuxta libram temporum ęquiorē, 2650. circiter, Galates Olbij filius, Galliæ Rex, cum ingenti Græcorum colonia Sardiniam adueniens, Olbiam vrbem, Septemptrionalem, Orientalemq; Insulę plagas extruxit, vnde portus Olbianus, Gallura, fretumq; Gallicum nominati. Quippe qui omnem prouinciam Gallurensem Illustrissimis, bellicosissimisq; populis locupletarit; vnde & nomen hucusq; retinet idque seruat. Meminit Annius in supplemento Manethonis, relatus à Fara de rebus Sardois lib. 1. Habet Franciscus Sansouinus in annotationibus ad Manethonem, cuius hæc sunt verba. *Galata figliuolo d'Olbio, il quale soggiogò i Sarmati, gli Asiani, e denominò da Olbio suo Padre diuerse colonie nella Gallia, nella Sardigna, nella Sarmatia maggiore, nell'Asia, e nella Cilicia, due sono diuerse Città chiamate Olbie si come si legge in Tolomeo*. Manethon post Lemanum Regem

Galates Rex Sard.

Regem Olbium deinde Galathen ponit. Res equidem satis vera est, Olbias esse plures: Habemus enim apud Abraham Orteliũ Antuerpianum in Geographia, Galliæ vnã, Sarmatiæ alteram, Asiæ aliam, Pamphyliæ aliam, Olbias: easdeq; in tabula Ptholomæi. Duas in Sardinia, hanc primam, aliam, de qua infra; vtramq; nobilem, & insignem, Olbias reperimus extructas. Galates hic Herculis Ægyptij filius creditur, ex Iberia siquidem Galliam veniens, ibi, teste Beroso, ex Galatea puella, Galaten, suscepit: qui postea Galliæ sceptrum habuit. Franciscus Sansouinus in annotationibus in Berosi lib. 5. ait. *Diodorò siculo dice questa historia in questa maniera, che signoreggiando altre volte à Celti vn'huomo egregio, e di valore, hebbe vna figliola grande di corpo, e di bellissima forma. Costei fatta illustre per molte qualità sue, sprezzò tutti coloro, che cercauano di hauerla per moglie; ma essendo Hercole venuto fra Celti per far guerra con Gerione; marauigliatasi costei del valore, e della bellezza di Hercole, chiesta licenza à suo Padre, hebbe da far con lui, e fatta pregna, generò Galateo, così dice Diodoro*. Agit de nostro Galate Genebrardus in Cron. lib. 1. non germana quidem, cum ea quam ponimus, hic ætate: Diodorus lib. 6. cap 9. Amianus Marcellinus, lib. 15. Nonnulli hunc, non Galathen, sed Galathæum potiùs vocant, Galathis Herculis filij natum: qui quidem Galatæus à patre in Siciliam delegatus, inibi Galatinis, quos Plinius meminit, populis principans, Galatæq; insulæ nomen dedit. Et quidem in Sardinia Galtellium læsè ab ipso Galathe nominata vrbs: Calarimq; propè, iam eruto nunc dierum, *Calitas*, oppido præbuir Galathes ipse nomen: idq; tum tempo ris ab eo conditum forsitan, certiùs vocitatum. Longonem insuper, munitissimam arcem, à Longonibus, vetustissimis Galliæ, in Sardiniam vectis, populis de quibus aduertit Ortelius à se vel conditam, vel munitã, appellitauit. Tunc etiam verosimile probabileq; videtur, Segossinum oppidum, quod nunc Sinnay iuxta Calarim 10. mill. Gallus extruxit. Habentur apud Ortelium Segussinum, itemq; Lugodonum, seu Lugodinum, Galliæ vrbes. Habet Lugodones populos Sardiniæ Abraham Ortel. Præterea insulam Galatham inter Sardiniam, & Africam contra Calaritanum, in suo itinerario Antoninus Augustus assignat.

Plures Olbiæ.

Galates. Herc. fatus.

Longonesp. puli, Galliæ

Gala ta insula.

Regnauit Galate, seu Galatæus in Sardinia per se, Gallosq; per alios suæ stirpis, vsq; ad Iolaum Iphicli filium, qui cum ingenti Græcorum manu Sardiniam venit, vt expliçatiùs suo loco.

An. M. 2694. *An. D. 1139.*

Cum ad Iasonem diuulgata fuæ gloriosæ expeditionis opinione, totius ferme orbis, vt scribit Iustinus historicus, lib. 42. certatim principes iuuentutis affluerent: exercitumq; is fortissimorum virorum, qui Argonautæ cognominati sunt, compararet, Sardiniensis quoq; pubes ad sic nobile commilitium, vires, atq; animum aggregantes, Iasonis eiusce imperium adorantes, rebus strenuissimè gestis eiusce, fortiter inhæsisse, affuisse, & Argonautarum nihil ingloria pars, ex Apollonio Rhodio, Orpheo, Valerio Flaco, Diodoro, Iustino, multisq; alijs, & Latinis, & Græcis historicis, conijcitur extitisse: id credimus, & firmamus. Eusebius annis 90. ante Troiæ excidium Theodoretus anno 40. vitæ Herculis Græci, constituunt hanc historiam. Nos verò, Camaldulensis amplexi seriem, hoc anno 2694.

An. M. 2700. *An. D. 1145.*

Argonautæ post vellus abreptum, cognito ostium Ponti ab Aeta nauibus præoccupatum esse, mirificum, & recensione dignum, facinus edidere. Tanaim enim ingressos, ad fontes eius ascendere, nauique per aliquod loci interuallum protracta, per aliud flumen in Oceanum sese effundentes ad mare deuenere, & tum ab Arcto, versùs Occasum ita cursum flexere; vt à sinistra continentem haberent; & tandem iuxta Gades in mare Sardoum inueherentur ipsumque deuerrerent; quin & ad nostras quoq; oras appellerent, commeatusq; reciperent. Sunt adhuc appellationes non paucæ, in regionibus Oceano propinquis, ab Argonautis, & Dioscoris; continensq; intra Gades manifesta horum reditus signa ostendunt. In Tyrrheniæ enim transitu, ad insulam quæ Æthalia dicitur, aduecti, pulcherrimum ibi portum, Argoum, de naui sua, Argos, dicta nuncuparunt; quod nomen Diodorus, qui hæc tradit, ad suam vsq; tempestatem durasse testatur; vbi de Argonautis diffusè scribit. In Hetruria itidem portum octigentis à Roma stadijs Telamonem nominarunt. Ad Formias deniq; portui nomen Æteæ, qui nũc Caieta est, indidere, vt ipse refert Diodorus. His addunt Scriptores multi, procellarum vi ad Syrtes abrepras, à Tritone, Libyæ tunc Rege, quæ natura maris esset, & qua ratione periculum effugerent; illos didicisse. Ob quod æneum ei tripodem donarint, qui pri scis inscriptas literis, non ita pridem apud Hesperias superstes fuerit. Habentur isthæc

Argonautæ in Sardin.

H apud

apud Diodotum lib. 4. num. 58. Est & in Sardinia appellatio, iuxta mare ad Occidentem oppidi, Argos, vulgò *Arbos*. Arguer item, quę & Alguerium, vrbs, Argo, germanum habet nomen: non quòd eam Argonautę condiderint; sed quòd eorum ob classem, illuc applicitam, vllosue ob inibi relictos accolas, locis illis nomen forsan indiderint; Cum Argonautis Orphęus Trax, Lini auditor, Sardiniam accessit, vt Genebrardi verbis elicitur, lib. 1.

Argoi nomen i Sar. oppid.

Orphęo Sar.

An. M. 2752. *An. D. 1197.*

HOc sub tempus Dionysius Bacchus, à B. Augustino, alijsq; per pluribus Liber dictus, ex Semele natus, Sardiniam, vnà cum Hercule Amphitryoniade, aduenisse, viniq; à se repertum vsum, vitiumq; plantandarum rationem, Sardos, creditur docuisse. Enim verò, vt auctor est Diodorus, multiq; tum veteres, tum Recentes, orbem totum cum Hercule peragrauit. *Ægyptij*, inquit Diodorus lib. 4. *eam, quem ipsi Osirim nominant, eundem esse, qui Græcis Dionysius appellatur, & hunc totum peruasisse orbem, viniq à se reperti, vsum, & vitium plantandarum rationem hominis docuisse; & ob hoc beneficium, omnium consensu immortalitatem adeptum esse contendunt*. Et lib. 3. num 3. is ipse Author ait: *Herculem & Bacchum, peragrato terrarum orbe toto* (intellige superficiem) *solos Æthiopes bello non inuasisse*. Et quæ subdit. Hinc duo exequuntur; aduenisse nimirum cum Hercule nostras oras, quod apertè ly *orbe toto*, indicat; & Sardiniam innasisse, quod ly, *solos Æthiopes bello non inuasisse*, supponit Bergomensis in Supplem. Chron. lib 4. *Dionisio*, inquit, *per altro nome chiamato Bacco, o Libero, come dice il nostro Padre sant' Agostino, in questi tempi di Semele figliuola di Cadmo; il quale essendo cresciuto, cominciò in Grecia à trouare l'vso del vino. Dopò trascorrendo per tutto il mondo, s'ingegnò andare per tutti i paesi; nelli quali similmente trouò, & insegnò à loro l'vso di fare il vino, & insegnò alli Tedeschi fare la Ceruosa, e fece edificare molte Città*. Natum Herculem hunc, anno 2716. habemus (videas Camaldulensem in Chronol.) annoq; ætatis suę 15. Italię ingruit armis, eam deuicit, varijsq; legibus institutam, imperio moderatus est. Exin mare prędo excursans, insulas conflictauit: isthanc maximè, quę mediterranei maris maxima est, violento marte perurgens, subegit, exuit, desolauit. Meliorem tamen Dionysius hic vini vsum edocuit; eiusq; tum Sardis, cum alijs quoque gentibus, gratissimum Mortalibus donum ita contulit, vt inde, aut potus iucunditate, vel quia bibentium corpora firma redderet, inter cęnam, quando meracum omnibus porrigitur, boni Genii mos accinendi nominis inoleuerit. In Africam pergens Hercules ipse cum Libero Sardiniam tunc accessit. Agit Diodorus de ijs non parcè, in Libyamq; traiectioni sermonem non subtrahit; è Creta perhibens armato cum milite discessisse; cum insulæ situs ille, ad expeditiones in totum orbem sit opportunus. Purgauit Cretam, expiauit & bestijs Libyam: quin & nostram tunc lupis, Elephantibus, immanibusq, refertam anguibus, sic purgauit insulam, vt in posterum huiusmodi animantibus ipsa caruerit. Ita credimus faccessitũ: quod quidem postea cruoribus Martyrum consecrata, affatim penitusq; extitit, perseuerat immunis. Testes sunt adhuc immanium, quę olim erant in Sardinia belluarum, Colubraria, Elephantaria, Serpentariæ insulę appendices, quas apud Geographos inuenimus.

Magnus Liber pater i Sar.

Hercules Amphitryonis in Sard.

Innasit Sardin. Herculus.

Nasci tur Herculus.

Ritus Bacchi

An. M. 2769. *An. D. 1214.*

HErcules Amphitryonis filius, Aliceus nomine, Heraclius cognomento cum iam felix Sardinię solum didicisset eius amore flagrãs, mirum in modum expetit ardet; fixumq; stat mente, insedit animo regnum eius: idq; sibi pro dignitate, ac viribus asciẽdi, grauis in ipso incubuit solicitudo; adeò næ; vt ab huiusmodi cogitatione se nullatenus posset traducere. Ad Diuos igitur diutissimis fusis precibus, responsum accepit, vt priusquam ad ipsos emigraret, suos è Thespiadibus genitos filios, in Sardiniam destinaret. Gerit extemplo Dijs morem, Iolaũq; ex Iphiclo fratre nepotem cum quinquaginta, vnamet cunctis nocte susceptis adolescentibus, quòd immaturæ adhuc essent ętatis, emittit. Venit ergo Iolaus ingenti cũ Atheniensium manu, aurasq; nostras, bonarum artium, legum, morumq; delator, cum 50. Heroibus salutauit, sospitauit, omnigenisq; frugalibus editauit. Pulcherrimũ Insulę tractum, Calaritanam inquam campaniam, vt auctor est Diodorus lib 4. num. 29. tenuit. Hic sistit, hic Regnum firmat; hinc terram diuidit; vrbes emunit; omnemque insulam locupletat perditat. Audiamus super iis Diodorum, qui circa rem istã hoc modo fegerit. *Certaminibus iam absolutis, dei oraculo ex re fore admonitus, vt priusquam ad deos emigraret, missa in Sardiniam colonia, ex Thespiadum complexu sibi natos, insulæ præficeret. Iolaum nepotem, cum adolescentibus, quòd immaturæ adhuc ætatis essent, illuc misit. Heic verò de procreatione illorum quędam præmittenda esse ducimus, vt narrationẽ de colonia liquidiùs exponere queamus.*

Historia Diodori de Thespiadibus. Iolaꝰ nepos Herculis.

Thespis

Thespij nobilissima Athenis gente, Erecbibeo scilicet patre, ortus, & denominata a se regionis Princeps, e multis vxoribus quinquaginta filias genuit. Is cum ex Hercule adhuc quidem adolescentulo, sed corporis tamen viribus supra vsitatum naturę modum pollente, filiarum sobolem tollere perciperet: ad epulas quasdam sacras inuitato, lautèq; tractato, singulatim puellas submisit. Quibus omnibus ille congressus; quinquaginta mulierum vir maxime; & quinquaginta filiorum inde factus est. Hos communi Thespiadum nomine appellatos, cum adoleuissent coloniam in Sardiniam, responso diuino morem gerens, destinauit. Quia verò classis totius præfectus, & omnium ferè expeditionum socius fuerat Iolaus, coloniam ei Thespiadarum commendauit. De quinquaginta igitur duo Thebis substiterant, quorum posteros in hunc quoq; diem in honore illic esse, dictitant: septem præterea in Thespiarum urbe, quos Demuchos (præsides populi) uocant: quorum posteri ad recentem usque memoriam urbis Principes fuerint. Cæteris omnibus, & quicunq; præter eos coloniæ participes esse vellent, assumptis, Iolaus in Sardiniã delificauit, indigenisq; pugna deuictis, PVLCHERRIMVM INSVLÆ TRACTVM, ET MAXIME CAMPESTREM (qui etiamnum Iolaei nomen tenent) sorte diuisit. Ab hoc itaque tellus ita exculta, & fructiferis arboribus consita fuit, ut certatim deinceps Insula appeteretur. Nam vbertate frugum adq; adeò celebris euasit, ut Carthagienses opibus postmodùm aucti, multa potiundæ eius desiderio certamina susceperint. Pausanias, Phocica X. de ijsdem hunc fatur in modum. *Quarta aquilinorum cohors, Iolao Duce, in Sardiniam contendit, è Thespiensibus. & Attica terra. Hi Olbiam munierunt, Ogrillea etiam dictam, vel translatitio ab aliqua de Atticis curiæ nomine, vel quòd vnus de classis ducibus Grillus fuerit. Hac ipsa etiam ætate in Sardinia vici manent, qui Iolaij nuncupantur, & ab incolis honores Iolao habêtur,* Erat hęc Olbia, vt Apparatus, vrbem versus, opinante Fara, 16 mil. propè, vt ex Antonini viario liquet. Heic nę aureè Fara lib. 1. fol 13. *fuit etiam,* inquiens, *ab Athenienjibus seorsum condita Ogrillea vrbs, ab vno de classis Ducibus sic nominata; qui, vt Pausanias, & Leonicus opinantur, Grillus dicebatur.*

Olbia Sulcitana.

Iolaus igitur Calarim vrbem tunc Iolea, Principum Regiam constitutam colit, & pręhabet; hęc ipsorum 50. Heroum curia; residentia, munimentum. Hinc ad suam quisq; prouinciam destinatur; hinc metandis colonijs meta est. Verùm Ogrillem, à Grillo Duce, Pausanię visum dici; veriùs nobis ab vno de Thespiadibus, Grillo, Olbia, seu iuxta Antoninum, Vlbia, ab Vlbio, ex ipsis Heroibus, forsan, alio. Iulius Solinus cap. 3. dulcem Sardinię infert Iolaum pacificum eius commendari ingressum, dum *Hic ait, Iphicles Iolaum creat, qui Sardiniam ingressus palanteis incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam, & alia Gręca oppida extruxit.* Oppida isthęc celeberrima vtiq; perlõga fuere ęua; eaq; circum circa prouinciam Calaritanam pręcipuè subsistebant; insunt & nunc, genuinis atq; primarijs vocabulis obsoletis. Gręcium *Valdeyglesias*, eiusq; districtus, Atheniensium consitus oppidis: Villagręca, vulgo *Biddarega, &c.* Sulcis etiam cum suis finitimis Gręcorum iurisdictio, vrbes & prędia. Campania insuper Calaritana Heroum, Iolaiq; pupilla. Testantur inscripta grammatibus Græcis, quę vbertim à ruderibus, Calagonęis, ad sacrarum ædium nostræ Marę delata, vidimus marmora: ex quibus, ad hos vsq; dies, in Sacristiæ, Baptisterijq; lateribus fabricata extant non modica. Erat omnis illa planities Calegonis, paradisus vti oculis admodùm voluptuosus; Xystis, pomęrijs, hortis, viretisq; pulcherrimus. Quin etiam municipium Calegonis, ex celebrioribus insulę quidem erat. Legitote mi Lyncei, Epitaphia, quæ cõtinent illa marmora; quæ si penes nos hic, vbi scribimus haberemus, summè frugi essent fidei nostris hisce scriptis inserta.

Calaris 50. Thespiadũ Regia. Ogrilla vrbs à Grillo Thespiade.

Inscriptiones Gręcę in oppido Calagonis. Calegonis oppidũ amœnũ. Calegonis municipiũ Romanũ.

Prosequẽs Diodorus à Iolao in Sardinia clarè gesta; *horum*, inquit, *Princeps Iolaus, Herculis ex fratre nepos, insulam occupauit, & præclaras in ea ciuitates condidit, agrisq; sorte diuisis, Iolacios à se gentem appellauit. Gymnasia præterea, Deumq; templa, & alia quęuis monimenta, quæ ad felicem hominum vitam conducerent, in ea construxit; quæ ad hanc quoque tempestatem perdurant. Amanissimi enim campi, ipsius nomine Iolai, nuncupantur: imò populus nomen suum ab Iolao deductam adhuc conseruat.* Hactenus Diodorus. Populus hic non alibi quàm in regione *de Partiola*, ab incolis nuncupata, erat. Hæc enim Iolai sedes fuit; vnde locus ille ad hęc nostra vsque tempora, tametsi lęsum nomen retinet. *Partiola*, pars, idest, terra di Iola: Iolum enim, & Iolam appellitare solent Historici. Dictio verò *parti*, Sardensi idiomate, terra, vel regio significatur; vt quum dixerit homo Sardus, *Partenseddus*, *Parteippis*, *Parte Montis*, *Partearigadu*, & hoc genus alia, prouinciam quidem dicit. *Partiola*, pars Iolæ, vel Iolai; *Monti di Ola* (altissimus ille Mons propè Sinnay, nostrę patrię quoq; imminens) idem est ac Mons Iolę, seu Iolai. Non rapimur hac illac, nobisq; non fluctuat animus, nec mens, hęsitat, Partiolensem tractum, Iolai fuisse sedem; agitasseq; inibi æuum; fati demum munus implesse, Mausoleum tandem sibi cum templo illic extructum fuisse tenemus. Calaritanam enim curiam Principi, ex Thespiadibus natu maiori, gubernator prudentissimus assignauit: diuisit enim singu-

Partiolla Iolę ditio & sedes. Mõti de Ola mons Iolę. In Partiolla tẽplũ Iolai.

singulis vrbes,regniq; prouincias:nec ratio ni cōsentaneum sed neque Polyticę, quam sic magno Athenienses profitebantur, Philosophiæ primogenitum Regis abiicere, videtur honestū. Enim verò Diodorus agros à Iolao sorte diuisos, affirmat; eosq; colonijs; hasce Principibus. Quorum vt laus, atque memoria mori non posset, in Sardiniam Oraculi iussu deuecti sunt. Audiendus de hoc Diodorus lib. 5. *In oraculo de colonia etiam hoc continebatur, quicunq; sua in eam nomina tradidissent, his libertatem, per omne æuum partam, tectamq; fore. Inconcussam igitur iurisdictionem adhoc vsque tempus veritas Oraculi conseruauit.* Ad vsque Diodori ętatem, vt ipsemet asserit, gymnasia cuncta Deorumque delubra, à Iolao constructa manebant: hæc autē qua Diodorus floruit, ętas sub mundi annos 5148. 5149. 5150. deuoluta est; ante Expiationem 51. 52. 53. annis: tum nimirum, quū Romani cùm etiam Cartaginienses pro Sardinia dimicabant.

De huiusmodi ędificijs Aristoteles lib. de admirādis in natura auditis, fatur hac scrie. *In Sardinia insula multa extare adhuc inquiunt vetustissima quidem monumenta superioris ætatis, Græcoque illo perantiquo more laborata; ac inter alia nonnullos etiam fornices, & marcnata dom cilia cōspici posse, modulatis quibusdam, sed disparibus confecta numeris. Quę ferunt olim ab Iolao Iphiclis filio fuisse constructa: eo potissimam tempore quo ille Thespiades, quos ab Hercule commissos acceperat, illuc deduxerat, tanquam qui sibi assines essent, ob eam, qua cum Hercule coniunctus erat propinquitatem. Tum etiam ob id quòd Hercules tunc vniuersas ad Occidentem regiones subegerat.* (Et & hic Hercules, vt diximus, in Sardinia extitit, eamq; subegit.) Structuras mirificas istas, per totam insulam fuisse certum est facessitas: in Calaritana tamen prouincia, (vbi Iolaus, vt ex Diodoro, Pausania, alijsque per pluribus constat, metatus curiam, substitit) mirificentiores operum moles eductas, certissimum. Calari enim plura, quàm alibi alijs cęlo faberrima ęquauit. Per vtramque campaniam Calaritanam, ędificia, quibus operi æternam memoriam cōciliauit, astris euexit. Tunc, est mens, Noraceas illas ex lapide fornices, à Iolao, Dædaleo opificio, fieri iussas; dehinc Norensibus effugis, atque profugis, habitatas. Mens hęc, etsi non ięua, nostra non est. Templum autem Iolai, Sepulchrum, & Regia in Partiollēsi agro, vbi nunc oppida Sancti Pantaleonis, Sitxi, ac Serdiana extant, fuisse minimè dubitamus. Apud Græcium ędificia celeberrima, olim videri suetum: Turritanam quoque vrbem structurę consimiles decorabant. Quæ omnia bellorum attritus ad cadauera redegere: eaque Carthaginensium turbines exoluere.

Arist. testimon. de ędificijs Sardinię à Iolao constructis. Hercules Grecus in Sard.

Grecum structuris. Dędaleis exornata.

De optimis Iolai rebus, quibus eximiam sibi adeptus est laudem, quarum, ex omni memoria, celebritate gloriosius nihil, Fara preclarè protatur. *Gymnasia insuper magna & sumptuosa Deorum templa erexit; iudicia instituit, regionem cultiorem, arboribusque fructiferis vberem effecit, gentem bellicosam reddidit; ac cætera omnia effecit, quæ ad vrbium diuturnitatem spectant. Quare hi populi celeberrimi, teste Plinio, fuerunt, & ab Oraculo responsum habuerunt, eam coloniam liberam semper futuram, vt Diodorus, & Arist. referunt; qui etiam testantur, vsque ad eorum tempora, verum fuisse.*

Studiorum Vniuersitas in Sard.

Oraculum isthoc, qualecumque fuerit, de Iolaicis, in Calaritana prouincia verificatum est. Quippe vt ex Diodoro, Mario nigro, Fara, Calepino alijsque Scriptoribus liquidè patet, Iola Calaris, eiusque districtus, Iolea, Ioleique appellati sunt. Nec in alia Insulę parte (legito quos volueris) Iolacios populos inuenies, quàm in ipsa prouincia Calaritana. Ea siquidem è Grecia recto tramite venti tanti prior est pars; hanc verò primo tenuit Iolaus appulsu. Audias Faram *magna nauium classe priorem Insulæ partem campestrem tenuit, eamq; Iolaam à se denominauit.* Nos ab alio denominatam, ab hoc potissimè confirmatam (vt à sententia grauissimorum, vti Solini, aliorumque virorum, non discedamus) adstruimus. Diodorus vt superiùs, idipsum Campestrem videlicet Insulę, quæ Calaritana quidem est, partem, tenuisse, firmiter asseuerat. Vnde liquet, Calaris vrbem, Calarisque prouinciam, totius insulæ genium, omnis eiusce fatalem, (vt libato iam, quidquid id, Oraculo priscis intonuit) verticem, fuisse promeritam. Hinc tot ipsa penes authoritate pollenteis viros, elogia, titulos, encomia, laudes consequuta; hinc tot pręlignia nacta pręconia, ex quibus hæc vlla, multis.

Calaritanæ vrbis celebritas atq; dignitas.

IOle, inuersum, *Eloi* Hebraicè reddit latiè *Deus meus*: Ciuitas Dei mei, es ò Calaris. tot inquam ratione Sāctorum, quorum potiris corporibus. Ciuitas solis etiam dicta: quippe quę solis, hic est Apollo, nati structura, Aristęus enim, seu extructor, siue amplificator, Apollinis filius non nescitur. Exin epithetorum encomiorumque torrens, Calaritanę magnificentię fertilissimum irrigās fęcundansque agrum.

Calaris. Iole. Eloi. Calaris Ciuitas solis.

Anti-

Antiquissima.	Pompo Mel. de sit. orb. lib. 2. cap. 5.
Antiquissima.	Marius Niger, in Geogr. Comm. 8.
Beata.	Oldradus ep. ad Carolum Magnum.
Caput Insulæ.	Ioan. Boterus.
Clauis Regni.	Rex Petrus in Priuileg.
Caput Sardiniæ.	Rex Petrus in Priuileg.
Caput Regni.	Calixtus 3. in constit.
Dignior.	Strabo de situ orbis.
Dignissima.	idem ibidem.
Ditior.	Cosmograph. vniuer. cap. Sardin.
Decor Sardiniæ.	Rex Alphon. in Priuileg.
Emporium.	Pius 4. in Priuil. Rom. 8. Octo. 1565.
Fidelissima.	Hieron. Zurita in Annal.
Firmamentum.	Rex Alphon. in Prileg.
Fortitudo totius insulæ.	Idem ibidem.
Insignior.	Rex Petrus in Priuileg.
Libera.	Leander Albert.
Metropolis Insulæ.	Adrianus in Theatro, Ciuit. orbis.
Metropolis Insulæ.	Lauren. de Anania, de fabr. mundi.
Metropolis vtriusque Sardiniæ.	Ioan. Cabilon. in Geogr.
Nobilior Insulæ.	Thomas Procacio.
Nobilior cæteris vrbibus.	Leander Alber.
Nobilissima.	Cornelius de Iudęis, in tab. Europ.
Nobilissima.	Ioan. Stadius in an-not. Flor.
Opulentissima.	Zacharias Lilius in breu. orbis.
Præclarissima.	Franc. Gonzaga in Chron.
Præclarissima.	Ioan. Camertus in Melam.
Præcipua omniū ciuitas.	Bergom. Strab. & Harmanus Schedel.
Primaria Ciuitas.	Abraham Ortelius, in Cosmograph.
Primaria Sardiniæ ciuitas.	Georgius Braunum. & Franciscus Hengelberius.
Princeps omniū Sardinię.	Petrus Galesinus in Sulpitium.
Robur totius Insulæ.	Rex Alphonsus in priuileg.
Restauratio.	Rex Hernandus in Priuileg.
Regnum Insulæ.	Marius Niger in Geograph.
Sedes Regum.	Aubertus Mirreus, de notit. Episc. orbis.
Vrbs vrbium.	Lucius Florus de gest. Roman. cap. 5.
Vrbs vrbium.	Iornandes de Regn. succes.

Quia Corsica olim altera Sard. vocata, ideo vtriusq; Sardiniæ dixit Cabilonensis.

Harmanus Schedel de insulis.

HAbes ex iis plura penes Dimam Serpi de Sanctis Sardiniæ; apud Illustriss. & Reuerendiss. D. Franc. Squiuel Archiep. Calar. in Relatione Sanctorum, ad Paulum V. P. M. apud Ioan. Carnicer, de Primatu Ecclesię Calaritanę; penes tandem Archiuium Ciuitatis Calaris.

Quin, & Sacrorũ Canonũ Scholiastes in c. *si diligent.*; singillatimq; August. Barbosa, in Collectan. Doctor. sup. ius Canonicum, & Ciuile, fol. 600. per hęc verba, Calarim cohonestat, titulisq; insignibus condecorat, dicens. *In Sardiniæ insula, ciuitas Calaritana, de qua Textus meminit, prima & principalis est, vulgò ab Scriptoribus appellata ciuitas antiquissima, nobilissima, opulentissima, fidelissima, cæteris Insulæ Sardiniæ dignior, ditior, atq; insignior, Metropolis Insulæ, caput Regni, per quam cætera loca, ciuitatesq; Sardiniæ nobilitantur, & decorantur. Nã in ea residet Prorex, & suprema Iudiciaria potestas, cum magno numero Baronum, & Nobilium, in eaque fiunt comitia generalia, seu parlamenta, pro bono totius Regni; cuditur moneta aurea, & argentea; sunt scholæ publicæ* (est & Vniuersitas impræsentiarum bonarum artium, literarumq; celeberrima studiorum) *domus deputationis, & Procurator Regius. In ea denique decretantur omnia, quæ ad commune bonum, & regimen optimum totius Regni spectant.*

Aragonum Reges, vt in prefato Archiuio videre licet, egregiis isthanc titulis efferunt vrbem. Heic ex pluribus hos paucos referamus. Rex Petrus in quodam diplomate, *præhabito*, inquit, *super his maturo consilio nouam auri monetam impressione nostri nominis; tituli, atque signi decoratam, ac præsentis edicti nostri priuilegio roboratam, in dicto Regno Sardiniæ & Corsicæ, videlicet in nostro Calaris, quod caput præcipuum, & notabile esse conspicimus.* Archiu. Calaritan.

Rex idem Petrus in alio diplomate, dat. Cęsaraugustę die 1. Martij 1357. ait. *Circa custodiam, & fortificationem castri nostri Calaris, quod caput est, & fortitudo totius Insulę Sardiniæ, &c.* Refert Martinus Carrillo Hispanus, Regius Sardinię Visitator, in Relat. §. 6. extat in Archiu. Calar.

Idem Rex in Priuil. dat. Valentiæ, die 26. Martij 1362. *Quia loca insignia, eorumq; Rectores, dignis merentur prærogatiuis, & titulis decorari: ideo*

vt: ideo ad castrum Calaris. quod ex sua nobilitate, caput est, & locus insignior totius Insulæ Sardiniæ, nostrum intuitum dirigentes, &c. Refert Ioan. Carnicer V. I. Doctor. in suo discursu de Primatu. Archiuium Calar.

Idem Rex, in diplom. dat. Cęsaraug. die 30. Nouembris 1359. *Archiuium reponatur per administratorem generalem Calari, tanquam in loco insigniori, & tutiori, quia Calaris est caput, & robur totius Insulæ, & vnica clauis Sardiniæ.* Refert Illustriss. Comes D. Ioan. Baptista Setrillas, in suo tractatu; de stam. milit. Archiuium.

Idem Rex, in alio Priuil. dat Barchinone sub die 23. Decembris 1369 ait. *Castrum Calaris, caput & præsidium totius Sardiniæ, & insignitum nobilitate, & decore, & præcellenti fortitudine roboratum.* Archiuium Calaritan.

Remittimus auidos ampliùs explorandi animos, Scriptoribus celebritate cõspicuis; dum hæc Leandri Alberti, in descrip. Italię, testimonio sigillamus; *E questa Città di Cagliari molto priuilegiata d'esattioni dalli Re di Aragona, per la sincera fedeltà de' Cittadini à detti Re dimostrata. Sono in questa Città gran torri, con vn molto magnifico tempio fatto già da i Pisani. Hà questa Città l'Arciuescouato, à cui sono soggetti alquanti Vesconi. Et questa Città hà il suo gouerno particolare del quale non s'intromette, ma da se stessa si gouerna.* En oraculi complementum; Iolea eccere nacta promissum. De Nora, Sulcide, Corno, Turri, egregiis vtiq; longęuisq; vrbibus impræsentiarum oratio torpet. Quippè qui diu, de Turri præsertim, si non ad cuncta ad nonnulla saltem celebritatis elogia suspirantes, in Sardiniam consultò, qui nobis illinc de ipsis si qua fuerint memoranda deferrent, adhuc optata, legauimus. Non enim, nisi Sulcis & Noræ longæua primordia dilucu lascunt; Turris autem neminem penes, qui fide polleat: recẽtium paucorum, hiq; indigenę, duntaxat è nominis etymo, coniectamina deprehendimus, exilia quidem nitentia fulcro.

Turritanæ prouincię dignitas.

ASt vnquam Turritana prouincia grauis assurgit, decorataque pellucescit. Fuit enim, vt sua res loco, Pisanorum æuo Sardinia Insula, Tetrarchia, in quatuor videlicet iudicatus & Regna, diuisa; Calaritanum, inquam, Logudorium, Arborense, & Gallurense. Calaritnense apud Scriptores obtinuit iugiter principatum. Verum aliqui Logudiorum cęteris præhabent: ex ijs est Gregorius VII. qui ad Sardinię iudices scribens. Turritanum prenominat, in hunc modum. *Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Mariano Turritani, Orzoco Arborensi, item Orzoco Calaritano, & Consconstito Gallurensi, Iudicibus Sardiniæ, salut. & Apost. bened.* extat in Regestro Gregoriano, Bibliot. Vatican. Hieronymus Landinus in comment. super 22. Cant. inferni Dante, eandem premittit, dicens. *Li Pisani, i quali diuisero l'isola in quattro parti; e questi chiamarono quattro Giudicati. Il primo Giudicato Logodoro, cioè luogo d'oro, perche era la più ricca parte dell'isola. Il secondo Cagliari, da Cagliari Città nobile & Antica. Il terzo Gallura, perche da principio fù dato à Certi Conti Pisani, che portauano il gallo per insegna. Il quarto Arborea.* Gabriel Volterranus, suæ geogr. lib. 6. *tres in ea,* inquit, *Metropoles Turritana, & Arborensis sub qua Sancta Iusta, & Ciuitatensis; tertia Calaris.* Doctor Carrillo Hispanus, in sua Relat. §. 6. *Esta diuido el Reyno en dos cabos, que son el de Sacer, y el de Caller.* Eodemq; §. Calarim tamen omnibus prefert vrbibus dum ait. *Caller es la cabeça del Reyno.* Hieronymus Zurita tom. 1. lib. 5. cap. 6. Arborensem iudicatum, nominatione primaria cohonestat, dicens. *Sardeña diuidida en quatro Regiones, que en lo antiguo tuuieron titulo; y eran Arborea, Gallura, Caller, y el de Turri.* Imitatus quidem Scriptores alios, qui Arboream ipsam prænominant. Sed nec læua opinione ducti sunt ij, qui eam tametsi scriptis non consignarint, antiquæ vocis oraculo nixi, ab Aristæo antiquissimum Oristanci oppidum cõditum sentiunt, & affirmant. Vnde huc vsque conditoris eiusce, vestigium nominis, locus de *Santuane Arista,* seruat.

An. M. 2775. *An. D. 1220.*

ID sub ęui Iolaus Dædalum è Sicilia propellatum, structuris inclytis, cumulandis ornandisq; ciuitatibus addicat. *Post constitutam inde coloniam Iolaus accersito ex Sicilia Dędalo, multis Magnificæ substructionis operibus animum intendit, quæ hodieq; ætatem ferunt, & de architecti nomine, Dædalea vocitantur. Gymnasia enim magna sumptibus non modicis extruxit, & tribunalia, cum multis alijs, quæ ad felicitatem vitæ conducerent, instituit.* Hæc Diodo. lib. 4. Hisce de rebus Fara sic: *Has vrbes* (Olbiam scillicet, & Ogrillen) *Iolaus accersito è Sicilia Dędalo, pluribus operibus, quæ ob artifice appellantur, Dædalea, exornauit. Quorum monumenta, etiam temporibus Aristotelis, & Diodori, vt ipsi testantur, in Sardinia apparebant; & inter alia, nonnullæ fornices, & marcuata domicilia, modulatis quibusdam sed disparibus, compacti numeris, conspiciebantur.* Has vrbes ac si duę duntaxat, quas ipse memorat,

Dædalus è Sicil. Sardiniam exornat.

Iolaus Sard. nõ est marmor quamuis apud Calarim in monte s. Eliæ quondam fuisse nonnulli perhibeât.

morat, vrbes Principibus quinquaginta satis extiterint, Fara memorat. Plures extruxit Iolaus, plurimas nouis è candida Dędalei ingenij vena, ædificijs illustrauit. Lapides autem ad structuram, Dędalus, non aliunde quàm inde met Sardinię latomijs, excidebat marmor verò quò ibi desideratum, eò cunctis operibus defuit. Romana sed enim quia se circa Sardinię molem potentia vertit, quę adhuc visuntur, ex Italia marmora sunt euecta; illucq; vsque structuris Sardinię selectorum lapidum genera, non verò marmoris, seruiere.

An. M. 2784. *An. D. 1229.*

ANno isto res Asię, Priamiq; euertere gẽtem; immeritum visum est Superis, ceciditq; superbum; Ilium, & omnis humo iacuit Neptumnia Troia; Diuersa exilia, & desertas quęrere terras; augurijs actus Diuũ, classemq; sub ipsa; Antandro & Phrygia molitus montibus Idæ; incertus quò fata ferãt, vbi sistere detur; Æneas Anchisiades Cythereia proles; quem generosa cohors vatum sub sydera cantu, extulit; Italiam profugus cęcum omne per æquor; tempestate graui iactatus. Classeq; quassa; fluctibus, ac ventis excussas dum mare sęuit; & Notus abreptas naueis in Saxa retorquet (saxa vocant Itali medijs, quę in fluctibus Aras) ingenti cum Teucrorum multitudine Sardinię littus appellit. Hinc Sylius: *affluxere etiam, & Sedes posuere coactis; dispersi pelago, post eruta Pergama Teucri*: Aræ illæ, Saxa quędam sublitentia mari sunt; vbi Romani & Carthaginenses, vt Faselus de rebus sæculi meminit, amico fędere dextras iunxere. Et quidem ea inter Siciliam Sardiniamq; iacent. Hinc Æneas directo in Sardiniam cursu venit ibiq; Iliẽsem coloniam Iolai permissu locauit. Meminit Salustius huiusmodi Æneæ in Sardiniam aduectus; adstruit Pausanias, refert Fara. *Post Ilium euersum*, inquit ille, *ex Troianis, & alii profugerunt, & ij cum Ænea incolumes euaserunt. Horum pars vna acti tempestatibus in Sardiniam, Gręcis, qui ante illic consederant, permixti sunt. Quominus verò cum Graecis, & Troianis Barbari bello confligerent, id primum vetuit, quòd belli apparatu neutra pars alteri cedebat. Deinde Thorsus fluuius, qui insulam mediam praterfluit; vtrãq; aciẽ transmittere metuẽtem, coercebat.* Pulchrius fusiusq; Fara ijs verbis enarrat: *Æneas magna cum Iliensium manu Sardiniam Pausania, & Salustio teste, applicuit. Hi Gracos in Insula offenderunt accolas, illasq; adire non dubitarunt, à quibus benignè hospitio suscepti, populariter illis sese permixti sunt, necessitate magis, quàm gratia; ne si alteri disiungerentur ab alteris, aut descicerent, nullo negotio Sardis accolis sese opprimendi facultatem darent; qui iam sumptis armis, & acie instructa, ad Thorsum consederant fluuium, qui ob hostilis tractu medius labens, illorum separabat agrum: qua res vtriusque belli dirimendi causa fuit; cum neuter exercitus flumen transire, & in hostem ferri primus ausus fuerit, vt Pausanias & Leonicus referunt.*

Æneas in Sard.

Aræ Saxa

Æneas, suam tametsi gentem Gręcis admixtam, non eò prorsus, quin alibi peculiari constitutam sede, reliquit. Ollastriacam enim regionem Iliensibus, Iolai, Heroumque sponte, selegit, eamq; ipsis tellurem adscripsit altricem. Quam bellè, quàm dextrè Fara! *Discessit*, inquit, *postea è Sardinia Æneas, relicta Iliensium colonia; qua teste Pomponio Mela, Solino, & Plinio in ea celeberrima fuit. A qua existimatur nomen sumpsisse forum Troianum, quod in Sardinia Meridiem versus fuisse testatur Antonius Pius.* Troianum hoc forum, non aliud quàm Tortoly oppidum fuisse credimus, & firmamus. Profectò meridiem versùs extat nomenq; hactenus, etsi lęsum, retinet. Siquidem Tortuely, seu Tortoly, procellosa atque turbinea variarum nationum, gẽtiumq; posteritas violatum, erronea stabilitate firmauit, non enim, Tortuely, sed, Portus Ilij, à nuperrimis Romanorum accolis municipium ipsum (quod quidem Thespiadum per ætates prouinciæ caput erat) nuncupatum extitit. En hìc planè, in regione videlicet Ollastrina, plura Ilio per germana, sub alto corruptelę latibulo cõseruãtur. Ardana, seu Arsana, vt extat ĩ Archiuio Calaritano, Dardana: Ilbono, Ilij boni: Triei, Troes vel Troci: Tartanij Dardanij; Girisuili, gyrusi Ilij: Ardalij, ardua Ilij, idest inacessibilia loca Iliẽsiũ, quò iuxta Scriptores sese Ilienses receperunt: Oliena, Iliena: Bari, Paridis, vel Paris: Elini, Ilini, seu Ilienses: Pedraliana, petra Iliàna: idẽq; multis de alijs. Dardanij siquidẽ regionem hanc omnium primam tenuere, vnde & Ilij nomen traxit: Iliastès, seu Iliastica regio, vel colonia. Æneas itaq; recens euictis periculis, Græcorum humanitate sibi conciliata, fractos iam iam maris laboribus Ilienses Dijs oratis, accolas exposuit abijtq; *Discessit postea*, inquit Fara, *è Sardinia Æneas, relicta Iliensium colonia quę teste Pomponio Mela, Solino, & Plinio in ea celeberrima fuit.* Animaduertant qui veraciora sitiunt comperire; Iolensis & Iliensis nomina, propinquitatis, & similitudinis ergo, tum exteris, tũ nostratibus amphibologiam Scriptoribus inuoluisse. Vnde cum omnem strenuitatis gloriam solis Iolensibus tribuendam omnino debuerint, Iliensibus adscripsere; atqueq; reuera tramitem veritatis amplexi, exilem planè, tot actam, fractamque ictibus fortunæ, plebeculam, Troum inquam coloniam fa-

Tortolij forum Troianũ.

Tortoly portus Ilij.

Tortoly caput prouinciæ Romanos municipiũ.

Troianorũ oppidorũ nomina violata.

le

le tabentem, celebritatis eximię decorarũt; quodq; Iolensibus Diuùm oracula concessere, modicis accolis pręstitere. Non Ilienses igitur, sed Iolenses Carthaginensibus, Romanisq; inexpugnabiles restiterunt, inuictique per amplitudinem sęculorum permanserunt; de quibus hęc Diodorus. *Ac tametsi Carthaginenses magnis sæpe copijs in eos mouerint; locorum tamè difficultas, & inexplicabiles specuum subterraneorum meatus à seruitute tutos hosce præstitere. Tandem cum etiam Romani rerum potentes sæpius Marte illos tentarent, nulla tamen vi bellica ob easdem causas subigi potuerunt.* Franciscus Fara de rebus Sardois: *nam cum Carthaginenses prius, mox Romani Insulam cepissent, nunquam tamen eos subegere: & licet ab eis fuerint nimis sæpius lacessiti, difficultate tamen locorum inuicti permansere.* Dimas Serpi in Chronica Sanctorũ Sardiniæ, *nunca fueron conquistados.* Quam ob causam Romani montana impetus coercẽtes, tutissimis muniere pręsidijs; cuius rei meminit Leander Alberto in descript. Italiæ, ibi de Sardinia, dicens. *Vero è che hanno ancora alcuni vocabuli latini, & massimamente ne' monti di Barbaria, oue teneuano gl'Imperatori Romani li suoi presidij.* Habes etiam in l. 2. C. de offic. Prę. Afric. in montibus fuisse munitissima pręsidia Romanorum: eaque ad Iolensium (erroneè iuxta alios, Iliensium) vires, & audaciam contundendas.

An. M. 2787. *An. D. 1232.*

VLysses Laertę filius, Rex Ithacæ, & Dulichij insularum, sub hæc tempora, euerso Ilio, tempestatibus huc agitatus & illuc, Sardiniam creditur appulisse. Quippe qui graui exorta tempestate primùm in Ciconum littus appulsus, indeq; rursus soluẽs simili tempestate eiectus in Africam, rursusque illinc velificans in Siciliam delatus; hinc & circum circa concitis vndiq; fluctibus aberrauit, omnemq; mediterranei vastitatem ad oceani vsq; fauces peragrauit, vrbemque Vlysiponem, auctore Strabone, lib. 3. ędificauit. Aduentus Vlyssis in Insulã nostram è Pausanię verbis elicitur, qui lib. 6. sic ait. *Vlyssem aiunt errantem, euerso Ilio, tempestatibus huc, illuc ad alias Italię, ac Siciliæ vrbes, & Themessam etiam appulsum.* Alias Italię partes, insinuat insulas; cùm iam reliquas per decennium explorarit. Et quidem Italię pars Sardinię; quippe quę adiacet. Adstruit Fara, *circa hæc tempora,* inquiens, *Vlysses decennio naufragus errauit, & in Sardiniam vectus, paruis Sardiniæ insulis adiacentibus, quæ Ithacesiæ Vlyssis specula, teste Plinio, vocantur, nomen dedit. Leucosia etiam, Insula Sardiniæ, à Syrene ibi his temporibus sepulta nomen accepit, vt idem Plinius, & Marcianus Capella referunt.* Satis pulchrè, satis superq; veraciter Fara fatus; cui nos libentissimè subscribentes, vtrumq; firmamus.

Vlysses in Sard.

An. M. 2788. *An. D. 1233.*

VLysses ab Oceano vela torquens, Sardiniam iteratò veniens, Græcos suos inuisit gentiles, indeq; Siciliam, Scylla Charibdiq; transactis, accedit. Extat apud Ambrosium Calepinum Vlyssicę peregrinationis epithome; ex quo eiusce habemus viarium eoq; bis ipsam Siculam Insulam attigisse compertum. Tunc Iolaum cum Vlysse, arbitramur è Sardinia Siciliam ad nauigasse, iterq; tum quoque in Græciam contendisse *Iolaus,* ait Fara, *ijs, quæ ad statum coloniæ pertinebant compositis, in Græciam est profectus, postea in Siciliam nauigauit.* Prępostero ordine Fara se gerit, Sicaniam prius, deinde Græciã perugisse, potiùs effaturus. In Græciam de abscessu Diodorus lib. 5. sic ait: *Iolaus effectis coloniæ negocijs, in Græciam reuersus est.*

Vlysses iterum in Sardin.

Haud immodicum Iolaus in Græcia tempus impendit, cum ad fatalis Regni Sardinię dexteritatem, felicitatemq; totus incũberet, efflagraret; sed ocyus omnigenis ruptus moris, repetens Insulam, in ea mortale consortium dereliquit; ibiq; sepultus, honores cœlestes, ethnico more, nactus, insigne templum magistra constructum arte, cum superstitiosa solemnitate ritus obtinuit. Iolai mortem vniuersa diutinis insula prosequuta est lacrymis, omnis immugijt tellus illa. Principum verò, talis ac tanti patris iactura luctum digno sermone quis æquet? Patris næ: talem enim reuerebantur Heroes. *Qui tanquam patri,* ait Diodorus, *huic et honorem tribuebant. Illi enim, ob egregium bene de ipsis merendi studium, tanta eum beneuolentia complexi sunt, vt genitoris eum nomine dignarentur. Inde factum, vt qui posteris temporibus rẽ diuinam huic deo faciunt, Iolaum, patrem, eum nuncupent, quod Cyro à Persis quoque præstari solet.* Iolai in Sardinia obitum, sepulchrum, phanumque, virorum pręsignium elogio confirmamus. *Editur etiam,* ait Pausan. lib. 9. *eo loco Iolai heroicum monumentum: è vita verò illum in Sardinia excessisse, simulq; ex Atheniensibus, & Thespiensibus, qui cum eo illuc transmiserant, ipsi etiam Thebani confitentur.* Iulius Solinus cap. 3. Iolai mausoleo templum à Sardis Iolensibus additum asseuerat. (is est Hercules) *Iolenses ab eo dicti sepulchro eius templum addiderũt; quòd, imitatus virtutes patrui* (is est Hercules) *malis plurimis Sardiniam liberasset.* Testantur recentiores inter quos Fara, Boccatius de Dijs gentium perpluresq; Tactum obiter, Iolenses nobiles Calaritanum circiter orbẽ

Obit Iolai in Sardin.

Sepulchro Iolai templum additur.

lares

Iolenses præcipue Calaritani Ololaij populi.

lares fixisse, Calarimq; Iolęam eam, præcipuè coluisse: gregarios verò montes. Retinet hactenus, montana quędam Sardinię nomen,& gentem: isthęc planè, *Barbarja de Ololai*, vulgò dicta est. Læsum autem vocabulum, *ololai*, aduertimus sumptum iri; nimirum à Iolaij, seu, yolaij, ijq; vici, ijq; sunt populi quos memorat, quando ait; *hac ipsa ætate vici manent, qui Iolaij nuncupantur*. Non

Partiola Iolea vera.

excludimus Iolai Regiam Partiollensem; ea siquidem Iolea vera; profectò ipsam illustriores Iolaci, veluti Calarim, coluere; sed rusticos commendamusq; barbaros yolenses, strenuos & inuictos. Tangit obiter Diodorus Sardiniæ montana barbaros hosce sibi ascisse prçsidia. *Cum enim barbari complures, colonis immixti essent, longinquitate temporis factum est, vt populus ille, totus in Barbarorum mores transiret, & sedibus in montana translatis, ardua quadam loco, & accessu inhabitaret: vbi lactis, & carnium nutrimentis assueti: siquidem ex re pecuaria vitam sustentant, frumentorum vsu non indigent. Cumq; sub terra habitantes, ætatem suam in effossis humo speluncis degant, bellorum discrimina facilè deuitarunt. Idcirco, quamuis & Carthaginenses, & Romani sæpe armis eos appetiuerint, nihil quicquam tamen effecere.* Hin educimus; non Ilienses, sed Iolenses esse, qui oraculi libertate potiti sunt. Hinc & Ololaensem regionem, Iolaicam esse. Cauendus est au-

Diodorus cauidus

tem Diodorus, in illo quod ait, populum illum totum in barbarum mores transisse: dissentaneum enim à ratione conuincitur, & à vero. Calaris enim cum omni districtu Iolea, ciues eiusce Iolenses. Quin etiam Ogrillensis, Olbiensisq; regiones, necnon ciuitatis Grçcorum ambitus, atque tractus; tandemq; planities Arborensis, vbi nunc oppida, *Monreal, Uras*, ipsaq; vrbs, &c. vnde non omnis Iolensis colonia in barbaros iit mores; minusq; omnes in ardua accessuq; difficilia se loca, formidine præliorum, recepere. Patet, quia Iolenses Thuscis barbaris immixti sunt, ij verò ciuitates haud quaquam incolebant, sed montana quidem loca, vt accuratiùs noster Serpi, in sua Chronica, alijque perplures tradunt. Liquet etiam, ex eò, quod Calaritanam vrbem à Carthaginensibus occupatam, à suis ciuibus derelictam fuisse non legitur; imò oppositum, Calaritanos, qui & Iolei (Calaris quippe Iolea) in Carthaginenses fortiter atq; strenuè se gessisse æuiternosque Iolenses hucusque fuisse superstites, Calarique perpetuò fruitos patria lineatim. Capaces ne adeò erant

Ratio conuincens.

multitudinis tantę, effossę illę humi, in quibus degere speluncę? Et quidem sola Calaris cum districtu capi nequibat ab antris. Et quidem non à Carthaginis ciuibus, sed ab ipsismet indigenis, Calarim, bellorum turbine vanescente, scimus excultam. Vnde Titus Liuius Calaritanos quidem, non Carthaginenses meminit prçliatos, Romanisq; fideles eos illustri commendat elogio; strenuam laudat Calaris iuuentutem, quæ tot Romano sub duce; Carthaginensium strauit copias (inter Maraun inquam, & Septimum oppida.)

Alia conuincens ratio.

Iolenses igitur nobiles, & præclari, montium latebras arripuere; haud vnquam neque in barbarorum mores iere, sed in Calaritana vrbe atq; districtu se bene gerentes, spectatiq; ad nostram vsque tempestatem, cęlitus præstitam, celebritatem sibi tenaciter æternarunt. Gregariam ergo gentem, quę Ololaica montana proripuit, existimemus non vtique generosam Atheniensium claritatem, quę suo splendore Calaritanum hemisphærium illustrauit, armorum instruxit boniatum artium studijs informauit. Cecinit Sylius de Iolensibus: *nec paruum decus, aducto cum classe paterna; agmine Thespiadum terris Iolae dedisti*.

Inficias it non nemo, Iolaum in Sardinia obijsse; certiùs obiit, eiusq; sepulchrum, aris ac votis extitit honoratum. Quo autem ea sint facta tempore, fugit penitus: non enim penes Authores, liquet vel saltem conijci nobis indultum.

An. M. 2791. *An. D. 1236.*

Mçones domini Sard. non fuerunt.

FRanciscus Fara, Lydos populos, qui & Mçones dicti, inter Phrygiam, & Cariam seu Lyciam iuxta Mæandrum vincebant, mareq; vt Eusebius tradit, & ex Manethone, Liuio, & Valerio Maximo colligitur, in Sardinia dominatos esse, & Mçonum locū, qui corruptè *Met'gu* nunc dicitur, ab eis nomē sumpsisse, existimat. Quod nos haud quaquam credimus, imò abnuimus, in Sardinia dominatos; quandoquidem hac ętate quinquaginta Principes Thespiades Sardinię domini erant. Regesq; Dynastici; nec sic facilè Regnum exteris herulis oblaxarent, quin & proprijs, quin & paternis pollentes viribus vsque ad sanguinem dimicarent. Quàm dissentaneum ab Oraculi (quale vis fuerit) pollicitatione, vt genus Herculeum tam fatale, ad tot ętates, Sardiniæ dominans destinatum, 22 duntaxat annos ad clauum sederet imperij! Et quidem, Diodori testimonio, per multas ætates insulę prçfuere. En quid ipse lib. 5. lib. 15 de hisce perhibeat. *Thespiadæ autem*, inquit, *cum per multas ætates insulæ præfuissent in Italiam tandem expulsi, finitimum Cumæ agrum insederunt*. Ecccre Lydos Sardinię non dominos, forsan accolas. Si-

quidem plures ętates, 22. annorum satis superque excedunt; ętas enim spatium 30. annorum est, iuxtà Plutarchum: item annorum 100. iuxta Ouidium 12. Meta. Longissimum itidem humanę vitę tempus, iuxta Plautum, *ętas mala*, inquit, *dicta est senectus*. Mundi ne tritas nescimus ętates? Quot hę quęso annis constatę? Labamur ab Adæ ad Noe: exin ad alias. Nec insurgat ętatem pro anno accipi posse, iuxta Virgil. *vbi quarta accesserit ætas*: minusq; pro decennio, iuuētæ senectęq; interstite; quam quidem ętatē Auicenna, ętatem pulchritudinis vocat: quę fere à trigesimo vsque ad quadrigesimū currit annum. Non igitur ętates illas, quibus Thespiadę in Sardinia regnarunt, curtas exilesque putemus; vtpotè Cumanum agrum, Diodoro teste, insederunt: ipsa verò ciuitas à multis Authoribus ædificata traditur anno mundi 2893. (consulatur Hieronymus Bardi) à multis demum annum circiter 4037. iuxta supputationem ab Hebraica dissentaneam (consulatur Bergomensis in Supple.) eliquet iis Lydos Sardinię vnquam Dominos non censendos; imò & Fara met ipse, anno 2912. Thespiensium è Sardinia discessum statuit, ita fatus. *His temporibus Thespienses ex Sardinia in Italiam nauigantes, circa Cumas, teste Diodoro, tenuere, & Dædalum Cumas detulere, vt Salustius refert*. Stabant igitur Cumę? Decumanæ igitur euolutæ ętates?

Ætas quid.

An. M. 2912. *An. D.* 1357.

LOcrenses hoc anno collocat Fara, Parnassicolas populos, nostris aduectos oris. Adstipulamur Solino, Locrensium Sardinię inuectam coloniam lib 9. asseueranti. Farę autem iudicio non annuimus circa annum; ęterno siquidem sub latibulo penes Scriptores id extat. Tutius, veroque similius arbitramur, Cum Thespiadibus à Iolao, tum Lydos, cùm Locrenses, Phrygesque demum, illorumq; Gręcię finium gentem, in Insulam fuisse deuectam. A Iolao, inquam, primo, secundoq; in Sardiniā velificatū. Quin & Hercules, ad filiorum Regni decus, felicitatemq; totus incumbēs, colonias illuc transmittere satagens, proculdubio, ex ipsis Asię gentibus, immodicas ablegauit.

Locrēses populi hodie lochis i Sardin.

An. M. 2958. *An. D.* 1403.

THraces Europę populi, Scytes prius dicti, in Sardinia imperasse, vrbesq; condidisse, eò quod iuxta Eusebium, mare obtinuerint, à Fara creduntur. Idipsum est Authoris huiusce obtentum pelagus, Lydos, Rhodios, Phryges, Cyprios, atque reliquos, ab eo memoratos, populos, dominos fuisse Sardinię, opinandi ansa. Verùm, tanti viri pace, fundamētum exile habet opinio hęc. Nam etsi mare populi illi obtinuisse dicātur; non tamen Libycum, Tyrrhenum, Sardoum, Gallicum, tandemue Ligusticum, Sardiniam peruallantia; accommodare fidē ob tria renuimus. Primum: quia mare finitimum, & interstes, hoc est Creticum, Hellespontiacum, atq; Ponticum, obtinuisse, verius. Secundum, quia Thespiadę ad clauū Sardinię tenacissimè consedebant; patet Cumarum ędificationis ex tempore; Cumas verò iuxta Salustium, Faramnecnon, ipsum Dædalum Thespienses detulere. Tertium denique illud est, quòd post Thespiadas ijdem Sardi regnauere. Testis est Diodorus, lib. 5. num. 15. vbi sic fatur. *Thespiadæ autem cum per multas ætates, insulæ præfuissent, in Italiā tandem expulsi, finitimum Cumæ agrum insederūt. Reliquum interim vulgus ad barbariam redactum, indigenarum optimos Reipublicę præficiens, libertatem ad nostram vsque ætatem defendit*. Ergò non Lydi, Thraces, Rhodij, Phryges, Cyprij, Ægyptij, Milesij, Cares, Lesbij, Phocęique, regnarunt; sed Proceres, ijq; Sardi: vnde Sardiniam liberam fuisse Rempublicam, expressè patet; Regnumq; Sardinię per ipsosmet Sardos, tot sæculis (at non tales per hosce popellos, tali tantoq; nullatenus aptos Regno) dexterrimè gubernatum.

Thraces in Sard.

Sard. multis seculis Resp.

An. M. 3047. *An. D.* 1492.

TEmpestatem sub hanc, ex Rhodijs insulę maris Carpathij, Sardiniam accolas adpulisse, vrbes extruxisse, imperasseque & ab eis Rhodium Sassaritanę regionis locum nomen sumpsisse credit Fara. Accolatum admittimus, imperitasse autem, vrbes que condidisse negamus.

Rhodij in Sard.

An. M. 3070. *An. D.* 1515.

PHryges minoris Asię, populi Cariæ, Lydię, Mysię, Bithynięq; finitimi Sardiniā aduenisse Idonesijq; qui vt refert Ptholomęus, in Sardinia sunt, tum quoque accessisse, opinatur Fara, dominatumq; existimat habuisse in Sardinia, quod abnuimus, & abijcimus. Reuera venere, Idonesiosq; ibi (quorum nomen, tametsi læsum, *Bidoni*, seruare aliqui arbitrantur) populos condidisse, & promontorio Gorditano nomen dedisse nihil ambigimus. Siquidem Gordien vrbem Iustinus; Curtiusque lib. 3. Gordiū oppidum nominant. Est autem Gordium

Phryges in Sard.

Promont.

oppidum

Gordi tanā à Gordio oppido ibi extructo à Gordijs. Cypri orū in Sard.

oppidum siue vrbs Phrygiæ; ita Franciscus Fabritius in annot. in Pauli Orosij lib. 3.

An. M. 3098. *An. D.* 1543.

CYprij populi per id ęui Sardiniam pene trasse, quin & regnasse existimantur à Fara; nimirum, quòd, Eusebio teste, mare obtinuerint. Nos quidem eorum accessum non, sed regnum vtiq; inficiamur.

Non sic facilè aduenę, Sardiniæ Regnum adipisci poterant; non tam absq; sanguine triumphare, tam breui successione diuelli alterutris. Non sic vnquam viluere Nostrates, quippe qui alijs nationibus bello fulgureis vti Romanis, & Carthaginensibus strenuissimè restitere, plebeculis istis ita inermiter succumbere nesciere. Fara itaq; Sardinię Regni ambages inuoluit indignè cumq; iuxta scriptorem petauristę videntur Sardiniæ Magistratus. Eccereq; pilæ instar, Insula mediterranei maris princeps, hac incongruis à req; sua dissentaneis temporis spatijs, volutatur. Phryges enim ab anno 3070. ad 3098. Cyprios hinc ad annum 3138. Phęnices inde ad 3179 Ægyptios exin ad 3210. Milesios ad 3210. Cares ab inde, ad vsque 3241. istinc Lesbij ad 3289. Corsos ab anno 3350. vsq; 3416. Phocęos ad 3433. nimirum vsque ad Carthaginenses. Quàm volubilis orbita, quàm gyrouaga? Talem imperij labilitatem, à verosimili satis auiā, nostris finibus absterremus, explodimus obdignantem. Quia tametsi popelli istis, mare obtinuisse dicantur, finitimum est cēsendum, nullatenus totum. Nulla etenim Monarchia, adhuc Romana, mediterraneū omne possedit. Nonne Libycum atq; Sardoum habuere Carthaginenses? Nonne totum Romanis Eoum pelagus desideratum? Nunquam ipsis vniuersum Mediterraneum paruit ęquor. Ecquid Lesbij, ecquid Cares, Phocæi, Milesij, Rhodij, Cyprij cum Romanis? Totum propè ij pelagus nacti forent, si suis ab vsque, nostros ad vsque fines, eorum se ditio effudisset.

An. M. 3138. *An. D.* 1138.

Phęnices i Sardin.

PHenices, in re Martia pręcellentes, anno isthoc, iuxta Farę supputationem, quæ nequicquam displicet, in Sardiniam ductis colonijs secessere; ibique non regnum, sed coloniarum, ibi consistentium, Sardiniæ Magistratus gratia, pręfecturam vel consulatum; habuere isq; potius est, quod Diodorus innuere videtur imperium, refertq; Fara. Neque enim tunc Syri, tale sibi nancisci potuit Regnū, firmis oraculis (tametsi ethnicis, prima tamen rerum omnium permissis à Causa) Herculeo sanguini, Thespiadibus vtpotè stabilitum. Profectò colonia Syra hęc tractum illum, in montibus Calaritanis, *Syrigarju* nuncupatum, tenuere: tūq; forsan honorificum illud propè Calarim oppidum, mutato nomine, *Syrarjus*, idest Syrarius, traxit. Phœnices, vt refert Hieronymus Bardi, octies mare obtinuerunt; toties igitur Sardiniæ Domini? Absistat quęso imperium gyrouagij, regnum pilulę.

An. M. 3179. *An. D.* 1624.

Ægyptij i Sardin.

HOcce anno Fara Ægyptios vetustissimos populos, Sardinię dominos credit amplectimur annalistimum; nam iuxta veriorem supputationem, fidelem deprehendimus: regnasse autem (nisi fortè, vt dictum est de Phęnicibus) dissentimus. Tenuerunt Ægyptii Australem Sardinię plagam ad mare, Sarabinensem videlicet polo soloq; tristissimam regionem, Esaronesijq; vt optimè notat Fara, appellitati sunt: ab Esare inquam, Ægypti vrbe, retinētq; hactenus etsi lęsum id nomen regionis eiusce incolæ, *Sarrauesos*, seu Satouesos, mutata, n, in u. Erant ij populi quondam plures; non primi quidē accolę, sed immixti indigenis præualuere.

Sarabensis regio Ægyptiorum colonia.

Oppida Sarabinensia. Villa maior.

Erant per totam illam, Sartuy oppidum bel licosum; Petretum; Eringiana, Horrea, Pellia, Cannas, Bulluy, aliaq; oppida, vrbes, & castra, quibus insignior Susabęa, seu Susalęa, hęc est Villamaior, sęuientibus eruta bellis. Habuit aliquando Sarabinensis regio suum episcopum Calaritano suffraganeū; cuius aulę hucusque traditio manet, penes Villæmaioris districtum, localeque *sacme su Biscabu*, nuncupant. Horrea oppidum, vulgò Orria, parcat Squirro, ad nostram adhuc ætatem oppidulum tot bellorum incendijs, turbinibusq; extat: Vocatum autem Horrea, Romanorum tempore fuit, eo quod Gerreia, ipsaq; contigua Sarabinensis tractus plebs, triticum Romam nauibus deuehendum, horreis inferebant. Erant autem horrea loco illo, tutiori atq; securiori vallis illius. Quam ob causam Romani fossas è ductas quas Sardi *foxis*, appellitant, oneran dis commodas rebus, vsque ad mediam vallem, quò omnia plaustris imposita veniebant, effecere.

Olim episcopus in Sarabe. Horrea Romanorum.

An. M. 3210. *An. D.* 1655.

Milesij in Sard.

HOc anno credit Fara Milesios potentes, opulentosq; populos, Ionię Cariæque fines egressos, in Sardinia imperasse eiusque colonis nomen dedisse; quod & nos

nos vltrò concedimus, absq; regno; non enim domini, sed accolæ fuerant, humanitatis, vrbanitatisque gratia à Sardiniæ magistratibus excepti. Milesij apud Scriptores Sardiniæ populi memorantur: quos in Militano tractu substitisse ambigua nobis res non est; etsi Fara subticeat, Milis oppidum seruat nomen, retinet posteritatem Milesiorum.

Milis oppidum Sardiniæ celebre.

Est Milis oppidum celebre, antiquitatis præstantia decoratum, strenuitatis auitæ monimentis insigne. Planities inter ipsum Arboreamq; vrbem, elegantissima prospectiua, longè latèq; Malis vicatim citreis consita, ad tria milliaria nemus egregium; suamet sponte nascentibus, nulla cultus industria, redolentibus vndiq; spatijs, arboribus illis voluptas amasia tota prostituit. Doctor Carrillus in Relatione Sardiniæ ad Regem Philippum III. de hac Malorum medicarum sylua sic refert. *Ay vn llano entre Oristan y Milis de largo y ancho de mas de tres millas, todo lleno de Naranjos, que con no se cultivar, y adreçar estan con vn orden a calles, y carreras, que parece auer se hecho à mano: en tiempo de la flor ay tanta amenidad, y fragrancia, que se siente mas de dos leguas el olor: y con auer tanta flor, no se aprouechan de la agua que della se podria sacar, sino que se queda y pierde.* Habes apud Polybium lib. 1. Mylis oppidum in Sicilia.

An. M. 3241. *An. D. 1686.*

Carenses in Sard.

CArenses, seu Cares, Herodoto Leleges, Asiæ populos Sardiniam tempestate hac adpulisse, impetasse, vrbesq; extruxisse creditum, Fara perhibet. Nos verius oppida quędam non vrbes condidisse, nequaquam regnasse firmamus. Refert Cares Ptholomęus; nosq; non fugit, Muraueranum Sarabinense, Maracalagonense, aliaque oppida, Carasgenus: quin etiam Iliensium regionem Careddas, à læso iam nomine Carenses, habere.

Care. Caredda, Carasgenus Sard.

An. M. 3289. *An. D. 1734.*

Lesbij in Sardin.

LEsbios, maris Ægęi insulanos hoc anno, in Sardinia regnasse vrbesq; condidisse existimat Fara. Reijcimus vrbes, reiectamus & Regnum.

An. M. 3350. *An. D. 1795.*

Corsi in Sardin.

SEquimur vltrò Faram, Corsos, hoc circiter œuum factionibus ciuiliq; lacessitos bello, pulsosq; patria Sardiniam aduenisse, montuosamque insulę partem, quę Septentrionem respicit occupasse, oppida construxisse, & ab incolis patrio nomine Corsos dictos. Pausanias lib. 10. *Abest, ait, non longè à Sardinia, insula Cyrnus, ab incolentibus è Libya, à Græcis Corsica nominata: ex hac non parua vtique manus, seditione pulsi in Sardiniam transiere, montibusq; occupatis, oppida sibi muniere. A Sardis certè patrio ipsorum nomine, Corsi appellantur.* Hos, dempto, r, grammate, Coso, vel Cossu, appellitant: in Sardinia, progenies opulenta, Cossorum; quę apud Sarabinensem triangularem regionem, diuitijs olim prępollebat: ex Aritzo quidem oppido oriunda. Carpitur Fara, ibi, *Hi vicinam montuosa insulæ parte, quæ septentrionem respicit, occupata duodecim oppida sibi muniere eodem Pausania teste.* Duodecim hæic Pausanias oppida? Parcas Fara: tale siquidem Pausanias, dixisse non legitur.

Cossi genus insigne in Sard.

An. M. 3367. *An. D. 1812.*

Nabuchodonosor in Sard.

SVpputatio temporum hàc iactauit, & illac; donec Bardi tutissimo prenso scopulo, tempestatibus tot cuictis, hunc subsistimus annum circiter ascientes. Sub isthæc igitur tempora Nabuchodonosor Rex in Hispaniam iter instituit, ingentique exercitu territator, mediterraneum sulcans mare, Iberis oris applicuit, magnam Hispaniæ partem subiugauit, vsq; ad columnas Herculis peruenit, inde Tarraconem reflectens copias in Thraciam, Pontumq; deduxit. Videant Alderete lib. 3. antiq. Hispan cap. 4. Mantuanus in animaduersionibus, ad historiam Ioannis Marianę. Credimus Megasthenis lib. 4. rerum Indicarum: Iosepho lib. 10. Antiq. cap. 11. libro quoque contra Apionem: Straboni lib. 15. Geographię, tandemque Biuarium, Flauij Dextri Commentatorem anno Christi 37. vtraque amplectimur vlna, subscribimus, firmamus. Ingressu itaque, & egressu Rex Nabuchodonosor, nostram ostendens insulam, eam salutauit, inuisit, commeatumq; ex ea, afflua vtiq; omnigenis terræ bonis, accepit.

An. M. 3370. *An. D. 1815.*

NAbuzardan, eiusdem Nabuco Regis Prefectus exercitus, in Hispaniam sub id æui cum immodica captiuorum Iudæorum multitudine se contulit, eamq; regionis illius atq; finitimis terris inuexit. Timuit namq; Rex, vt tangit Biuarius in Commentarijs, tot Iudęorum millia totq; millia captiuorum in suo consistere Regno, rebellionis ergo: pręsertim quòd ipse extra Babylonem cum copijs longos annos in armis agere cogebatur. Testatur Diuus Athanasius primus Cęsaraugustę Episcopus, in Fragmento,

mento, vt refert Biuarius. *Hic venerat*, ait Athanasius, *cum 12. Tribubus, à Nabuchodonosor in Hispaniam Hierosolymis, duce Nabuzardan, vel Pyrrho, Hispanorum Præfecto.* Inexpugnabilem penè reddunt opinionem istam, in re antiquaria decumani viri, Florianus de Ocampo, Stephanus Garabay, Ioannes Mariana, & alij, in Hispanicis Chronicis. Lucius Dexter in suis Annalibus, ann. Chris. 36. de Diuo Iacobo loquens, ait. *Multi ibidem Iudæi conuertuntur ex 12. Tribubus transmigrationis ex Babylone.* Rasis denique, natione sectaq; Maurus, in historia debellationis Hispaniç, scribit, Nabuchodonosorem Regem, Hierosolymam inuasisse, atq; euertisse, Tarquini Romanorum Regis, temporibus: venisseq; ipsi Nabucho suppetias, Combenem, potioris Hispanicę partis Regem, interfuisseq; ipsius almę ciuitatis excidio, & Salomonis mensam pretiosissimis lapidibus exornatam, secum in Hispaniam detulisse. Tunc igitur qui, captiuis ex ipsis Iudęis, à Nabuzardan seu Pyrro deuectis, multi Sardinię, Corsicę, quin etiam Balearibus insulis illati sũt. Elicitur verum isthoc Philonis è verbis, in legatione ad Caium. *Metropolim esse*, fantis, *Ierusalem non modò Iudęę, verùm & Prouinciarum exterarum quoq; propter colonias inde olim ad eam deductas.* Patet Rabinis è multis, qui super lib. 4 Regum. Annuit Benedictus Arias Mõtano super Abdiam Prophetam, aliiq; nuperrimi, Hispanię rerum vindices adstruũt: veterumq; Rabinorum authoritate freti, omnes Italiæ, Hispaniæq; prouincias, multis ante Christum sæculis, Hebręorum colonijs fuisse refertas, tradunt. Quod quidem penes vetustissima manuscripta, in Ecclesia Toletana asseruata, nimia claritate pellucet. Hinc tunc dierum, Optimi Maximi Dei cultus, in Sardinia viguit: eò quod fides quę Idolicę superstitionis efflante Zephyro, iam aruerat, Sanctę plebis inuectu, ad Expiationem vsq; reuiruit. Mediterraneum pelagus euertisse Nabuco, asserit Monarchia Ecclesiastica, Ioanne Pineda authore: vnde nonnihil innuitur eius in Sardiniã classis appulsus.

Iudęi in Sard.

Religio, cultusqi veri Dei i Sard.

An. M. 3416. *An. D. 1861.*

HOc anno, Phocenses Ionię populos, assiduis Persarum bellis exagitatos & ab Harpago obsessos, communi consensu patriam relinquentes, mare ingressos, ipsum obtinuisse, & in Emporia, Sardiniæ regione, imperasse, quòd propinquam Corsicæ insulam, Herodoto teste, occuparint Fara scribit. Nos verò, qui satis superq; nostratium rerum origines atq; primordia indagamus, Genebrardo, alijsque vetustatum excubijs adhęrentes, Phocęorum Sardiniam (nedum imperium) negamus accessum. *Cyrum Mazarem Medum, & Harpagum mittit, vt Ioniam, Cariam, Lyciam occupent. Harpagus Phocenses in Corsicam, Rhegium, Veliam, & agrum Massiliæ eijcit.* Genebrardus lib. 2. Antonomaticam insulam, si eam Phocæi aduenissent, non equidem reticeret: reticuit, reijcimus Phocęorum, non modò imperium, verum & aduentum quoque nullo fundamento eos admittendi fulti.

Phocęi in Sard. no venerũt

Pergens Fara, tempestatibus hisce Iones Græciæ populos, à Cyro in seruitutem redactos, Sardiniam, Biantis Prienæi hortatu, petijsse, ijs vtens verbis. *His temporibus Iones, Græciæ populi, fuerunt à Cyro in seruitutem redacti: quare Bias Prienæus, ex septem sapientibus vnus, illis suasit, vt communi classe soluentes Sardiniam peterent, ibidem vna quadam ciuitate omnium Ionum constructa, absq; seruitute liberi, feliciterq; viuerent: nimirum insulam, inter omnes maximam, recepturi, alijs imperarent. Quod saluberrimum cõsilium Iones spreuerunt, cui tamen si obtemperassent, licuisset, vt inquit Herodotus, Græcorum omnium felicissimos viuere.* Hactenus ille Consultum nobis, Herodotiq; fidem exploratam minimè diffitemur, huiuscemodi tamen de Sardinia rem nullatenus approbamus; quãdoquidem, Herodoto consulto, non de Sardinię, sed de Sardicæ populo sermo est. Ita ipse Author lib. 1. insinuat; vbi ad Sardos, Mitilenęus, aut Bias Prianęus contendisse: apud quos à Creso Rege quęsitus, rogatusq; narratur, decemque in prælium æquorum millia insulanos coemisse Bias describitur respondisse. Nullibi autem Rex Cresus Sardiniæ astuisse; nec Mitilenęusue, nostris auris fruitus legitur Satis explicitum hinc, de Ionijs Aeolijsque, vt inibi, insulanis Herodotum loqui. Ast eò nequaquã Faram penitus incusamus, cum typicum sępius offendiculum scriptoribus casum incutiat.

Iones i Sardin.

Carpitur Fara

An. M. 3419. *An. D. 1864.*

MArcomirus Scytharum Rex, qui anno 20. Regni sui cum Gallis cruentissima bella gessit, annoq; 24. occidentalẽ Galliam ingressus, cuncta ferro, & igne vastauit (vnde per annos ferme 900. Scytharum Reges, Romanos diutius Gallosque infestarunt, tandemq; totam propè, in suam potestatem armis, Europam coegere) Sardiniam quoq; insulam etsi minimè subiugarit, afflixit; vt ex Abbatis Tritemij Compen. lib. 1. elicitur.

Marcomyrus Rex Scytharũ i Sardin.

Heic illa Thespiensium nouem dormientium fabulatio, à retro actis nimirum æuis, excurrit. Dormire siquidem vulgus tot secula credidit; cum verum sit non dormientia quidem, sed vita potius iam perfuncta cadauera, dormientium speciem præseferebant. Sed enim quia integra, absq; vlla corruptionis læsione perstabant, somno diutino consopitos, eoq; perpetuò sic absortos fama vulgauit, vbiq; terrarum ac Gentium fabulatum. Vnde nil stupor, quòd talium tantorumque armitonantis inclyti Herculis filiorum, Thespiensium inquam Heroũ, corpora, membris integra, à gentibus vndique confluentibus colebantur. Auditote Faram de rebus Sardois. *Simplicius tamen, in Commentarijs, quos in octo Aristotelis, de Physica auditione, libros exquisitissimè conscripsit, refert nouem ex illis, qui Heroes Sardi dicebantur in Insula permansisse, & diem suum obijsse: quorum etiam corpora, omnibus integra membris, & illæsa, dormientium præseferentia speciem, vsque ad Aristotelis perdurasse tempora refert. Ad hos etiam responsorum prædictionumq; gratia, quæ per insomnia darentur, & Insulæ accolas, & multos etiam conuenas, & externos accedere solitos fuisse, auctor est Simplicius, & Leonicus refert.* En Aristotelem lib.4. Physicorum, cap.11. *Sicuti neq; ijs, qui in Sardo fabulosè dicuntur dormire apud Heroes, cum fuerint experrecti.* Simplicius autẽ in Cõmẽt. eisdẽ lib. & c. *Sed Aristoteles, inquit ex longissimo somno eorum, qui vt fabulæ narrant, in insula sardo apud Heroas dormierunt, fidem facit. Cum enim essent nouem filij Herculis quos Thestia Thespiensis filiabus habuit, corpora permanentia ne putredine, & integra habuerunt, quæ videbãtur dormire, vt fortè Aristot. & eius interpres Alex. dicunt: & ij filij Herculis erãt Heroes in Sardo, apud quos gratia dormiendi, vel alicuius vtilitatis erant. Equidem quosdam longissimos somnos dormisse, & symbolicum, scilicet quod aliud significat, ac proferturquidam profecti ad Sardum copulantes, nunc ipsius somni initium cum ipso fine, & vnum facientes. Veruntamen Eudemus, cum preterea fidem facere ex ijs, qui dormierunt in Sardo, fidem facit ex quodam casu, qui Atheniensibus acciderat.* Idipsum ferme Leonicus scribit. Notandum verò est, fabulosum id, Aristotelem eiusq; scholiasthen Simplicium non quò ad nullam cadauerũ corruptelam, membrorumq; integritatem, sed quò ad somnum, arbitratos esse. Fabulę siquidem vniuersum orbem, dormientia corpora blaterabant, cum verius ea imprimdem expertia motus, membris illęsa, tot secula superarent. Astum id Sathanæ iudicamus: naturali aliqua vi adhibita eadem corpora, ad gentilitatis perniciem conseruasse, somnique speciem apparentem pellectorũ oculis effinxisse, nihil ambigimus.

Quo sed loco? Insulam hisce pedibus semel atq; iterum peragrauimus, mireq; magnitudinis, ossa perspeximus: quorum inspectu Gigantium moles in ea extitisse, certiores facti, aliquando Sulcitana cadauerum receptacula, Heroum fuisse putauimus monumenta: non enim alibi, quàm Calari ipsa colebantur. Extat hactenus ibi, nequicquam despicabilis, famæ locus, spelunca videlicet, vulgò *sa Rutta dess Reis*, appellitata; vetustissimis circumcirca, Græcis nimirum, inscriptionibus consignata; ita vt cunctis æternum rei monimentum, posteritatibus protendatur.

An. M. 3430. *An. D.* 1875.

CArthaginenses, asperrimis belli studijs, opibus, viribusque pręcipui, cum inter cętera mala, peste etiam laborarent, cruenta sacrorum religione, & scelere pro remedio vsi sunt. Quippe homines, vt victimas, immolabant, & impuberes (quæ ætas etiam hostium misericordiam prouocat) aris admouebant, pacem Deorum, sanguine eorũ exposcentes, pro quorum vita Dij rogari maximè solent. Hinc primam rerum Causam irritantes suę omnipotentis dexterę flagra perpessi, tot scelerum pęnas diuersis exoluere iacturis. Exprimunt Pompeius Trogus, & Iustinus lib.18. & Paulus Orosius lib.4.cap.6. *Cum inter cætera mala,* ait Orosius, *etia pestilentia laborarent, homicidijs pro remedijs vsi sunt. Quippe homines, vt victimas immolabant, ætatemq; impuberem, quæ & hostium misericordiam prouocaret, aris admouebant. De quo sacrorum, imò sacrilegiorum genere, quid potissimum disentiendum sit, non inuenio. Si enim huiusmodi ritus aliqui Dæmones præcipere ausi sunt, vt mortibus hominum, occisione hominum, satisfieret; intelligendum fuit se operarios, atque adiutores pestilentiæ conduci, vt ipsi, quos illa non corripuisset, occiderẽt. Itaque Carthaginenses aduersis Dijs, propter istius modi sacra, præter præsumptionẽ, impietatẽq; ipsorũ, irato Deo, cũ in Sicilia, diu infeliciter dimicassẽt trãslato in Sardiniã bello, iterũ infelicius victi sunt. Propter quod ducem suum Mezeũ, & paucos qui superfuerant, milites exulare iusserunt. Exules venia per legatos petentes, repulsi, patriam bello, & obsidione cinxerunt. Ibi tunc Mezeus Dux exulum, Carthalonem filium suum, Sacerdotem Herculis, quod sibi velut insultans purpuratus occurreret, in crucem sub oculis patriæ, vt erat dignus, cum purpuris, infulisq, suspendit. Post paucos autem dies vrbem ipsam cepit; qui cum interfectis plurimis Senatorum cruente dominaretur, occisus est. Hac temporibus*

poribus Cyri, Persarum Regis. Iustinus loco citato rem, tametsi obiter, exprimit, subactosque à Sardis enarrat. *Itaque aduersis tanto scelere Numinibus, cum in Sicilia diu feliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, amissa maiore exercitus parte graui prælio victi sunt. Propter quod Ducem suum Maleum* (Fara Macheum nuncupat) *cuius auspicijs, & Siciliæ partem domuerant, & aduersus Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, quæ superfuerat exulare iusserunt.* Potiebatur Sardinia multis retroactis sæculis libertate: nil mirum, vt genuinæ strenuitatis acritudine vteretur in hostem. Bellatum bis validè, totiesq; Sardinia triumphatrix. Videas amabò lector, quonam casu, plebeculis illis aduenis Sardinia cederet, quę Carthaginensium viribus inuictam, inexpugnabilemq; se reddidit? Cyri temporibus, ait Orosius, Carthaginensium furias ingruisse: Cyrus autem anno 3410. Persarũ habenas arripuit, regnauitq; annos 30. annoq; 3439. diem obijt suum.

Imperiti reuera, nedum ignaui à multis habiti Carthaginenses, cùm vitijs, atq; sceleribus polo soloq; exosi, Siciliæ, Sardiniæq; vires experti, fractiq; cladibusq; exinaniti eas tandem amiserint. *Oriundus itaq; Annibal.* (ait Aphtonius in Progymnam.) *ex horrido, & tam infausto loco patriam fortitus est Carthaginem: cuius ciues odijs semper, atq; vitijs propè maioribus, certarunt, quàm viribus, ac virtutibus. Vnde per ignauiam, & rerum omnium imperitiam, amiserunt Siciliam atq; Sardiniam, prouincias omnium florentissimas.* Ignaui næ, ac imperiti, bello tamen fulgurei: neque ab re Maroni alijsq; asperrimi belli studijs decantati.

An. M. 3440. *An. D. 1885.*

HOc anno colligimus è Iustino lib. 19. Carthaginenses Hasdrubale, & Hamilcare Magonis filijs, Ducibus Sardiniæ furialibus copijs ingruisse: quo bello Hasdrubal lethaliter fauciatus, occubuit, fugatisque Carthaginensibus, victores euasere nostrates. *His Ducibus*, inquit Iustinus, *Sardiniæ bellum illatum* subditq; ibidem: *in Sardinia quoque Hasdrubal grauiter vulneratus, imperio, Hamilcari fratri, tradito interiit. Cuius mortem cùm luctus ciuitatis, tum & Dictatura vndecim, & triumphi quatuor insignem fecere. Hostibus quoque (Sardis videlicet) creuere animi, veluti cum Duce, vires Pœnorum cecidissent. Dum hæc aguntur, legati à Dario Persarum Rege Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, & canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius, quàm terra obruere, à Rege iubebantur: petentes simul auxilium aduersus Græciam, cui illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginenses auxilia negant, propter assidua finitimorum bella, &c.* Quę quidem annum hunc circiter euenisse, Hieronymus Bardi Monachus Camaldulensis (quem ob eius auctoritatem, & fidem libentissime sequimur) innuit, dum in Græciam nouam classem gentemq; anno 3477. Darium Regem molitũ fuisse describit. Haud mirificum, tot annos bello interstites effluxisse, cum finitimi populi, quin & Siculi, eos totos armis imbiberent. Præliatos quidem alias cum Sardinia annorum hoc interstitio, Carthaginenses minime dubitandum; sed vti minus præcipua scriptores bella isthæc silentio præteriere.

An. M. 3449. *An. D. 1894.*

CArthaginenses, tot cruenta post bella Sardiniam obtinent, & in suam redigũt ditionem. Quam furialiter quamque lymphaticè: pro Sardinia, Carthago certauit! *Nam*, inquit Diodorus lib. 4. *vbertate frugum vsque adeo celebris euasit, vt Carthaginenses opibus postmodùm aucti, multa potiunda eius desiderio certamina susceperint.* Miramur Apianum Alexandrinum, qui in libro Libyco ita fatur. *Postea in breui tempore, condita Carthagine, occuparunt Siciliam, & Sardiniam, & alias aliquas insulas maris, mittentes colonias vsque ad Iberiam.* Et quidem anno 2918. iuxta veriuscomputamen (vt pretermittamus iam varias de vrbis huiusce ędificatione sententias) constructa est, vt optimè tradit Camaldulensis, in sua Chronologia: non igitur breue tempus interstitit. Verum verò est, Sardiniam, vti finitimam, quàm alias ocyùs insulas Carthaginensibus debellatam. Recessimus vltro ab eis, qui anno 4128. quiq; anno 441. ædificationem Carthaginis statuere.

Iolenses Montani, Ilienses, & Corsi Carthaginensibus adeò restitere, vt nulla penitus vis, & solertia frugi fuerit. Mirum nihil: eum enim iugorum inaccessibiles vertices rupiumq; fessuras, hiatusq; sibi ascirent, inexpugnabiles perstitere. armentorum lacte & carnibus victitantes. Semper ij populi strenuitate præsignes extitere. Importat namq; ipsis, longè plus vtilitatis, quàm incommodi loci asperitas, quin & immitis aeris tempestuositas rigentissima. Sic enim ad quascunque truculentioris fortunæ impressiones assuefiunt: sic ad euincendos morbos (nunquam enim apud eos medicina nec medicus: illinc extorris Galenus, exul Hipocrates) sic deniq; ad durissimos perferendos labores, exercentur, ac edurantur corpora. Darius maior, populum suum, regionis asperitatem atq; scabritiem, campestri

ac

ac molliore tractu, commutare cupientem, nunquam permisit: hominum habitus, vt plantas & semina, ad regionis naturam immutari, affirmans: sentiensq; se malle duros homines, & laboribus accommodos, quàm molles, quàm ignauos, effeminatosq; quales regio mollis gignere solet.

Rem Diodorus excurrens, lib. 5. ait. *Carthaginenses, quamuis in summo potentiæ suę vigore, insulam hanc cepissent, pristinos tamen eius possessores ad seruitutem redigere nequibant. Nam Iolaei ad montana confugerunt: & habitaculis sub terra structis, multos pecorum greges aluere. Hinc larga victus copia, lactis, caseiq; & carnium esu contentis, suppetebat. Itaq; dum e campestribus excessere, simul agriculturæ etiam molestias declinarunt; vitamq; in montibus extra laborum ærumnas, tenui (quem diximus) ciborum apparatu tolerare pergunt. Ac tametsi Carthaginenses magnis sæpe copijs in eos mouerint: locorum tamen difficultas, & inexplicabiles specuum subterraneorum meatus à seruitute tutos hosce præstitere.* Audiamus nunc Pausaniam lib. 10. *Multis post annis Libyes maiore classe in Sardiniam appulsi, Græcosq; bello adorti, omnes ad internicionem exciderunt. Vel certè quàm paucissimos reliquos fecere. Nam Troiani cum in montanam insulę regionem confugissent, ibique se rupium confractibus, & vallo iacto munitionibus, tutati essent, Iliensium nomen adhuc retinent: facie illi quidem, armatura, atque ipsa victus ratione, Afris persimiles.* En interstitia præliorum quę, dum Libyes, nimirum Carthaginenses, Siciliam infestarent, Sardiniam alternatim affligebant. Ast, illud, *omnes ad internicionem exciderunt*, non vtaliqui intelligimus, sed aduersò, *exciderunt*, siquidem Actiuo potius quā Neutro vti velimus, & meritò. Omnes propè Libyes excidio satis inglorio, cum Sardis prælium absoluerunt: conciderunt, imò & exciderunt omnes Libyes, vsque ad halitum. Hæc est illa, quam supra tetigimus, cum Sardis victoribus, Carthaginensium pugna. Deliquium autem passus est calami Pausanias, dum Afris persimiles Troianos abuarrat, fugamq; cępisse, procul à verò memoret. Non enim hoc Troes montana conscenderunt, tergiuersarunt minus. Nonne iampridem Montani erant Ilienses? Re satis vera semper Ilienses montani. Ecquid ergo in montanam regionem confugium? Amplexus est tramitem, submittendo. *Carthaginenses cum essent maritimis rebus præpollentes, omnes è Sardinia, præter Ilienses, & Corsos eiecerunt. Nam illos, quominus potuerint in potestatem redigere, prærupti, & ardui montes obstiterunt.* Sed neque hic veridicus Pausanias: nunquam enim ciuitates Sardinię deflorata, exutę orbatæq; affatim ciuibus. Si omnes eiecti sūt, præter Ilienses, & Corsos, tota remansit insula derelicta, montana dumtaxat acquisita? Quid de vrbibus? Amè satis pergit. Qui si omnes è Sardinia eiecti sunt incolę; quò agedum effugerunt? neque de Carthaginensibus dictum, inficiandum est: Libyes enim, nonnisi cum Hercule, Sardo, & Carthaginensibus Sardiniā penetrarunt: Troes autem post Herculem, eiusq; filium, Sardū Regem. Carthaginenses igitur Libyes sūt? Marius Niger, in Commen. 8. *Habitant*, inquit, *insulam varij populi, quorum Iolenses supra omnes antiquissimos, ac celeberrimos fuere. Namque memoriæ proditum est, Iolaum, plerosq; adducentem Herculis filios, huc appulisse, & cum insulæ incolis barbaris cohabitasse; cuius campestria cultiora, vberioraq; fructiferis arboribus effecisse. Incolæ hoc modo diuites facti; mouit fama Carthaginenses: quare magnis copijs insulam inuadunt, qua potita veteres colonos, exceptis Iolensibus, partim trucidant, partim eijciunt*, Ferit Marius Pausaniam, ly *veteres colonos*, nō inquiens omnes. Pomponium Mela, dum ait, *Iolenses supra omnes antiquissimos*. Mela siquidem, cunctis alijs Ilienses antiquitate pręhabet, dicēs, *in ea antiquissimi populorum sunt Ilienses*. Contra quod omnis propè Scriptorum chorus, antiquiores proclamat Etruscos.

An. M. 3450. *An. D. 1895.*

HOc anno, Carthaginenses cum Romanis, Sardiniam obtentam singularem in modum inuidentibus, primo percusso fędere, de Sardiniæ rebus in conditiones adductis, pacta sanxere.

Scribit etiam Alexander ab Alexandro dierum Genialium lib. 2. refert Fara de rebus Sardois Carthaginenses partæ Sardiniæ adeò fuisse Zelotypos, vt exteros insectarentur, & quotquot in eam adnauigarent mari demergendos curarent.

Eodem anno, Iberos, Carthaginensium ad Sardiniam debellandam auxiliares, parta victoria, rebusq; in tuto Regni Sardinię cōstitutis in Pęnos constrepuisse, victorięque gloriam & lętitiam, tumultuoso turbine conuoluisse, luctus atque męstitię nubibus obtexisse, legimus. Hos enim manubiorum distributionis iniquitas in dissidia, prædalis lucri direptio, traxit in iurgia: ita vt correptis in Pęnos armis, à pristinis fędere, menteque abducti, ab eis deferent, & ad montiū iuga secedunt, ibiq; considunt. Vnde Balares, hoc est transfugę, dicti sunt. *Orta autem de præda controuersia, Libyes & Hispani ira accensi, cum à Pœnis defecissent, & ipsi montium iugis occupatis seorsum consederunt. Eos patria lingua sua Balaros Corsi appellarunt, quòd eodem nomine exules vocant. Atque hæ quidem gentes, & in eas quas*

divisi

diuisi vrbes Sardiniam incolunt. Pausanias hęc lib. 10. eademq; Polybius, Diodorus recentioresque alij. Fara idipsum adstruit; verùm non à Corsis, vt Pausan. sed à Cyrenensibus Balares appellatos fuisse Iberos tradit, & meliùs. His temporibus in Sardinia multę nouitates fuerunt, eiectis enim immodicisque trucidatis incolis, sedes eorum Pęni, Balares, alięq; nationes Carthaginensibus pugnaces admixtæ, occuparunt, varijsq; nominibus oppida, fontes, montesq; nuncuparunt. Balares, vti montium sibi tutas latebras elegere, ita formidine posita, oppida inuadentes, ea sibi cum prædijs asciuere. Tunc, volunt nonnulli, Ballao oppidum Gerreheuse, nomen à Balaris accepisse: loca siquidem illa, pulsis indigenis belli tempore, post defectionem sibi, vti iugosa, habitacula rapuere. Quorum opinionem libēter amplectimur: regionem quippe Iolensium, & Iliensium declinantes, Gerreyos interioresque Insulæ tractus occuparunt. Hispaniam, loca, vrbes, & oppida, quæ oppidorum Sardinię nominibus alludunt, quondam habuisse, apud Hortelium inuenimus: ea sunt. *Barbarium* promontorium: nomen assimile Barbargię. *Turulis* fluuius: àpud Sarabos, Turus oppidum, atq; fluuius. *Bidunesij* populi; Bidunij Sardin. *Lungoni* populi: Lugudones Sard. *Cerretani* populi; Serrenti, Serrela, Serra oppida, genusque Sardin. *Seria* vrbs, Serri oppidum Sardin. *Oleastrum* vrbs, ollastra Sard. *Vrbono* vrbs; Ilbono opp. Sard. *Arsa* vrbs: Arsana opp. Sard. *Asila* vrbs; Guasila opp. Sard. *Suel* vrbs; Suelli opp. Sard. *Turres* vrbs, Turres, in Sardin. *Aritium* vrbs; Aritzu in Sardin. *Selyum* vrbs; Silius opp. in Sardin. *Norba* vrbs; Bonorba opp. Sardin. *Gerea* vrbs: Gerrei, regio & oppidum, in Sardin. *Olina* vrbs Tarraconensis; Oliena opp in Sardin. *Libunca* vrbs; Libysonis, in Sardin. *Calaguris* vrbs; Calagonis opp. Sardin. *Celsa* vrbs; Setzu opp. in Sardin. *Bigerri* vrbs; Chigerri opp. Sardin. *Bedunia*; vrbs; Biduni opp. Sard. *Isoinum* vrbs; Vspini opp. Sard. *Valeria* vrbs; Valeria, opp. siue vrbs, in Sardin.

Haud quidem aliter Sardinia retinet nomina; quę à diuersis varijsq; nationibus, quę ad eam inermiter occupandam seu bellaciter expugnandam, confluxerunt, vero simillimum est accepisse: cuiusmodi sunt, quæ subdimus. Symbrici populi antiqui in Corsica; in Sardin. *Symbrici* locus, olim portus, & oppidum. *Leoneni* populi Corsic. Leoneli opp. Sardin. Mora vrbs Cors. Moras opp. Sard Hyerus fluuius Cors. Hyerzu, opp. Herus fluu. Sardin. *Cuqueni* populi Galliæ; Cucu, genus in Sardin. *Segosinum*, & *Segosiani*, populi, & vrbs Gallię: Segosini opp. Sardin. *Berbi*, vrbs Pannoniæ inferioris; Berbi opp. Sardin. *Salis* vrbs Pannon. Salis genus in Sardin *Siculotę* populi Illyrici, Sigola, genus in Sardin. *Boij* Italiæ populi; Boi genus in Sardin. *Loddi* Italię opp. & genus: Loddi genus in Sardin. *Abella* vrbs Ital. Abella genus in Sardin. *Salapię* in Appul. vrbs: Saralapis vrbs Sard. *Pinna* opp. & genus in Appul. Pinna oppidum, & genus in Sardin. *Turni* vrbs Calabrię; Turnus opp & promon. in Sardin. apud Sarabos, *Monte Turnu*: *Frateria* vrbs Dacię: Fraterias opp. & regio in Sardin. *Cinciij* populi Dacię; Cincia oppid & portus in Sardin. *Lianum* vrbs Sarmatię; Liana in Sardin. *pedraliana*. *Acra* vrbs Sarmatiæ; Acra opp. Sardin. apud Annales Pisanos, *Acra*, nunc Busachi. *Osili*, Sarmatię populi, & vrbs; Osilu oppid. Sardin *Lulis*, seu, *Ololis*, vrbs Pelopones: Lula, & Ololai, opp Sardin. Ololaij autem potuirè Iolaij, & olulis vnum sibi conflare nominibus *Tonara* vrbs, & *Nymphaum* promon. Macedoniæ; Tonara opp. Nymphæa insula, & Nymphęum promon. Sardin. *Chersonesus* vrbs Cretæ: Chersonesus vrbs Sardin. *Hermaum* Cretense promontorium: Hermęa insula, Hermęū promon. Sardin *Hiera* vrbs. Cretæ; Hieracon insula, Hiera opp. Sard. Hierermea, vulgò Cheremeas. *Oleastrum Septemfratres*, mons: *Pyrrus* populus; *Zelia* vrbs; *Gontiana* vrbs; *Hermaa* promon. *Trierum* promon. *Machini* populi; *Vzara* populi; *Syur* portus: *Vsilla* vrbs; *Barathia* vrbs; *Putea* vrbs; *Murus* vrbs; *Buta* vrbs, *Durga* vrbs: hęc omnia, in Mauritania Tingitana, & Cęsariensi; eaq; ipsa in Sardinia reperiuntur: oleastrum alia ab illa, quam diximus regio. Septemfratres mons Calaritanus. Pyrrus oppidum. Zię oppida; Gotianū regio. Hermea insula, Hermęum promon. Trierum oppid. Machini seu Mancini, genus. Vssara opp. Syurgus opp. Vsellus, & Vssella; Baratzi: Putzo: Nurui: Vta: Durgali, oppida. *Samassi Calitæ*; *Arroca*, Dardani populi Libyæ inferioris; Calitæ, Corroij, Samassi, & Dardani, oppida Sardinię. Silica vrbs Libyę, Silicua Sardin. *Syene* vrbs Ægypti; Sienni apud Calarim, oppidum. *Axilis* vrbs Libyę Marmaricę; *Ardari* promon. *Azar* mōs apud Marmaricam. *Angilis*, locus prope Maram Calagonensem, Ardara, Azara, opp. Sardin. *Nurum* vrbs, *Sassura* vrbs, in Numidia *Bunobora* in Maurit. Cęsar. Sassaris vrbs, Nurum opp. Bonorba opp. in Sardin. Habes alia, quam plurima apud Hortelium, Sardinię pluribus nomina consona: quę quidem nos haud quo illæ in Sardiniam gentes venere, tempore cuncta firmamus imposita; cum ad placitum fuerint, (casualiter aliqua consultò plurima) locis indita: sed germa-

nitatem, eorumq; similitudinem assignamus.

An. M. 3451. An. D. 1896.

CArthaginenses igitur, Sardinię Domini, partim quidem auxere constructu; partim verò diminuere destructu, suaque pulchredine, qua ipsam Aristęus, Iolausque ornauerant, exuere. Scribunt enim Aristoteles, Raphael Volaterianus lib. 6. Geograph. Marius Niger pluresq; alij Viri celebres solemni edicto indictam ceruicis pœnam, qui arborem implantaret; iussumq; Sardis omnes arbores extirpari, nec amplius vllā seri, vel inseri. *Nunc vero haud quaquam huiusmodi vigere rerum copia, & fertilitate: postquam à Carthaginensibus fuerit occupata; cum ipsi veteres illos omnes colonos partim eiecerint, partim trucidarint; pænamq; deinceps mortis addiderint, quicunq; implantarit quidpiam quale antea; præter quàm quod ipsa tellus sponte produxerit.* Hęc Arist. lib. de Admiran. in natura, quibus illud *omnes*, abnuimus. Idq; ipsum Niger in Geogra. *Pœnam deinceps*, inquit, *mortis statuunt, ne quis implantet quippiam, quale antea, præter quàm quod ipsa tellus sponte produxerit; ex quo postea squalida ac deserta multis in locis insula effecta est.* Volterranus autem *nunc autem: nihil tale fit, quòd in manus Carthag. venerit, qui indigenas quicquam agriculturę attingere prohibuerunt, ipsi sedulò ei rei studentes.* Fara pomiferas, esuiq; natas duntaxat arbores, vetitas esse Aristotelem perhibere refert; *tradit etiam* inquit, *Aristoteles, eo tempore Carthaginenses in Sardinia iussisse omnes arbores cibo idoneos, ex insula extirpari, nullamque in ea amplius plantari, pœna capitali trucidanda eos, qui secus faciebant.* Nos verò, qui Aristotelem consulentes, huiusmodi arborum discrimen minimè reperimus, omnigenas arbores, proceras comantesq; præsertim, hostilis gratia suspicionis, & belli, verius adstipulamur, & equiùs.

En quàm verum; non omnes, videlicet Iolensibus, Iliensibus Corsisq; seclusis, iuxta Pausaniam: minusq; veteres, iuxta Principem Stagyritam Sardinię colonos eiectos. Quod si verum, quibus agedùm arbores amplius non plantandi, pęna capitalis indicta? Iolenses, vt vidimus, Ilienśesq; inaccessa montium iuga tenuere, (quos neque Carthaginenses, neq; Romani contundere, in potestatemq; suam redigere potuerunt) arbores igitur nunquam seri, non Iolensibus neque Iliensibus, iussum est: si ergo nō hisce, quibus? Alij, iuxta Pausaniam, & Arist. eiecti, trucidatiq; sunt. Verum igitur, non omnes Sardiniæ pulsos incolas, non peremptos: multos concedimus, inficiamur cunctos.

Sed & Calaritanam vrbem, Carthaginensium opus esse reijcimus; refert quippe Fara, *His temporibus, vt refert Pausanias, Carthaginenses condiderunt in Sardinia Syllos vrbem, Vicecomitatus Sylluren sis caput, & etiam vrbem Calaris vnde Claudianus. Vrbs Libyam contra Tyro fundata potenti tenditur in longum Calaris.* Iuuasset parum tot antici nationum appulsus ad Calaritanam oram, vt retrogradus tradit codex, ni tutam illac sibi muniuissent sedem. Improbabile prorsus est, Calarim ab ipsis Carthaginensibus conditam: redarguit se Fara, dum ait. *Alij tamen grauissimi Auctores longè ante ab Aristæo fuisse conditam scripserunt.* Hoc, non illud verum est: longè ante ab Aristæo conditam esse Calarim. Vbi notandum, Faram hic non fari, quod Aristæus eā cōdiderit, sed lōgè ante; Aristęū: hicce hic est Farę verborū sensus. Nec probationē efficit Claudiani carmen, *Tyro fundata potenti.* Tyrij enim quoque ex illis fuere multi, qui Sardiniam, ante Iolaos, & Aristęum, accolę tenuerunt. Tyrus enim Syrię Pheniciæque princeps, anno 3. Gedeonis iudicis, auctore Eusebio Cæsariense, condita est, ante Salomonis templum 240 annis; Sara prius dicta bello opibusq; præcipua, multis Europę, Asię, Africęq; prouincijs gentem peperit accultricem. Nonne etiam Cadmus, & Phęnix, Agenoris filij, Tyrij Reges? Consule Bergomensem, aliosq; tum veteres, tum modernos. Nonne Phænices, antiquissimi Syriæ populi, nauali & bellica arte pręstantes, Plinio teste, mare sunt nacti annis 41? Nonne ipsi colonias, vt refert Diodorus, anteq; Carthaginenses Fara teste in Sardiniam destinarunt? Igitur, Tyrus potens, Carthaginensis non erit: Claudianus autem vti poeta, Musarum choreas ducens, à Terpsicore supplantatus, in cena mendorum corruit. Concludimus fabulosum carmen: eiq; talē fidem accōmodandam, qualē Virgilio de Didone, & Ænea; alijsq; figmentis. Nunquam Tyrius Calarim struxit, nisi dicere velit Claudianus, in honorem Herculis Libyci fuisse constructam; siue ab ipso Hercule, quem Tyrij præcipuis aris templisque colebant, dicente Theodor. Cyren. *Multa Tyrij ingentia templa Herculi excitarunt; neque ei solum festiuitates annuas celebrabant: sed quarto quoque anno ludos eidem ac certamina dedicabant; etsi mortalem hominem fuisse scirent, nec temperatum, nec sapientia amatorem; sed qui vitam in licentia, & libidine transegisset. Vt enim cętera eius flagitia taceantur, hoc narrare satis est, quòd vna nocte quinquaginta virginibus stuprum intulisse dicatur.*

tur. Tyro potenti, idest Herculi, ratione cultus, potenti in vrbe Tyro, fundatam Claudianus Calarim suspicatus, non Tyrio sed Tyro potenti cecinit: quandoquidem latinitati non congruit, nisi dicatur, quòd in honorem ciuitatis Tyri fundata fuerit: clau dicaret aliter Claudianus, dum substantiuũ pro affixo nomine sumpserit, Tyri potens Hercules, eiq; Tyro (more poetico, pro in Tyro) potenti fundata est Calaris, ad Claudiani mentem. Pausanias vrbes duas scribit ædificasse Carthaginenses. *Muniuerunt in ea Insula Pani vrbes duas, Carnalim, & Syllos*. Carnalin (sic enim habet editio Lugdunensis, an. Dom. 1558.) non Calaris, sed alia procul dubio est: Syllos autem, non Sylluris quidẽ, sed alia proculdubio est. Syllos autem, non Sylluris quidem, sed alia, & forsan Syllanas, ad Calaritonem. Quę si ea Sylluris, aucta quidem non extructa fuisse putetur. Iam enim antè, vt diximus, constructa erat.

Porrò si, Carnalin, Calarim intelligamus, nil inde vt Calaris ciuitas sit, interri potest; legimus enim apud Antonium Nebrissensem (ibi de proprijs nominibus) Calarim vrbem, & oppidum. Vrbs nota est: oppidum autem 10. mil. distabat ab Vrbe: idq; Calariõ seu Calarõ nuncupatum; quod postea Calagonis nomen asciuit. Hinc aliquoties æquiuocatio Scriptorum obrepsit; ac de B. Hilario Papa; quem Calaritanum Auctores inscribentes, vrbis, non oppidi, censuere natiuum: ita habuimus ex antiquissimo codice, seu Cathalogo, MS. apud Michaelem Comprat, ciuitatis Calaris Optimatem, seruato: in quo expresè hoc: *B. Hilaris Papa sardus ex oppido Calarione, seu Calagone, iuxta Calarim vrbẽ sito*. Huiusce rei monumentum, (Sacerdotis iusiurando testamur) nobis exhibitum à Senioribus Marę nostrę, quos sæpe sæpius, quin & sępissimè de antiquitatibus consulere solebamus. Contulit etiam valde nobis vetustissimarum peragratio scripturarũ, quas Matrona illustris Marianna Garzia, de rebus antiquis Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Ioannis Sanna Archiepiscopi Turritani, Episcopi Alensis, & Inquisitoris Generalis Sardiniæ, nobis exhibuit lęctitandas: quin etiam Archiuium Ecclesiæ Parochialis Marę Calagonensis: (neq; enim omnes eiusce scripturæ incendio periere, quin plurimę apud Operarios conseruatę, ad nostras tandem peruenerint manus) de multis ignotis lumen adauxit.

Darius Hydaspes Monarcha Persarum II. subactis Lydis, Sardicę vrbis in speculo Sardinię pulchritudinem, & excellentiam contemplatus, tributariam sibi reddere anhelabat, tanteq; sub pectore pressę rei flammam semel iterumq; vaporans, ab Histheo, Tyranno Milesio, huiusmodi desiderij impetu, fallaci nimirum pollicitatione, cohibitus est. *Per Deos Regales tibi iuro*, ait Histheus Dario Regi, vt Herodotus lib. 5. cap. 8. scribit, *quòd hac me veste prius non exuam, quàm tibi Sardiniam, Magnam diuitemq; insulam, tributariam reddam*. Animo sic fatus infenso, Ioniã protinus ablegatus est, vt rem promissam exequeretur, quam nedum exorsus est.

Hinc ad aliquot res Darij fortiùs gestas, Aristagoras Milesii quoq; tyrannus, suorũ habitis comitijs optimatum, efficaciter suasit; vt relicta Mileto in Sardiniam profugi se conferrent, vt sic Darij potentiam declinarent, suamq; illuc transferrent coloniam. Abnuit: Hechatęus verò, Hegesandri filius, cuius ore in illis Reipublicę salus comitijs dependebat: in Lerum potius, quàm in Sardiniam, abeundum fore suadens, Aristagorę consilio, atque sententię aduersatus est. Auctor est Herodotus, lib. 5. cap. 9.

Persas, Africam, Siciliam atq; Sardiniam in suam potestatem atq; imperium redegisse: perhibent nonnulli, quod quidem de Sardinia apud Historicos verum minimè reperimus. Interfuit autem ipse Polybius, vt ex lib. 3. patet, Persicis bellis multis; oculatusque vti testis scriptis omnia consignauit.

An. M. 3489. *An. D. 1934.*

XErxes Persarum Rex V. quicquid Græcorum esset, internectione delere constituens, vt Diodorus lib. 11. refert, ad Carthaginenses de re communi gerenda, legatos misit, atq; ita cum illis conuenit, vt ipse Gręcię incolas inuaderet. Carthaginensesq; magnis contractis copijs, Græcos, qui Siciliam, & Italiam tenebant, opprimerent. Hi ergo, prout conuenerant, magna pecuniarum vi collecta, stipendiarios vndiq; presertim ex Iberia, Liguria Sardinia, & Corsica, conducunt; trienniumq; in apparatu occupati, exercitum coegere ad 300. hominum millia, & ad naues 200.

An. M. 3491. *An. D. 1936.*

CArthaginenses, rebus probè paratis, Amilcarem, Annonis Carthaginensis Ducis, filium, belli ducem eligunt, qui copijs, quæ & terra mariq; rem gererent, quin & potioribus belli commeatibus è Sardinia sumptis, Carthagine soluit. Habes, o lector, apud Herodotum lib. 7. cap. 13. Sardos huic

bello

bello ascitos. Habes apud Polybium lib. 1. Carthaginenses è Sardinia subsidij plurimû suis assumere bellis assuetos.

Amilcar Carthaginensis exercitus Imperator, dum Libycum traijcit pelagus, tempestate coorta, nauigia quibus equi, & currus transuehebantur, amisit, & Panormum, Siciliæ portum inuectus, bellum se confecisse ait. Ibi per triduum exercitu recreato, resartisq; naufragij damnis, aduersùs Himeram duxit: vbi ad vrbem peruentum, bina ponit castra, hęc terrestribus, illa nauticis copijs destinata. Diodorus lib. 11. num. 20. exactè rem hanc enarrans, ait: *Cumq totam ab occasu partem ita circumuallasset, commeatu naues onerarias euacuat; & quicquid harum est reliquũ ad annonam, cæterasq; venales, ex Africa & Sardinia conuehendum emittit.* Obsessa Himera, terrorem ingentem incutit Amilcar: strenuè se gerunt Sardi. Theron Agrigentorum Princeps, magno; satis præsidio Himeram tutandam accesserat, ad Gelonemq; Syracusas opem rogitans sibi ferri, miserat.

An. M. 3492. *An. D.* 1937.

HOc anno habemus apud Authorem Diodori Chronologię, Carthaginenses à Gelone sub Himera cęsos. Habemus itidẽ apud Herodotum Amilcaris occubitum, apud Diodorum autem aliàs inuenimus eodem lib. 11. num. 25. in patriam, qui armis lethoq; euasere, reuertentibus Pœnis, aduersis procellis vexati, omnes naufragio absumpti sunt, vix pauci exigua erepti scapha Carthaginem redeire, strictoq; ciuibus affatu nunclarunt, omnes in Siciliam transmissos internecione perijsse. Carthaginenses tanta præter spem clades perculit, adeò vt pro custodia vrbis excubando, noctes vniuersi insomnes exigerent, non aliter quàm si Gelo cum omnibus copijs Carthaginem iam iam inuasurus esset. Id planè ipsum in Sardinia lugubre ostentum; cæsorum ob numerum tellus immugijt, omnisq; in publicum luctum effusa est. Nonnullos Scriptores hanc pugnam à Græcis ad Platæas cõmissam non imparem, existimare citato loco Diodorus refert.

An. M. 3495. *An. D.* 1940.

HEpisaspes, Theaspij filius, clarissimum Achemenidum genus, Xerxis ex Ducibus vnus, qui, vt Herodotus lib. 4. scribit, Libycum emensus gurgitem, Herculis columnas, totam circuiturus Africam, transgressus est: omneisq; Libyci maris intersitas, e Xerxis ipsius imperio, explorauit, Sardiniam, maris Libyci facilè principem Insulam, quin iuxta Regium institutum, velut & reliquas Sardoicas hasce oras, attingeret prętergredi nequaquam potuit.

An. M. 3497. *An. D.* 1942.

XErxes idem, qui 1200. nauium classe totum ferme nostri interstitium longè lateq; maris euerrit, & vt fides est apud multos, vsque ad Herculis, zelo videndi, columnas peruenit, Australes, Afrasq; Sardinię oras elambit. De huiusmodi classe Diodorus lib. 11. ita scribit. *Quare minimè vtique miranda sunt ea, quæ de multitudine hominum, à Xerxe coactorum memorantur, fluuios enim perennes assiduo multitudinis exhaustu desiccatos, & maria velorum obtentu contecta fuisse perhibent.* Si maria obtecta velis, eaq. mediterranea sunt, profecto mare Sardoum quoque velis obtectum.

An. M. 3519. *An. D.* 1964.

TYrrheni latrocinijs ęquor infestant, grassantesq; Sardinię Cyrniq; oras euastant. Syracusani ad ipsorum insolentiam confouendam, classis Prętorem Phaylum quendam eligunt, eumq; in Tyrrhenos trãsire præcipiunt. Isthic instructu cum classe profectus, primo incursu Æthaliam populatur. Clanculum autem ab Etruscis accepta pecunia, in Siciliam nihil memorabilis gesto, recedit. Quem Syracusani proditione damnatum exilio mulctant; aliumq; Apellem nomine, Classi præfectum cum lx triremibus contra Tyrrhenos emittunt. Hic Tyrrhenię maritima populatus, in Corsicã, tempestate hac Etruscis parentem (vbi grassantia piratarum nauigia, vt plurimum residebant) transmittit, & plerisq; Insulæ perua statis direptisq; locis, Æthalia etiam in potestatem redacta, Syracussas ingenti cum numero captiuorum, opulentus reuertitur, & honustus. Huiuscemodi rei medullam Diodorus lib. 11. & in Chronologia quoque porrigit exsugendam.

An. M. 3530. *An. D.* 1975.

CArthaginenses cum Romanis iteratò fędus ineunt, cuius hęc summa est. *Amicitia isto populo Romano, socijsq; & Carthaginensibus, Tyrijs. atq; Vticensibus, eorumq; socijs. Romani, socijue Romanorum vltra promontorium Pulchri, nec præda, nec mercatura gratia nauiganto. Si quod oppidum in Latio Carthaginenses ceperint, quod populo Romano non sit subiectum, prædam omnem ipsi habento, oppidum Romanis reddunto. Si qui*

qui captiui abducti fuerint ex libero populo: qui cum fœdus populo Romano sit, in portum populi Romani non adducito: siquis adductus fuerit; atque à Romanis deprehendantur, dimittito. Idem Romani in locis, vbi Carthaginenses imperant faciunto. In Sardinia atq; Africa nulli Romanorum, sociorumue negotiantor, neue oppidum possidento, nisi emunto præter res ad Sacra, & ad nauigia necessarias. Et cætera quæ Polybius lib. 3. subdit, in quorum absolutionem hæc. *In hoc quoque fœdere Carthaginenses Sardiniam quidem, atq; Africam suas prorsus ostendere videntur: Siciliæ verò duntaxat eam partem, quæ ipsorum imperio pareat. Post hæc tertium fœdus inter Romanos, ac Carthaginenses ictum est, tempore quo Pyrrhus Epyrotarum Rex in Italiam traiecit, ante initium primi belli Punici. Hæc sunt igitur fędera, quæ inter Rom. & Carthaginensem populum inita sunt ab initio vsque ad 2. bellum punicum. Ita post hæc per summam iniuriam indictum Carthaginensibus à populo Rom. bellum, facile quisq; perspexerit tum, cum fœdus de Sardinia percusserunt: siquidem nulla ratio eius belli assignari potest, sed manifestè deprehenditur: Carthaginenses præter omnium fœderum iura iniquitate temporum coactos, & Sardinia excessisse, & auxisse stipendia.* Hæc Polib. loco citato.

Hoc ipso anno, Diodori annalistica teste, bellis sęculo mitescente, pax vbique gentium viguit.

An. M. 3559. *An. D.* 2604.

CArthaginenses Siciliam armis impetunt, multaq; Siculis damna inferunt; hinc vlterius, imperii magnis instructi opibus, crebrerrimis expeditionibus, Siciliam pro viribus, & posse tentantes, Sardinię regnum vectigalibus, atq; oneribus extorsere. Hinc semina nata malorum, hinc illis Sardiniæ claui amissus origo.

An. M. 3563. *An. D.* 2008.

CArthaginenses Ægestanorum, Selinsitios contra, auxiliarem opem ferentes, in Siciliam copias destinant, belliq; curam Annibali tradunt. Annibal autem per æstatem hyememq; subsequentem, magnas ex Hispania mercenariorum copias collegit, nec exiguum ex ciuibus numerum conscripsit: totam præterea Africam obiens, per vnã quamque vrbem præstantissimorum delectus egit, adornauit naues, traiecit copias, Sicilię ingruit, prosperèq; gesto, magna spoliorum onustus, honustusq; vt Carthaginẽ appulit: totaq; in eius occursum sese effudit ciuitas; cum plausu lętisq; eum excipiens acclamationibus. Auctor est Diodorus lib. 13. Sardorum autem, Afrorum, Hispanorumq; instar, bello pręsentiam, quin & causam, proticet. Quippe qui lib. 14 num. 96. Sardorum sub Magonis imperio, Carthaginenses, ex Africa, & Sardinia copias in Siciliam traiecisse diuulgat, hacce ducis Annibalis senioris, iuxta Orosium aliosq; conspicuæ rei vrgentia, Sardinię, armisonis copijs generosę, bellicam opem silentio præteriuit. Enatum iampridem erat inter Iolenses, Ilienses q; ex vna, Balares demum parte alia dissidium non exile: ob Herculis nimirum sacra, quę Iolẽses, Balaresq; dehinc (vti Iberi, Herculi deuoti præcipui) factitare solebant. Quare in montibus quoq; aras extructas lucosq; tum Herculi, tum Iolao, dicatos habebant. Ilienses verò, qui & Troiani, huiuscemodi sacra cultusq; ęgerrimè passi, sacrificulis valde perosi effero fremitu, vetitabãt, violẽtisq; repagulis obsistebant. Idq; sigillo, quòd esset Ilium Hercules ipse depopulatus. Hac è silice flamma excussa, hinc quo ipsi cum tota Sardinia conflagrarunt, excitus ignis. Diutinis enim tumultibus æstuantes, sese cum insula deperdebant, hac eeq; toti in re erant. Hac de causa Carthaginenses, Sardiniæ regnatores, militem aliò transferre non ausi; in plerisq; Sicilię bellis strenuissimam gentem, Sardiniam inquam nostram potissimè cooptarunt. Tangit Alexander ab Alexandro Genial. dierum, lib. 2. eiusce rei fastigium, ita fatus. *Fertutq; templum Iolao nepoti ab Hercule constructum, tanteę maiestatis incolis fuisse vt si a solitis deficerent sacris, muti euaderent. Rursus si sacra vouerent, in pristinam restitui sanitatem. Ab Iliensibus Herculi sacra celebrari vetitum, quòd Ilium Hercules olim depopulatus esset. Eum propterea odio prosequuti perniciali.* Hęc Alexander.

An. M. 3576. *An. D.* 2021.

IMilco Carthaginensium Imperator, à Dionysio Tyrãno Sicilię matte deuictus aduerso, cum magno dedecore in Æfricam terga vertit. Siquidem in eius exercitum lue grassante, contagioq; erpente, cateruatim interiebant, turmatim sub hoste cadebant, vltionemq; cęlestem in tantam, quanta Sardinię populos extorquebant, tyrannidem experiebantur. Carthagine verò ciues paulatim, trepidis animis, congressi, supplicando Numen orare, irascendi finem, vt faceret; quippe qui palam a Dijs ipsis bello infestatos sese norint. Enim verò clade ista per Libyam diuulgata, qui armorum societate ipsis hactenus addicti fuerant, quanquã Carthaginensis Imperij grauitatem exosam iampridem haberent, tunc longè acerbiore, tanti, ac talis infortunij gratia, Carthaginen-

sium odio exarsere: Ad hanc expeditionem Sardiniæ populos vectigalibus, oneribusque impositis commeatibus demum ingentibus inde desumptis, deglubere visi sunt. Videas Diodorum super iis pluribus, lib. 14. Quàm feliciter, quamq; ex animo res Imilconi antea processere! Cuncta fermè sepulchra, quę circumquaq; erant demolitur Imilco, inter quæ cætera Gelonis vxorisq; eius Demaretę monimentum, mirifico opere, sumptuq; extructum, subruit: tria insuper castella iuxta mare, vnum ad Plemmyrium, altera circa medium portum, vltimū propè Iouis templum in Sicilia construxit, in quę vinum, & frumentum, cęteraq; necessaria congessit, ad diuturnam obsidionē. Onerarias præterea in Sardiniam ad frumētum, cęteramq; alimoniam perferendam, eodem referente Diodoro, misit. Incursat regiones; excidiis mulctat arborū, totamq; Syracusanam prouinciam fedè corrumpit; inijcit cunctis metum, Sardorumq; suffragijs Siculum sibi Regnum nil dubitat arrogare. Ast è contra: Carthaginenses terra mariq; profligati, clam Syracusanis à Dionysio per legatos petunt, vt quod reliquum de suis esset in Africam transmittere sibi concedat, pro quo 300. ipsi talenta, adhuc in castris reliquā, pollicentur. Tradit Imilco Dionysij ministris, noctu in arcem transportata, talenta promissa, toto post se relicto exercitu, cum 40. triremibus turpissimam arripit fugam.

An. M. 3579. *An. D. 2024.*

CArthaginenses, cum serò tandem à clade Syracusana vires recollegissent, res Siciliæ denuò vendicare sibi constituisse, perhibet Diodorus: & quia fortunam prælio tentandam planè decreuerant, longis nauibus, sed paucis traiecerunt; copias autem ex Africa, & Sardinia, Barbaris prætera ex Italia adiunctis contraxerunt; & cum his in Siciliam transierunt, numero 80. mill. haud pauciores, quibus Mago cum summo imperio preerat. Exitus autem huius belli, pax, à Dionysio folicitata, inita fuit: quo percusso fœdere Mago ex Sicilia non inglorius reuectus est. Hanc pugnam Sardi primùm in Carthaginensium opem, eos ab elapso dedecore vindicarunt.

An. M. 3589. *An. D. 2034.*

CArthaginenses in Italiam transgressi, omnes exules ad se se vndecunq; congregatos, vt Author est Diodorus lib. 15. prolixo studio excipiunt, atq; fouent. Hoc ipsomet anno, ex Sardis, qui à Carthaginensibus expulsi fuerant, in patriam multi restituti, plures prælio adscripti sunt.

An. M. 3593. *An. D. 2038.*

CArthaginem pestilens lues inuadit, quę cum identidem magis magisq; ingrauesceret, magna Carthaginensium strages facta est: adeò quidem, vt periculum esset, ne imperium amitterent. Africani enim prę contemptu illorum defecerunt, & Sardi iam opportunam sibi datam occasionem rati, excussis imperij habenis conspirarunt, & vim Carthaginensibus (vti rei publicæ perniciosis veluti; exlegibus heris, tanquam extremò tyrannis effrenibus) intulere. Diodorus id largè: qui postquam Carthaginensibus ea fatus, prosequens *quum, & calamitas; inquit, à Deo immissa Carthagini incubuit perturbationes enim ac terrores, Punicię; tumultus ex improuiso vrbem corripere, & plurimi armis correptis, ac si hostes vrbem inuasissent, ex ædibus procurrere, & inter se velut cum hoste, ac de congressi, alios interimere, alios sauciare. Ad extremū Numine sacrificijs placato, grauissimus debellarunt, & Sardiniam ditioni suæ iterum subiecere.* Non erant Carthaginēses legitimi Domini, ideo rebellionis nota nec Sardi, nec Afri, nec tādem aliæ, quę ab eis desciuere, nationes, inuri possunt. Lex naturalis, quæ Diuinarum humanarumq; fundamentum est, crudelis tyranni, illegitimi nempe domini, iugum in dulget excutere. Hinc Romani, illinc Hispani, Athenienses, Persę, alijq; perplures, non modò populi verùm, & status, aliquando tyranni imperij habenas excussisse leguntur; neq; idcircò defectionis notantur infamia. Sardinienses fidelissimi semper dominis, defectores nūquam veris, nisi non veris heris, iisq; perpessi: quibus, ne bruta viderentur rationis expertia, neue stolidi, rem ostendere summè coacti.

An. M. 3649. *An. D. 2094.*

ALexander Magnus Macedonię Rex Babylonem reuersus ob magnitudinem ab eo fortiter strenuèq; gestarum rerū, vbiq; terrarum gentibus terrore concussis, ex toto orbe, obedientiam exhibente, inter quos etiam ex Sardinia legatos accepit. Tūc vt scribit Frocussus tom. 1. Chron. lib. 4. c. 23. vniuersi terrarum orbis habitus, & reputatus est dominus. Tunc, vt Curtius aliique Scriptores referunt, comitia generalia de toto orbe celebrauit: nec alius, præter ipsum, in mundo fuit, qui vniuersas mundi prouincias iudicarit. Tangit Plutarchus, de fortuna

tuna Alexandri. Testantur Paulus Orosius lib. 3 c. 16. Iustinus lib. 12. Diodorus, lib. 17. num. 113. legationes ad eum à cunctis nationibus destinatas. *Indum ingressus*, ait Orosius, *Babylona celeriter redijt, vbi eum exterritarũ totius orbis prouinciarum legati operiebantur: hoc est Carthaginensium, & totius Africæ ciuitatum, sed & Hispanorum Gallorũ, Siciliæ, Sardiniæq; &c.* Iustinus inquit hoc modo *Ab vltimis littoribus Oceani Babyloniam reuertenti, nuntiatur legationes Carthaginensium, cęterarumq; Africæ ciuitatum, sed & Hispaniarum, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoq; ex Italia eius aduentum Babyloniæ opperiri. Adeò vniuersum terrarum orbem nominis eius terror inuaserat, vt cunctæ gentes, veluti destinato sibi Regi adularentur.* Confirmat Diodorus dicens, *cuncti qui mare vsq; ad columnas Herculis accolebant, &c.* Sed & ordinem, quo se in respondendo legatis habuit, breuiter ipse describit, dum ait. *Hi omnes legatos miserunt; quorum Catalogo Rex accepto, quibus primùm & quibus deinceps, dum ad omnes perueniretur, ordine respondendum esset, constituit. Ac primum eos, qui sacrorum causa venerant, audiuit. Secundum locum his dedit, qui dona attulerant. Inde qui cum finitimis controuersias habebant. Quarti erant, qui restitutioni exulum refragabantur.*

Audita legatione, Alexander multa multis indulsit, Sardosq; à Carthaginensibus antea belli furore in alienas terras eiectos, reluctantibus, atq; renitentibus Carthaginensibus, in patriam, domosq; restituit. Nam propter hoc pręcipuè, tota insula legationẽ misit: quin etiam, & propter asperrimam, grauissimam, & intolerabilem eorum tyrannidem, imperijq; sęuitiam, questus ad Regem detulere. Ex ijs coniice intrepidos Sardiniensium animos, strenuitatem, & fortitudinem populorum: quod sese agglomerent, impauidoq; aduersantium furiantiũq; Carthaginensium barbas consortio despuẽtes, nuntios eligant, nauigijsq; ipsos cum Regijs Xenijs, & commeatibus super bono communi imponant, remq; ad finem gloriosè perducant. Macedones multum sibi è nuntijs arrogantes Sardiniam pręteudebãt, eaq; potiunda valde lymphati, Alexandri morte, quę anno subsequenti contigit, cessere. Scribit Polybius Megalopolitanus lib. 1. hist. dicens: *Macedones in Europa quidem dominati sunt, ab Adria ad flumen Istrum, quæ prorsus exigua quædam eius regionis pars: postea debellatis Persis, Asię quoq; Principatum habuerunt. Sed tamen ij quoq; etsi complurium rerum atq; locorum domini sunt visi; magnam tamen orbis partem intactam reliquerunt: nam de Sicilia, Sardinia, & Africa ne contendere quidem cęperunt.* Hoc est, Alexandri occubitu ingruente, spe deposita, rem in Lethen proiecerunt, atq; penitus destitere, cristis excussis. Hanc assignant Antiquarij celebres, impletis Alexandri fatis, ętatem: isthanc in Monarch. Eccles., ex alijs Auctoribus asportatam inuenies Diodori Chronologia, anno 3648. Camaldulensis verò cum aliorum anno 3642. Vnde Fara non ęquè se gessit, dum ad Alexandrum legatos sub annum 3450. destinat: incongruus quidem locus, egressio auia, intempestiua prorsus insertio.

An. M. 3672. *An. D. 2117.*

REx Agatocles, vt scribit Diodor. lib. 21. castra in Libyam transportare nauibusq; frumenti ex Sardinia exportationem Pęnis intercludere nititur.

An. M. 3678. *An. D. 2123.*

PHaeton solis Ægyptij, Clymenisque filius, vt Ouidius in persona Clymenis: *per iubar hoc* inquit *radijs insigne coruscis; Nate tibi iuro: quod nos auditq; videtq; hoc te quem spectas: hoc te qui temperat orbem, Sole satum.* Ægyptum per Nilum egressus, Oceanum torquens Mediterranei maris æquora penetrauit, ventisq; compulsus Ligusticum mare tenuit; qui diutini naufragij vi fractus iam iam per loca illa substitit; quò suorum hortatu, alias inde terras exquirens, Insubriam contenderit, Paulus Perusinus, Io. Boccatius Bergomensis, & alij. Vnde & Sardiniã, quam Ligusticum alluit mare, cuius oras diutiùs exculcauit, accoluit; nomenq; tum Phyton, vrbi, nomen creditur inditum.

An. M. 3697. *An. D. 2142.*

PYrrhus Epirotarum Rex, qui ob virium magnitudinem, in se virium, consiliorumq; summam belli nomenq; traduxit, cum Tarentum Orosio teste, (vtpotè ex Lacedęmonijs conditam, cognatamq; Græciæ ciuitatem) vindicaturus totas vires Epiri Thessaliæ, & Macedonię, Elephantes etiam, vsque id tempus Romanis inuisos, numero 20. terra, mariq; viris, equis, armis, belluis, ad postremum viribus dolisq; terribilis, primus in Italiam inuexisset, & cum Romanis acerrimas pugnas commisisset, tandem fractus. Agatocle, Syracusano Rege, mortuo, ad Sicilię accersitus imperium, Regię acclamationis elatus honore, Sardiniam quoq; ambijt, vt Ioannes Zonaras tom. 2. alijque perplures enarrant, refertq; Fara; quamuis rei non æquum assignet locum. Per id æuũ idem ac antea iam sancitum, paucis additis, fœdus inter Romanos, & Carthaginenses,

vt Polybius, alijq; perhibent, renouatum est. Polybius lib. 3. Olympiade 124. Pyrrhi in Italiam aduentum; Plinius lib. 8. cap. 16. anno Vrbis conditæ 472 constituunt; ipsumq; Pausaniæ authoritate, ex Gręcis qui Romanos bello impetijt, habemus primū.

An. M. 3698. *An. D. 2143.*

HOc anno enata sunt bella inter Romanos, & Carthaginenses, vt Plinius lib. 33, cap. 3. Gellius lib. 17. cap. 21. verificant; aiunt enim, ab Vrbe condita anno 490. qui Olympiadis 129. primo arridet anno. Charolus Sigonius in Fast. Roman. incępisse tradit anno Vr. con. 488. Adstipulatur Dionysius Halicarn. lib. 1. Solinus autem, cap. 2. Henricus Glareanus, in Chronologia, cum alijs, annum adijciunt, asserentes Vrbis anno 489. initium eadem bella sumpsisse. Horum inter has duas potentissimas Respublicas incendia præliorum, excitata sunt ob Siciliam, & Sardiniam. Cū enim vt scribit Polybius Romę Appij Claudij Consulis in Sicilia strenuè gesta nuntiarentur, quodque ipse Messanam vrbem debellasset, Hieronē Syracusis obsessum, Carthaginenses euictos, Romanus populus Sicilię potiundę excitus optatu, Caium Octatilium, & Marcum Valerium, nouos creatos Consules, in Siciliam cum quatuor Legionibus ablegarunt, èq; vestigio multę Carthaginensibus vrbs addictæ, ad Romanos defecere. Exin Romanis faustus in Marte progressus, atq; de Carthaginensibus victorię triumphales. *Appio Claudio*, (inquit Lucius Florus de gestis Romanorum lib. 2.) *Consule populus Rom. primùm fretum ingressus est*. belli verò causę quid assignans, ait: *affectabat enim, vt Romanus, ita Pœnus Siciliam; & eodem tempore paribus vterque votis, ac viribus; imperium orbis agitabat*.

Hoc tempore Carthaginenses fędus cum Romanis, antea iam percussum, violarunt, vnde Romanorum conciti & animi, bellicus feruor accensus; in armaq; vis coacta. In fędere autem hęc ferè contenta; vt Polybius lib. 3. scribit ijs verbis.

Amicitia esto populo Romano Carthaginensique item Romanorum Carthaginensiumq, socijs Romani, sociue Romanorum vltra promōtorium Pulchri non nauiganto, nisi vel intempestatis, vel hostili impetu coacti. Si quis ob huiusmodi causas eò applicuerit, nihil emito, nihilue sumito, nisi quantum ad sacra, vel ad nauigia opus sit. Intra diem quintum inde abito. His qui mercimonij gratia aduenerint, immunitas esto, prater scribam, & praconem. Quotcunq; præsentibus his in Africa, vel Sardinia venū ierint, de his publica fides esto. Siquis Romanorum in Siciliam venerit, vbi Carthaginenses imperent æqua omnia sunto. Carthaginenses iniuriam non inferunto Ardeatibus, Antiatibus, Aricenis, Circeis, Terracinensibus, alijsue Latinis, quotcunque imperio populi Romani parent. Si qua ciuitas non pareat aliena esto. Si Carthaginenses ceperint, populo Romano integram reddunto. Pręsidium in Latio nullum ædificanto. Si perduelles prouinciam ingressi fuerint, non pernoctanto.

Huiusmodi ferè primum fædus fuit. Promontorium verò Pulchi Carthagini adiacens ad Aquilonem vergit. Vltra hoc Meridiem versùs nauigare Romanos, Carthaginenses non permiserunt, ea causa (vt mihi quidem videtur) ne in eorum notitiam venirent loca Syrtibus propinqua, quæ propter fertilitatem regionis, Emporia appellantur. Si quis verò intempestatis, vel impetu hostium huiusmodi locis applicuisset, nihil sumere licebat, præter ea tantummodo, quæ ad instaurandas naues, uel ad sacrificia opus forent; cęteris prorsus abstinebant; atque intra quintum diem inde abire cogebantur. Carthaginem verò, & ad catera Africa loca, quę eis promontorium erant, item in Sardiniam, atq; Siciliam, ubi Carthaginenses imperabant, nauigare mercimonij gratia licebat: dataq; ijs à Carthaginensibus de seruando iure publica fides erat. Verùm in hoc quidem fœdere Carthaginenses videntur de Sardinia, atque Africa, vt de proprijs Prouincijs sermonem facere, de Sicilia autem longè secus. Addunt enim in eam Siciliæ partem, ubi Carthaginenses imperent. Eodem modo Romani de Latio fœdus ineunt: de reliqua verò Italia nullam faciunt mentionem, quòd nōdum sub imperio foret ipsorum. Hucusque Polybius.

An. M. 3709. *An. D. 2154.*

ROmani, in Sardinia debellanda toti, magnis congestis agminibus, iter expediūt Sardiniamq; pro viribus expugnandam oculis præferentes, hostes pugna fregere. Quippe cum Annibalem, Carthaginēsium Imperatorem, Caius Duilius, Consul Romanęq; ductor classis, in quodam Sardinię portu circumsedisset, ęterno dedecore victor inusit. Amisit hoc bello Annibal hic senior classem fere omnem, perq; hostium manus dilapsus, à Carthaginensibus qui euaserant captus, in crucem actus est. Audiamus de hoc Polybium lib. 1. *Annibal cum illis quę à prælio superfuerant nauibus Carthaginem redijt. Inde non multis interiectis diebus cum classe, & quibusdam claris triremium ducibus in Sardiniam mittitur. Hic paucis post diebus à Romanis in quodam portu inclusus, classem fere omnem amisit: ipse per hostium manus dilapsus, mox à Carthaginensibus, qui euaserant captus, & crucifixus occiditur. Romani, utpotè qui iam pelago dominari cęperant, omni studio Sardiniam inuasere.* Ioannes Stadius in cōmen. in Iulium Florum, lib. 2. cap. 1. hunc

in mo-

in modum de ipſamet fatus re, ait. *Annibalem à C. Duilio prius victum, & nunc hoc anno claſſe Punica in Sardiniam reuectum, ex improuiſo circumſedit, claſſemq; eius cepit. Annibal domum reuerſus ob rem toties male geſtam, in crucem ſublatus eſt.* Oroſius lib. 4. c. 8. poſtquam Annibalis huius malè geſtas res dictis adęquat aliàs narrat interitum, *Hannibal*, inquiens, *ſenior à Carthaginienſibus iterum claſſi præpoſitus infeliciter cum Romanis naual prælio congreſſus, & victus eſt, ab exercitu ſuo, ſeditione orta, lapidibus coopertus interijt.* Cuius è verbis clarè colligitur, Hanuonis occubitum, Annibalis cruci ſeu lapidibus anteiſſe. *Poſtea*, inquit Oroſius, *Carthaginenſes, Caio Aquilio, Floro, & Lucio Cornelio Scipione, Conſulibus, Hannonem in locum Annibalis ſubrogatum, pro Sardis Corſiſq; defendendis nauali prælio præfecerunt, qui à Scipione conſule victus, amiſſo exercitu ipſe confertiſſimis hoſtibus ſe immiſcuit, ibiq; interfectus eſt.* Verùm præpoſteram inuoluit Oroſius Chreiã; quam quidem inuertens, & à veritate profectus, cæterorumq; ſibi ſcriptorum fidem adhibuit impugnantem. Enim verò prius fuit Annibalis, Hannonis excidio. Henricus Glareanus in annotationibus in Eutropium veritatem hanc roborat, & confirmat, dum de Annibale ſic fatur. *Amiſit naues Annibal memorabili pugna ſub C. Duillio Coſ. Idem paulò poſt refecta claſſe, in Sardiniam miſſus, ſed in quodam portu, claſſem ferè omnem amiſit: elapſus tamen, cum Carthaginem veniſſet, crucifixus eſt.* Subdit Henricus de Hannone inferiùs, annoſq; plures Annibalis, Hannoniſq; lethis interiſtites innuit, dicens. *Hoc anno nihil dignum memoria in Sicilia geſtum. at Florus & Valerius, ille lib. 17. in Liuij Epitome, hic lib. 5. c. 1. manifeſtè fatentur, in Sardinia pugnaſſe Scipionem cum Pœnis, ac ante Olbiam Hannonem occidiſſe.* En iam Hannoni Annibal anteijt morte.

An. M. 3710. *An. D.* 2155.

HOc anno iuxta veriorem, quam æquè fideliterq; Hieronymus Camaldulenſis in ſua Chronologia, digeſtam tradit ſupputationem, Lucius Cornelius Scipio Conſul duxq; Romanus, Sardiniam Hannone, Carthaginenſi, Annibalis ſucceſſore perempto, vaſtauit. *Caio Aquilio Floro, Lucio Scipione Coſs. Scipio Corſicam & Sardiniam vaſtauit, multa millia inde captiuorum abduxit triumphum egit.* Eutropius lib. 2 Ante Olbiam vrbem, Fauſianam ſcilicet, nunc Terranouam, Henricus Glareanus in Eutropium, Hannonis occubitum perhibet, *ante Olbiam*, inquiens, *Hannonem occidiſſe.* Venerat Hanno Olbiam pro Sardis Corſiſq; tuendis, venit & Olbiam Scipio, hoſtem quæſitans, ibiq; repertum fulmineo armorum turbine ſubuolutum, extinxit. Oroſius loco, verbiſq; citatis refert *Hannonem in locum Annibalis ſubrogatum pro Sardis Corſis defenſandis nauali prælio, &c.* Ioannes Stadius in Commen. L. Flori. *Hanno*, inquit, *eius ſucceſſor* (Annibalis) *fortiſſimè pro Olbia, Sardiniæ vrbe, pugnans, à Scipione quoq; victus & occiſus eſt.* Iornandus Epiſcopus, *in Breuiario, de Regnorum ac temporum ſucceſſione*, Atericam, Sardinię vrbem, tunc dicrum euerſam à Scipione commemorat. *Lucio Cornelio Scipione, quum iam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani prouincia, ſerpente latiùs bello, Sardinia adnexa, atque Corſica; tranſijt Olbiam. Ibi Atericæ vrbis excidio incolas terruit, adeoq; omni terra, & mari Pœnos fugauit, vt iam victoriæ nihil, niſi Africa ipſa reſtaret.* Ateria, ſeu Aterica iſthęc apud Authores minimè reperitur: vnde Cyrni fuiſſe vrbem nonnulli exiſtimant, ſed fallũtur; quippe ly *ib*, in Sardinia ſatis exprimit, ibi, in Sardinia ſcilicet, Atericæ vrbis excidio incolas terruit. Erat igitur munitiſſima, inexpugnabiliſq; Ateria, quandoquidem eius excidium, terrorem cunctis incuſſit (aliqui Bonairę magnum tũc oppidum eſſe volũt.) Atqui Calaris, tum à faſcia, cum à ſceptro, omnium Sardiniæ vrbium clauis. & robur, inde nil alia, quàm Calaris, Ateria.

Nec obſtat inſuetum nomen; exteri ſiquidem facilè, imò facillimè lędunt nomina; vt paſſim legimus de quibuſuis. Res igitur eſt, Ateriam eſſe Calarim, cuius aburbicus vicus erat per pagum illum, tractumq; vineti, Sancti Iuliani, cum adiacentibus, citra, ciſq; latè longèq; porrectũ; Regium iterq; publicum amplectentem. Regio iſta, Calaritanę vrbis burgus erat, ſeſe iam iam per illum, vulgò, *ſtilladas.* circumducens tractum quæ quidem ciuitatis portio, Frateria, ſeu Fraterię, dicebatur. Quamobrem Seraphinus Squirro Capucinus veridicus habendus eſt, & verax: dum in Sanctuario, de B. Luxorij Martyris paſſione loquens, Fraterias, illum adſtruit eſſe locum. Eſtq; reuera: adeòq; illa ciuitatis ala explicata erat, vt Iornandus, Authorq; præſcriptor pro Frateria, Ateriam, lęſiùſue Atericam, (parte, pro toto ſumpta) Calarim nuncuparit. Lucius Florus lib. 2. *de geſtis Romanorum*, in Calari nuncupanda ſe aliter habuit; non enim partem ſed totum quoad nomen; totum autẽ ſed non, vt par erat, quoad facinus partem exprimens. Et quidem non totam Scipio Calarim, ſed ſolum Fraterias, burgum fregit *Lucio Cornelio Scipione*, inquit Florus, *cum iam Sicilia ſuburbana eſſet populi Romani prouincia, ſerpente latiùs bello, in Sardiniam, annexamq; ei Corſicam, tranſit; vbi & ſic Caralæ vrbis excidio incolas terruit, adeòq; omneis terra mariq; Pœnos expugnauit, vt iam victoria nihil, niſi Africa ipſa reſtaret.*

ftaret. Ioannes Stadius in Commentario super his Flori verbis, idipsum in Calari nominanda fecisse, non quidem partem à Scipione excisam, sed totam perhibens, *Anno*, ait, *eius successor, fortissimè pro Olbia, Sardiniæ vrbe pugnans, à Scipione quoq; victus, & occisus est. De Sardinia ob Caralin (ita enim apud probatos Auctores nomen habet) Sardiniæ nobilissimam vrbem, ab ipso expugnatam, triumphasse &c.* Innuit Stadius Calarim, A tericam nuncupari, sed nō apud Auctores probatos; non enim ab re parentesim illam interclusit, nisi ob maiorem, clarioremq; rei expressionem, qua illius à Scipione debellatę vrbis, nomen pateferet. Expugnatam, non quidem excisam Stadius asserit Calarim, & bene: siquidem multis alijs Auctoribus proclamantibus, vrbs ipsa euersa tum temporis nequicquā fuit. Nonne Iornandus de Regn ac temp. success. Sardiniam à Gracco arreptam, sequutumq; ab ipso in Vrbem vrbium Calarim asseuerat? Lucius Florus lib. 2. *Sardiniam*, inquit, *Graccus arripuit: sæuitum in vrbes, Vrbemq; vrbium Caralim.* Et quidem Graccus Scipionem annis plurimis antecessit: & quidem Calaris, vt suo loco fermo, Vrbs ciuiū Romanorum. Non igitur excisa, seu euersa à Scipione Calaris; sed Frateria sola regio, vnde, & expugnata Vrbs tota: qua subacta, insula Scipioni tota succubuit; vti nimirum languēte capite condolent membra: caput Insulę Calaris à cęmentis; talisq; ipsa ab omnium Scriptorum schola, decumanis, & Regijs celebratur encomijs, titulis inclytis decoratur, effertur.

Subacta Calari, subacta non modò Sardinia verùm, & Corsica. *Corsicos etiam*, inquit Stadius, *vtcumq; armis fuisse edomitos ipse triumphus* (nempe Scipionis) *ostendit; etsi Scriptores quid à Cornelio in Corsica gestum sit, disertè non referant.* Magna huiusce vrbis inclytitas, magna celebritas, excellentia prima! Quod ea sit clauis, ea sit vectis ac sera, eaq; tandem ianua, qua clausa clausum, qua reserata Regnum Sardinię patet omne. Eutropius lib. 2. tempestate hacce vastatam à Scipione Sardiniam perhibet hisce verbis. *Caio Aquilio Floro, Lucio Scipione Coss. Scipio Corsicam, & Sardiniam vastauit; multa millia inde captiuorum abduxit, triumphum egit.* Iam Calaris pridem ciuium Romanorum colonia nobilitata erat: antequam enim cum Carthaginensibus bellum gererent, coloniam ipsam illuc deduxerant. Tangit Diodorus Siculus lib. 15. num. 27. dicens: *interea 500. ciuium coloniam Romani in Sardiniam, ita vt à vectigalibus prorsus immunes essent, deduxerunt.* Canit Sylius Italicus Scipionis victoriam, cum ait *Scipio ductoris celebrabat funera Pœni; Sardoa victor terra.* Ioannes Zonaras tom. 2. hac in historia referenda Scriptoribus nimiùm dissidet *Scipionem*, inquiens, *exercitum in Sardiniam ducentem, classem Carthaginensium conspexisse, & in eam impetum fecisse, cumq; illa, priusquam ad manus veniret, fugisset, Olbiam vrbem inuasisse, & ibi nauium Carthaginensium cōspectu territum (nec enim peditatus satis ad pugnam paratus erat, domum versus iter intendisse.* Refert iis Fara Zonaram verbis. Verius est Calarim à Romanis debellatam, non tamen eiusce tum heri, neq; omnimodā dominationē, ac ditionē adeptū tēpore: ingruētibus enim vndiq; Pęnorum agminibus, compulsus est Scipio recessum ab Insula maturare; Romamq; spolijs, gazis, & captiuis honustus, triumphatum abire.

An. M. 3711. An. D. 2156.

CAius Sulpitius Paterculus consul, & Dux Romanus, in Sardinia, referente Hieronymo Bardi in Chronol. V. æta. mun. Carthaginenseis nauali prelio fatigauit, & vicit. Hinc ad annum 22. primum bellum Punicum cum vtriusq; nationis, & vrbis afflictione coarsit. Horum annorum interstitio, valde oppressi sunt Sardi, crudeles perpessi extorsiones.

An. M. 3720. An. D. 2165.

MArcus Fabius Buteon Consul Carthaginensium classem in Africo mari, apud Ægimurum, iam in Italiam vltrò nauigantem cecidit Miratur Florus lib 2. triumphalis huiusce tempestatis molem: *quantus ò tum, inquit, triumphus tempestate intercidit, cum opulenta præda classis, aduersis acta ventis, naufragio suo Africam, & Syrtes, omnium imperia gentium, insularum littora impleuit. Magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, intercepta tempestate victoria, & triumphum perijsse naufragio. Et tamen cum Punicæ prædæ omnibus promontorijs, insulisq; allisæ fluitarent, populus Romanus triumphauit.* Videre tunc nostra Sardoa littora, horribili Carthaginensium, quos horrebant, exacta classe, cadauerum tabes, & labes; fętidæ prorsus arenę, infectę propè contagijs orę.

An. M. 3723. An. D. 2168.

LVtatius Catulus Consul huicce primo bello Punico imposuit apud Ægates insulas finem. Scribit enim ibidem Florus. *Lutatio Catulo consule tandem bello finis impositus apud insulas, quibus nomen Aegates: nec maior alia in mari pugna: quippe commeatibus, exercitu, propugna-*

pugnatulis armis, grauis hostium. Classis, & in eis quasi tota Carthago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis, prompta, leuis, expedita, & quodam genere castrensis, ad similitudinem pugnæ equestris, sic remis quasi habenis agebatur, & in hos, vel in illos ictus mobilia rostra, speciem viuentium præferebāt. Itaque momento temporis laceratæ hostium rates, totum inter Siciliam Sardiniamq; pelagus naufragio sua operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, vt de excidendis hostium mœnibus non quæreretur. Superuacaneum visum est in arcem, murosq; sæuire, cum iam in mari esset deleta Carthago. Eutropius lib. 2. tam breuiter quàm disertè huius prælij rem adæquans ait. *Anno belli Punici 23. Catulo bellum contra Afros commissum est. Profectus est cum 300. nauibus in Siciliam: Afri contra ipsum 400. parauerunt. Nunquam in mari tantis copijs pugnatum est. Luctatius Catulus nauem æger ascendit; vulneratus enim in pugna superiore fuerat. Contra Lilybæum ciuitatem Siciliæ pugnatum est ingenti uirtute Romanorum: nam 73. Carthaginensium naues captæ sunt, 125. demersæ; 22. mill. hominum capta, 13. mil. occisa. Infinitum auri, argentiq; præda in potestatem Romanorum redactū. Ex classe Romanorum 12, naues submersæ. Pugnatum est 6. Idus Martias.* Bellum Punicum iuxta veriorem æui supputationem, vtq; iā dictum, anno 3698. inchoatum anno autem 3722. terminatū est. Siquidem, vt idem Eutropius lib. 3. testatur per 22. gestum est. Orosius verò hunc in modum narrat. *Luctatius cum classe 200. nauium in Siciliam transuectus, dum apud Drepanum ciuitatem pugnam inter primores Siciliæ cieret, transfixo femore ægerrimè, cum iam obrueretur erectus est. Porrò autem Pœni cum 400. nauibus, magnisq; copijs ad Siciliam, duce Hannone* (alter hic Hanno) *concurrunt. Nec tamen Luctatius segnior, imò consilia Pœnorum celeritate mira præuenit. Postquam proxima sibi vtrorumq; classes, apud Aegades insulas per totam noctem intertextis propemodum anchoris cōstiterunt. Orta luce prior Luctatius signum bello dedit. Crudescente pugna victus Hanno nauem auertit, & dux fugæ primus fuit. Sexaginta tres Punicę naues captæ sunt, 125. demersæ 32. mill. hominum capta cæsa 14. mill. fuere. Romanorum autem 12. naues demersæ sunt. Luctatius deinde ad Erycinam ciuitatem, quam Pœni tenebant, venit; ibiq; 200. Carthagin. conserta pugna interfecit.* Hactenus Orosius.

An. M. 3724. *An. D.* 2169.

CArthaginenses Romanorum potentia territati, pacem exposcunt: vtq; Eutropius, Orosius, Polybius, Cornelius Nepos, Nauclerus, Volterranus & alij scribunt, quibusdam affertis conditionibus eam consequuti sunt. Quarum hęc pręcipua erat conditio, vt omnibus insulis Carthaginenses abstinerent, quę essent inter Siciliam, & Africam *Pœni* nquit Polybius lib. 1. *Sicilia, & omnibus insulis, quę inter Italiam, & Africam sunt excedunto 2000. & 200. talen. in annos 20. pendunto: in pręsentes mille.* Franciscus Fabritius, in adnotat. ad cap. 11. Orosij eadem voluit Henricus Glareanus in annor. in Eutropiū, *Conditio*, inquit, *una pacis erat, ut omnibus insulis Carthagienses abstinerent, quæ essent inter Siciliā & Africam pacis conditiones huiusmodi fuisse, ut Sicilia cederent, Carthagin. Imò post adiectum omnibus insulis inter Siciliam, & Africam.* idem lib. 2. Orosius lib. 4. c. 10. calamum agitat hunc in modum. *Tunc Carthaginenses præcipiti festinatione ad Luctatium Consulem, ac deinde Romam mittunt: orant pacem, quam conditionibus ante illico consequuntur. Conditiones autem erant, ut Sicilia Sardiniaq; decederent; pro quo impensis bellicis puri argenti 3000. talentorum Euboicorum æquis pensionibus per annos 20. penderent. Huius pacis conditio habita est post annum tertium, & vicesimum ex quo bellum Punicum primum fuerat inchoatum. Quis rogo duarum ciuitatum unum bellum per annos 23. gestum fando explicet? Quos Reges Carthaginensium, quot Consules Romanorum, quot agmina exercituum, quantum numerum nauium contraxerit? Profligauerit? Oppresserit? Et tum demum si illa ad plenum perpensa videantur, de præsentibus iudicet?* Locus isthic manifestè ostendit Francisci Faræ allucinationem, in eo quod hinc ad annum 3912. traducit. Ferit Faram Orosius, eumq; à vero dilatum clarissimè reprobat, dum ea quę ipse anno 3912. edicit, Orosius post annum tertium, & vicesimum adstruit cōtigisse. Haud is equidem acarius error; quandoquidem à 3723. seu extremò à 3730. anno, ad 300. desperatos annos contra communem Scriptorum torrentem diripiat. Quin etiam Henricus in Eutropij historiam intolerabilem Farę incuriam, sed errorem, explodit, dum sic fatur. *Carthaginenses cum se minimè potentes viderent ad bellum cum Romanis gerendum, cedentes tempori, relicta insula, multati, mille & 200. talentis (idest 720000. coronatis) quieuere vsque ad secundum bellum Punicum.* Secundum autem bellum Punicum satis superq; ante annum, quem Fara assignat, 3912. nemine controuertente, gestum est. Imò Fara met ipse secundum bellum Punicū anno 3744. de Rebus Sardois, lib. 1. fol. 38. statuit. Tantum nę obmiramur Virum! forsan immerito? forsitan potius mendax prælum? Liuius tandem lib. 21. *Pœni ait, nauali ad Aegates clade accepta Sicilia, & Sardinia cessere. Firmata pace, captiui Romanorum qui à Carthaginensibus tenebantur illico redditi: Carthaginenses etiam petiere, vt redimi eos captiuos liceret, quos*

ex Afris

ex Afris Romani tenebant. Senatus iussit sine pretio dari eos, qui in publica custodia essent, qui autē à priuatis tenerentur, vt pretio dominus reddito, Carthaginem redirent, atq; id pretium ex Fisco magis, quàm à Carthaginensibus solueretur. Eutropius lib. 2. En tum Romano aliquantula quies à Marte cecere belli furor extinctus. Quò sed quies? Assignat Orosius. *Quando hoc? Post primum bellum Punicum. Post quantum temporis? Post annos 460. Quandiu? Anno vno. Etquid altero subsequutum est? Ut de cæteris taceam, Bellum Gallicum, & Annibal cum bello Punico secundo. Heu mihi cognouisse hac, & denudasse! Quin etiam me pudet, pax ista vnius anni, vel magis umbra pacis; lenimentum miseriarum, an incentium malorum fuit? Stillicidium istud olei in medium magnæ flammæ cadens extinxit fomitem tanti ignis, an aluit?* Alia querulis atq; lugubribus verbis ipse prosequitur. Lucius Florus de gestis Romanorum lib 2. cap. 6. imbelles Romæ annos plures adscribens ait. *Post primum Punicum bellum, vix quadriennis requies. Ecce alterum bellum minus quidem spatio (nec enim amplius quàm octo, & decem annos habet) sed adeò cladium atrocitate terribilius.* Ioannes Stadius, in Commentario super hunc Flori locum, sic fatur. *Rectè satis putat Florus, quatuor fere annos quieuisse Romanum, à tempore scilicet quo Iani porta secundùm clausa est, Manlio Torquato, & Atilio Bulbo Coss. anno DXVIII. & si interea cum Sardis, & Corsis sit bellatum. Alioquin si supputemus à primo usque ad secundum Punicum bellum, erunt anni intermedij uiginti tres. Primum Punicum bellum cæpit anno CDLXXXIIX. pax Pænis data est anno DXII. sunt itaq; anni intermedij XXIV. Initum est hoc bellum P. Cornelio Scipione, Tib. Sempronio Longo, Coss. anno DXXXV. finitum debellato in Africa Annibale, & pace Carthaginiensibus supplicibus supplicibus data, Cn. Cornelio Lentulo P. Ælio Pæto Coss. anno DLII. Sunt itaque anni intermedij in hoc Secundo bello Punico 17. nec amplius.* Quænam, qualisq; æuicæ digestionis varietas!

An. M. 3725. *An. D. 2170.*

Romani Sardiniam occupare absq; armis existimantes, magnis belli repagulis aditum interclusum inueniunt. Exosum enim illis Carthaginensium, trucium tyrannorum, imperium fuerat, vnde & Romanorum durissimum, iugum horrescentes perpeti, pristinam appetentes libertatem, eamq; sibi vendicare conantes, armis infremirant, deturbant hostem. Tangit Fara dum ait. *Licet Carthaginenses Sardiniam Romanis reliquerint, Sardi tamen non sine armis, Romanorum imperio subesse voluerunt.* Exprimit Lucius Florus ibi *etsi interea cum Sardis, & Corsis sit bellatum.* Mirandum Henricum Glareanum iis, quę annotationibus in Eutropij lib. 3. inuoluit aduertimus. *Cum enim, inquit, Sardinia Carthaginensium esset, sed bello Afro cum Sardi sæpe obtulissent se Romanis, ac repulsi essent, tandē transfugarum suasionibus pellecti Romani, nauigare in Insulam pergebant; cumq; id egrè ferrent Carthaginenses, ac suas copias ad Insulam, vt suam, occupandam adornassent, Romani eis bellum indixere. Carthaginenses, cum se minimè potentes viderent ad bellum cum Romanis gerendum, cedentes tempori relicta insula, multati mille, & 200. talentis, idest 720000. Coronarijs, quieuere usq; ad secundum bellum Punicum.* Quàm hic allucinatus Henricus! Quàm à vero distans! Quàm tandem secum ipso pugnans! Vnde isthanc Hērice duxeris lympham, mirum! Pugnas tecum, ibi, *suas copias ad Insulam, uti suam, occupandam adornassent; relicta Insula multati, &c.* Si Carthaginenses tunc, vt Scriptorum omnium schola docet, Sardinię dominatores, habitatoresq; erant, quo, dic, pacto, ad occupandam copias adornarunt? Si denique non occuparunt, quo amabò modo Insulam reliquerunt? Non verò bellum sed insulam potiùs asseris, reliquisse. Sed abnues tunc, temporis Carthaginenses Sardiniam occupasse iampridem? Reuera inficiaberis; satis tamen ingloriè; Romani siquidem, ipsa, de qua loqueris, tempestate, vt Scriptorum omnium est consensus, Carthaginenses, tot fæderum sanctionibus anteactis, Sardinia propulere.

Ast, & ibi, *cum Sardi sępe obtulissent se Romanis, ac repulsi essent, tandem transfugarum suasionibus pellecti Romani;* à re prorsus abes, veroque penitus aduersaris. Nunquam Sardi se Romanis, aut Carthaginensibus obtulere; vtrisq; imò antiqua pro libertate certantes, strenuissimè restitere. Paterè multis, Henrici error. Primò Sardi qui sese Romanis obtulere, ac repulsi sunt, de Calaritanis intelligi nequeunt: esset nempe à ratione mirificè dissentaneum, vt Romani, tanta præditi nobilitate, talibus animi dotibus pręditati, Calaritanos amicos qui se se tam vltrò ipsis Romanis obtulerint, hostiliter non modò impeterent, verùm, & nuperrimis armis exciderent, vt retro citati Scriptores, iiq; præcipui, contestantur.

Secundò Iolenses, Ilienses, ac Balares, sese Romanis obtulisse pulsique nequicquam existimandi sunt; haud etenim ipsi, vt tradidimus, nationis vllius se imperio se subiecere: nunquam debellati, subactiue sunt. Ecquid hisce rei, vt sese Romanis offerrent, queis & Carthaginensium & Romanorum, non modò imperium, sed & nomen, semper exosa? Tertiò nec Sardi omnes, ij, qui

Roma-

Romanum acclamantes imperium, se se vltro ipsis manciparunt, reiectiq; sunt, credēdi Eutropio namq; teste, multisq; tum priscis, cum recentioribus affirmantibus, Scipio classis Romanæ imperator, Sardiniam deuastauit, multa inde captiuorum abduxit millia, egit triumphum. Vastatio autem vastatorum obnixum atq; resistentiam indicat. Restitere igitur Sardi? Non igitur sese illis obtulere? Nonne pro Sardis defensandis Hanno Carthaginensium imperator aduersùs Romanos missus est? Orosius, cum alijs multis elogizat. Si ergo Romanos compellant Sardi, quonam pacto contra Romanos defensores aduocant, excipiūt, hisceq; freti ad arma se conciti glomerant, preliantur, obsistunt? Res planè stat, vt nunquam Sardinienses ita viluerint, vt se despicabile Romanis predium exhiberent, neq; exhibiti pellerentur. Testis enim est Diodorus Siculus, retrocitato loco alijque perplures, pro Sardinia potiunda Carthaginenses (quin & Romani) certamina periculaq; ingentia subijsse.

An. M. 3726. *An. D. 2171.*

Titus Liuius, Polybius, & multi alij scribunt, quòd initę pacis leges erant, vt Carthaginenses exercitus ex Italia, & Gallia deducerent; abstinerent Hispania, insulisq; omnibus, quę inter Italiam, & Africam sūt, decederent, &c. (Vide Liuium lib. 10.) Post hasce pacis conditiones, refert Henricus, legati Carthagine Romam iuere, sed pro speculatoribus dimissi, nullum legationis effectum sortiti Sardiniam, insulam, ac antea, suam pretenderunt. Henricus in Eutropij lib 3. rem insinuans *conditio* inquit, *vna pacis erat, vt omnibus insulis Carthaginensibus abstinerent, quę essent inter Siciliam, & Africam. At Sardinia non erat inclusa Carthaginensium opinione. Verùm Romani tandem ita interpretati sunt eum articulum per malitiam, vt alia pleraque.* Tangit obiter Lucius Florus lib. 2. cap. 6. Carthaginensium ob Sardiniam ipsis ademptam, animi ęgritudinem, acerbitatem cordisq; amaritudinem, verbis istis. *Pudebat nobilem populum, ablato mari, raptis insulis, dare tributa, quę iubere consueuerat.* Hinc Annibal à puero inflammatus ad gloriam, patrię statuit lenire dolorem, eiusceq; vicem iurauit vlcisci. Ita ibidem Florus. *Hinc vltionem puer Annibal ad aram patri iurauerat, nec remorabatur.* Hinc secunda belli Punici procella desæuit: *cuius causas,* inquit Henricus in Eutrop. lib. 3. *tres enumerat Polybius lib. 3. Primam: Hamilcarem Annibalis parentem, & eius in Romanos indignationem. Secundam Romanorum iniuriam, qua eis Sardiniam ademerant. Tertiam: fortunam prosperam Carthaginensium in Hispania, qua erecti sperabant se vlcisci posse Romanorum iniuriam.* Idcirco Carthaginenses, aduerso reluctantes fato, Sardinię populos ad rebellandum solicitabant. Perhibet Eutropius lib. 3. dum ait: *Carthaginenses tamen bellum reparare tentabant; Sardinienses, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant ad rebellandum impellentes.* Obijciunt Romani Consules, apud Apianum Alexandrinum in libro Libyco, Carthaginensibus Sardinię causam debellatæ. *Postea misistis exercitum in Iberiam, quo illam prouinciam debellastis; diripuistis & deprædati estis mercatores amicos, & confæderatos nostros, qui Iberiæ vrbes incolebant: & vt tantum flagitium celaretis, omneis ipsos pelago submersistis. Quæ nobis compertare, quod nostrum erat, vt iniuriam vindicaremus, effecimus. Vindicauimus itaque auferentes vobis Sardiniam insulam quam sæpe naualis industriæ studijs nobis eam surripere tentauistis.* Isthæc Romanorum alloquij Creia; seruata Apiani narratus anima, nostra reducta cothurno, ne vernacula, qua penes nos extat lingua, referamus.

An. M. 3727. *An. D. 2172.*

Sardi Romanorum potentię iugum formidantes ad pristinæ libertatis nobilitatem anhelantes, tota se virium mole tueri decertant. Quare cunctis Insulę finibus tyrannicum hostem extirpare, funditusque rumpos eiusce, auellere nixi Bastarem, & Pęnos qui Carthaginensium imperio præpollentes, aduenerant, militari, quod Sardinię adhibitum erat, pręsidio concito, in potestatem redactos, tolli è medio permiserūt. Narrat Polybius lib. 1. cuius verborum substantia hæc. *Illomet quoq; tempore deportati illuc milites, qui erant ad Sardiniæ custodiam, Mathonem Spendium imitantes, omneis, qui erant in Insula, Carthaginenseis adorti sunt: inarcemq; delatis, paulò post trucidarunt, ducem Bostarum, & qui cum eo erant. Misso deniq; in Sardiniam cum exercitu Hannone duce, conducti milites vnà cum Veteranis in eum extemplò conspirarunt, deinde magnis eum affligentes cruciatibus, crucifixerunt. Postea reliquos Carthaginenseis qui erant in insula cunctos occiderunt; omnesq; dehinc arces, & loca occupantes, eisq; dominantes, seditione inter ipsos, Sardiniæq; incolas orta, in Italiam expulsi sunt. Hunc in modum Sardinia excellentiæ, & magnitudinis insula Carthaginensibus rebellauit.* Idipsum M. Antonius Coccius Sabellicus, idq; idem referunt alij; quod nec pręterit Fara noster, qui inter alia, *huius,* inquit, *motus fama Carthaginem delata, confestim Hanno cum nouo exercitu est in Sardiniam missus. Hunc noui milites, inita in Sardinia*

cum veteranis coniuratione, cruci affigunt; nec duplici scelere contenti, tertium adiiciunt: quoscumque Carthaginensium, qui in tota insula fuere, ad vnum strangulantes, interficiunt; arcibus inde, & oppidis potiti, insulam nonnihil tenuere: legatosq; ad Romanos miserunt, insulam daturi. Orta postea inter eos, & Sardiniæ populos discordia, milites expulsi in Italiam abierunt; atq; ita Sardinia à Carthaginensibus contigit alienari.

Duo sunt hic notanda. Vnum Polybij, Sardiniam Carthaginensibus rebellasse, dicterium. Alterum deniq; inter milites, & Sardiniæ populos orta dissensio. Quòad primum, Polybius rectitudinis lancem torsit, fandiq; improprietate labauit: quin etiam secum ipse pugnauit. Qui enim, milites conductitios vnà cum veteranis in Hannonem conspirasse, eum cruci affixisse, tandemque arces & oppida occupasse, ac tenuisse, asseruit, pugnam sibi grauissimam subornauit, Sardiniam inquam sic rebellasse deducens. Nonne milites conspirant? Nonne ipsi periment, crucifigunt, arripiunt, retinent? Non igitur Sardi. Qui etsi permittant, non comittunt: quod si dandum: non inde rebellionis nota inurenda Sardinia: ita enim Prouinciæ aliæ, nobilitatis, & magnificentiæ claritate pręstantes, possent haud ægrè huiusmodi notis astrari. At nil dandum. Quippe rebellio in verum ac legitimum tendit dominum: quando nam veri domini Carthaginienses? Vnde num Sardiniam legitimè possedere? Post Thespiadas, vt supra ostensum est, libertate pacifica Sardi potiti sunt, & ad tyrannicum Carthaginensium vsque dominium, quòd legerimus, sibi à Thespiadibus ipsis indultam, libertatis gratiam conseruarunt. Hispania polo soloq; fidelis, apud Eutropium lib. 3. defecisse perhibetur, iis verbis. *Quare omnes fere Hispania ad eum* (Scipionem videlicet) *vno animo transierunt*. Notat Henricus hunc locum sic. *Tum verò omnes propè Hispaniæ populi inquit Liuius ad finem libri 3. huius belli) ad Romanos defecerunt*. Ioannes Stadius in Iulium Florum ad lib. 2. cap. 17. *Eam*, inquit, *M. Porcius Cato sortitus est; qui bellum ab Emporijs exorsus, totam citeriorem Hispaniam, quæ rebellauerat, pacauit*. Rebellio isthæc non quidem ingloria, sed laudabilis commendatur apud Florum, ibi in argumento, per hæc verba; *Hispania ægrè per 200. annos edomita est, ea virtus populi illius, ea laborum tolerantia fuit*. Ibiq; eisdem libro, & capite, pagellę sub medium, per hæc verba: *ferocissimas, & ad id temporis liberas gentes, ideo impatientes iugi, multo labore, nec incruentis certaminibus seruire docuerunt.*

Italia orbis decor, fidelitatis, virtutum, & scientiarum fęcundissima parens, altrixque atq; amplissima propagatrix, apud Eutropium, Liuium aliosque, defectrix interdū: nec exin vllum ei dedecus, nec inde quicquam inglorium nascitur. *Tum*, inquit Eutropius lib. 3. *multæ ciuitates Romanorum, quæ ad Annibalem transierant, se Fabio Maximo dediderunt*. Henricus hic ait. *Liuius, & Polybius, non eosdem populos enumerant, qui defecerint, & aliquando diuersa; vt Polybius Neapolitanos defecisse enumerat. Quos secus Liuius, ita de Tarentinis quos postea proditos ait, vt Metapontum ac Crotona: hic verò defecisse dicat, multas Ciuitates, vt Brutij, Lucani Tarentini*. Lustremus antiquarios, consulamus Liuium, Salustium, Eutropium, Iustinum Florum aliosq; scriptores, & prouinciales, & vrbicas crebrertimas, apud eos deprehendemus defectiones, nihil infamię, nihil dedecoris inferentes.

Carthaginienses inuasores illeges, obtentores iniqui; possessores tandem Sardiniæ perinfesti, ad defectionem calcaria perhibētes, tali sese dignantur obsequio, quod emeriti. Sardinia tamen cūctis prudentia ductis, apertę defectionis, si defectio iuris erat, notam vitat; Respublica equidem libera, à Thespijs, inquam, legitimis heris ac Regibus, libertate donata, vnde traducto iure potita, hocceq; vtendi non impos, tyranno æquè reniti poterat, & obsistere.

Animaduertendum: nimirum milites prędidiales, qui extinctis Carthaginensibus, Insulam tenuere, non quidem sibi sed ipsimet Sardinię communitati tenuisse. Enim verò lolensiū, Balarūq; apud Historicos exploratam strenuitatem, tam exili militum manui, tam imbellè tamq, inermiter cessisse: nec verosimile, neq; credibile iudicandū est. Erat tunc æui Sardinia adeò populosa, vt ad bellum aptissimorum incolarū 1000. numerum satis excederet: horumque aliàs atq; aliàs animum viresq; in Carthaginenses ipsos, quos toties effugarunt, pugnaque fregere, inuenimus apud Historicos celebratos. Obtinuerunt igitur, & tenuerunt milites pro Sardiniensibus Insulam, quò Romanis prodituri se comperti sunt. Tunc enim orto inter eos, Sardosq; dissidio, pulsi Sardinię Italiam petiere; vti nimirum de patria male meriti, ad quam sese conferre, ob rem sic prauè gestam, nullatenus ausi, fatis offusi, exterorum sibi gratiam quæsitarunt. Hoc temporis interstitio, Sardi pristina libertate potiti, iura magistratusq; sanciunt; hostilesq; aduersùs minas, & arma se muniunt, tutantur, oppugnant.

Cæterum, Annonis supplicij locus, ad mare proculdubiò propè Calarim mil. x. nostrę Maræ conspectu creditur, & absque fluctuatione firmatur. Vocant incolæ locum

cum hunc, vbi Anno crucifixus est, *su Runque Anni*, corruptèq; *Ganni* est enim iugum quoddam iuxta mare, portumque Sanctæ Luriæ; quem turris excubialis tuetur, *suturrenuraxianni* appellitata. Siquidem non procul à portu noracium fuit, cuius adhuc extant rudera, in eiusceq; montis vertice quō dam aliud: à quo monte, seu iugo, noraciū ipsum nomen asciuit, *de Anni*; ratio est; quia sicut in iugo ipso *de Ganni*, affixus est: ita & illo, qui propè litrus erat Noracio sepultus est Anno vnde sibi æternum comparans nomen, *Nuraxi Anni*, hoc est noracium Annonis, hucusque vocitatur Videto mi lector, qualis & quanta vetustatum sit dignitas, quam neq; temporum, casuumue potuerit vis eradere; quin adhuc rei vestigium retinens, lęsi, tametsi nominis etymon, sub latibulo corruptelę, cunctis posteris, conseruarit. Hò quę, quot, qualesque per illa campestria Calaritana, fortiter atq; strenuè gestas res! quot bella, quot arma, duceśq; quales, & quantæ victoriæ! Cruoris effusio qualis, & quanta!

An. M. 3731. *An. D.* 2176.

Romani ad Sardiniam, armis obtinendam totis viribus incumbentes nonnihil offlicti, genuino cedunt astus sed neque tepescunt Sardi; quin recens molestijs hostes afficiant, conflictentq; vincuntur tamē à Romanis Sardi, vt Bardi aliorum elogio fretus affirmat; *li Romani, furono molestati da Francesi, Sardi, e Liguri: contra de'quali andati i Consoli Tito Sempronio Gracco, e Publio Cornelio Faltone, gli superarono, e nel Piceno, vn fiume corse sangue*. De hoc Sempro. dubitamus.

An. M. 3733. *An. D.* 2178.

Sardi egregiè sese gerentes, suum fortiter ius tutantur, tuendaq; pro legitima libertate, vires neruosq; adeo conferunt, & contendunt, vt Caius Licinius Vanus, & Publius Cornelius Lentulus, Romani Consules, Sardiniam potentissima classe impetentes, nonnisi incassùm tempus obtriuerint, vanoque mare, terramq; studio verterint. *Vsciti*, ait Bardi, *li Consoli contra Sardi non fecero cosa notabile*.

An. M. 3734. *An. D.* 2179.

Romani hoc anno contra Sardos T. Mā lium Torquatum expediuere, deuictos imperio subegere. Bis enim ipse Sardiniam armis inuasit, vt ex Liuio 3. Dec. lib. 3. patet ijs verbis. *Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis Consul Censorq; fuerat, subegeratq, in Consulatu Sardos*. Quòd ipse hoc anno in Sardiniam destinatus extiterit, multi scribunt: refert Hieronymus Camaldulensis in sua Chronologia. Neque vilatenus fugit id quod Volterranus lib. 6. scribit dicens. *De ijs quàm varij sunt Annales: in alijs L. Cæcilium Metellum vicisse Sardos, & Corsos legimus, teste Festo Rufo, in alijs L. Cornelium Scipionem deruta Calari Sardiniæ vrbe, & Hannone superato de Sardis, & Corsis triumphasse*. Idq; à Fran. Robortello dictum ipsum non latet, quòd Metellus Sardos, & Corsos primus vicerit; sed hic nos verius obseruamus. Metellus enim anno 3759. costat Sardos quadam en ata occasione vicisse. Euicit Manlius omnes litrorales Sardinię vrbes, Campaniam Calaritanam, & Arborensem, vt è Scriptorum dictis elicimus, & firmamus. Iolenses autem, & Ilienses, inaccessibiles Insulæ partes, & loca tenentes, inexpugnabiles perstitere; eorumq; strenuitas hostibus formidabilis. Hacce de Manlij victoria, Caius Velleius Paterculus in historia Romana lib. 2. ait. *Sardinia inter primum, & secundum bellum Punicum, ductu Titi Manlij Consulis, certum cepit Imperij iugum*. Idipsum Franciscus Robertellus Vtinensis, de vita, & victu populi Romani, tom. 1. fol. 120. scriptis consignat. Bardi noster, fidelissimus, ac veracissimus temporum supputator: *Manlio Torquato, vscito contra Sardi, gli superò quest'anno, e triunfato di loro, &c.* Eutropius demum lib. 3. *Tito Manlio Torquato, C. Attilio Balbo Coss. de Sardis triumphatum est*.

Hoc ipsomet anno Roma pace, quieteq; potita, Iani Gemini clausit portam, Manliusque ingressus est lauriger, atque Magnificus triumphator. De pace, Ianiq; Ianuæ clausura sic fatur Orosius lib. 4. *Hoc anno porta Iani Gemini clausa est; quia nusquam eodem anno bellum erat; quod sub Numa solùm Pompilio Rege peruenerat. Hic demum nobis tacendum est*. Parcat Orosius errato defectionis anno, nō enim isthoc, sed subdito defectio: Iani autē portæ clausio, paxq; Romæ, hoc proculdubiò contigit anno. Eutropius hac de re clariùs, lib. 3. *de Sardis* inquit, *triumphatum est; & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt: quod bis post Romam conditam semel tantùm, Numa Pompilio regnante, contigerat*. Pens ait Henricus *ly semel tantùm*, commentatus hoc modo. *Semel tantù m; scilicet ante hoc tempus; quia nunc secundò, & sub Augusto, tertiò*. Latiùs Caius Velleius Paterculus in hist. Romana lib. 2. *Immane bellicæ ciuitatis argumentum, quòd semel sub Regibus; iterum hoc Tito Manlio Consule; tertiò, Augusto Principe, certe pacis argumentum Ianus Geminus dedit*. De Manlij

hac

hac tempestate acto triumpho, Eutrop. lib. 3. Franciscus Robertellus tom. 1. fol. 120. Hieronymus Bardi in Chronol. alijq; tum Veteres, cum Recentes.

An. M. 3735. An. D. 2180.

ROmani Sardiniam tot laboribus, & periculis comparatam, primam & Antesignanam, sibi Prouinciam consecrant: Pretoriam, inquam, solemnissimam, ritualem. Opus id ingens Marco Pomponio Ro. Cõsuli demandatum est, ab eoque in primariã præ dignitate, Prouinciam Romanorum, euecta est. Præ dignitate inquam: nimirum quòd, (in Apparatu) Mediterranei pelagi Insula facilè maior titulo decorata; coqua Aridę; Nationum Gentiumq; stadium, palęstra, brauium poliq; tandem soliq; diuitijs opulenta; Italię demum Gallię, Hispaniæ, atq; Africę clauis, & ianua: pacis postremò gerula, qua obtenta è vestigio pax sequuta; Ianus Geminus occlusus. In æternę igitur glorię monimentum, Sardinia, parens nostra, à populo Romano primatus Laurea redimita, Prouinciarum omnium extra Italiam, Princeps effecta est; eò quòd parta, tot Martij Vrbem leuarit ęrumnis; statumque ipsi tranquillitatis, & pacis inuexerit.

Sard. prima Prou. Pop. Rom.

Prouincialem Sardiniæ Principatum, eiusq; primatum, apud Illustres in re antiquaria viros compertum plurimos inuenimus: Onuphrius Panuinus de Imperio Rom. tit. Prouin. Sardin. Petrus Magnus de Repub. Rom. ibi in introduct. fol. 93. Pomponius I. C. in libris Pandectarum l. 2. §. *capta ; ff. de origine iuris.* Franciscus Fara de rebus Sardois alijq; tum veteres, cum Recentes; qui de rerum antiquitatibus agunt. Notitia insuper Dignitatum Romani Senatus expressè testatur Sardiniam primam Romani populi fuisse Prouinciam; quod annotans Guido Pancirolius eiusce Notitię scholiastes profatur hac serię. *Prima Romanorum Prouincia facta est Sardinia: ita Pomponius in l. 2. §. capta ff. de origine Iuris.* Is ipse Guido eodem Notitiæ Occiden. Imperij libro, iterum ait. *Prima populi Romani Prouincia à M. Pomponio est facta anno Vrbis 521.*

Hoc itaq; anno Gemini porta clausa, pręclarèq; gestis in Sardinia rebus, festiuis tota iubilis, triumphisq; solemnibus constrepęte, *Sardinia, Sardinia*, vicatim Roma proclamatur: & in Capitolio primarię Vrbis Prouincię titulo consecratur, insignijs decoratur, picturaq; Martis appensa phano strenui populi animos efferat, seq; ad plures, triumphosq; accendit, & excitat clariores. Ast, proh dolor, stabile paulò bonum pacis. Ecce Sardinia victa, Gemini portę clausæ; *furor impius intus sede sedens super arma, & centum vinctus ahenis, post tergum nodis fremit horridus ore cruento:* en iam iterum reseratę valuę; furor impius ardet, sede leuans, sese, rapit arma, solutus ahenis, post tergum nodis fremit horridus ore cruento. Post annum inquam erupit Mauors, portę Iani aperiuntur, togarum sinus Patres excutiunt, formantur phalanges, copię glomerantur, Spurijq; Caruilij Max. Consulis ductu, in Sardos, & Corsos adeo fulgurant, vt de ipsis tã facilem, quàm illustrem victoriam reportarint. Refert ex alijs Bardi in Chronol. V. mun. ętate.

An. M. 3736. An. D. 2181.

MArcus Pomponius, Rom. Cons. iniũctum sibi à Patribus munus exequitur, & in Sardiniam classe vectus, cum Iliẽsibus, ceterisq; Monticolis felicissimè preliatus, ad cohibendos eorum insultus, præsidia iugis adhibet, munimentaq; construit multis locis. Insignijt iste, non modò structuris, verùm & honoribus quoque amplissimis Insulam. Siquidem, & primariam Romę Prouinciam sanxit, & Pretorem fecit à Patribus ipsi constitui. Prætor verò Caius Flaminius primus fuit, qui solus solam absque Corsica Sardiniam gubernauit. Ita legitur libro Notitię: testatur cap. 53. Comment. Guido Pancirolius, in hæc verba. *Primus Prætor in Sardiniam missus fuit C. Flaminius, vt Solinus memorat*

C. Flaminius prim' Sard. Pretor

Non igitur fuit M. Valerius, primus Sardin. Pretor, vt Fara scribit, fol. 34. sed C. Flaminius. Fuit autem M. Valerius, qui primus vtramq; Sardiniam scilicet, & Corsicã insulam, Pretorio officio gubernauit. Citat Solinum Fara, sed reuera Solinus alio se se gerit elogio, vt Guido testatur: desideratum enim est nobis apud Solinum, quod Fara ex eo tradit elogium.

Verùm, quòd se hoc anno Pomponius in Sardin. contulerit, Chronologius verax noster Bardi ex alijs perhibet. Vnde cum ei Sardinię in Primariam tribuatur euectio, congruum est, vt eo met anno, completiuè credatur euecta. Æquiùs namq; doctissimus Camaldulensis quàm Fara temporum gerit lances. Ioannes Zonaras tom. 2. hist. relatus à Fara, priùs à P. Cornelio Adile, deinde à M. Pomponio, Coss. victos asserit Sardos. Et quidem Spurius Caruilius Max. vt tactum est, non verò P. Corn. fuit, qui ante Pomponium Sardos adegit, & Marte subegit.

Placeat quęso, quod nemo non credit; Gal-

Gallurensem Prouinciam, tunc temporis à Romanis Gemini Iani templi egregia decoratam fuisse structura; vndè & nomen traxisse non dubitant, à teplo *Tempus*, à Gemino *de Geminis*; loca o Idq; nimirum ad celebris, & gloriosæ pacis memoriam posteris æternandam.

Per hoc tempus Zonaras tom. 2. Annal. scribit P. Cornelium hunc, cum alijs morbo in Sardinia extinctum. *At, inquit, Carthaginenses bello d.lato, Sardos, dicto non audientes adorti, vicerunt; qui deinde à Carthaginensibus clam ad rebellionem incitati sunt. In Sardiniam P. Cornelium ædilem miserunt. Sardo nil modicum animis agitantes. Caruilius ingenti prælio subegit. Cornelius enim & multi milites, morbo perierunt.*

An. M. 3737. *An. D. 2182.*

MArcus Æmilius lepidus, & Marcus Oblitius Malleolus, Rom. Coss. vt Chronologia Camalduléfis varios Authores adducens, refert, in Sardiniam classe deuecti eum Sardis pugnant: victoresq; spolijs peronusti, Romamq; profecti, piratis à Corsis deprædati sunt. Sardos hosce, Iolenses Iliensesq; intellige; qui post ademptam à Carthagin. Insulæ libertatem, quietè nunquam degere; ciuilesq; discordias, bella, tumultus excire, nutrire nullatenus cessauere. Hæc, proh dolor, omnis imperijs clades: hæc Regnis pernicies; hęc planè extitium; hæc excidium vrbibus. Quales nam, opibus efflorentes, euerterunt, solo ęquarunt, diruerunt, exciderunt Resp. domesticę rixę, intestinaq; bella! Sardinia paruerat iam Romanis; Monticolę tamen prorsus impassi, Martiam diutius pestem cunctis populis inuexere. Ad serenanda igitur, Iliensium bellis obtexta nubila, Romanorum glorię splendor, Consules aduentâtes, Regnum in statu pacifico firmare curabât: atq; icciréo in Sardiniam tot aduentus, totque expeditiones, & prælia.

An. M. 3738. *An. D. 2183.*

Corsica Sardin. annexa. CAius Papyrius, Rom. Consul, contra Iliensium fragores emissus, fugatis ijsdem, omnia pacat & sedat. Hinc ad Cyrneos conuersus, eisq; cum omnibus prosperrimè prȩliatus, illam in prouinciam redigit insulam. Hoc ipsomet anno Sardinię, Patrum nutu, annectitur Corsica; Pretorq; ambabus insulis vnus describitur: Marcus, inquâ, Valerius; qui vtramq; primus administrauit. Habetur in libro Notitię Occid. Impijs verbis. *Prima populi Rom. Prouincia Sardinia, à M. Pomponio est facta: & biennio post, Corsica, à C. Papirio; sed vtraq; ab vno Pratore regebatur. Primus M. Valerius vtramq; administrauit.* Refert Fara Solinum hoc modo. *Anno 3735. M. Valerius fuit primus Sardiniæ Prætor Solino referente.* Solinum autem consultò reuoluimus, oculis tamen nostris huiusmodi rei elogium indignatum esse displicuit. Habes apud Baroum, hoc ipsomet anno in Sardiniam, & Corsicam, fulminantem, victorem triumphatoremq; Papirium: habes iterum penes alios, qui de Romanis fortiter gestis actitant rebus, (singillatim Plinium, & Valerium Max.) qui consuetam ipsum de Corsis eisdem in monte Albano triumphasse commemorant. Habes apud Sex. Ruffum, in Epitome Histor. Rom. Sigonium de Antiquo iure Prouinciarum, & apud Onuphrium Panuinum lib. Imperij pop. Rom. tit. de Prouin. Sardiniæ Corsicam his temporibus Sardinię attributam; & ex duabus vnam effectam Prouinciam; eamq; sub vno Sardiniæ nomine insignitam.

Fuit prętereà Carthaginensium tempestate, Sardinię Cyrnus annexa, vt Lucius Florus de gestis Romanorum lib. 2. in hęc verba testatur. *Hoc illustrior noster, &c. Cum iam Sicilia suburbana esset populi Romani prouincia, serpente latiùs bello, in Sardiniam, annexamq; ei Corsicam transit.* Nec dubium neque ambiguum tum Sardiniæ Carthaginensis dominari, t exactè apud Authorē eūdem, videri fas est.

Húc sub annum decem illi, quos à Romanis in Sardiniam missos, ex Onuphrio, & Pomponio Iuris Consulto, Fara Legatos tradit; ad perfectiorem Prouinciæ formam Insulam redegere vtramq; pariter insulam Sardiniam, & Corsicam scilicet, sub vnius insulæ nomine statuere vocari, hoc est *Sardinia*, Regnum, & Prouin. vna. Verum non vt ipse Farę scribir, nuper tum indita forma fuit: neque tunc illi recens legati Sardiniam Romano Magistratui subiecere. Quippe quępridem à M. Pomponio populi Rom. extra nimirum Italiam, antesignana simulque primaria facessita, Romano Magistratui administranda, iam erat.

Hocce sic ȝuo Sardinia nostra ab hisce legatis muniorum honorificentia decorata, institutis, ac legibus informata est. Annexa illi Corsica insula, Prouincia vna, ex duabus conflata coaluit; vtraq; sub vnius insulę nomine, Sardinia scilicet appellata. Ita Pomponius, iurisprudentię preditus facultate. in lib. Pandect. testatur. Pretor, Rationalis, Magister census, Prȩfectus annonę, Prȩfectus vigilum, Comes portus, Comes formarum, Curator operum maximorum, Curator operum publicorum, Curator statuarū, Curator horreorum, Centenarius portus, Princeps Cornicularius, Adiutor, Commētarien-

Q

tarienfis, ab actis, Primiferinius; feu Numerarius Cura epiftolarum, Regendarius, Exceptores Adiutores, Nomenclatores, Baftaga: nec non alia, quibus Romana Refpublica regebatur, officia, Sardiniefe Prætorium, ritu moreq; folemni inftitutum, in auctoritatem celebritatemq; maximam adduxere. Habentur hæc munia apud notitiam dignitatum, cum Pancirolij commentarijs.

Rationales Prouinciarum appellabantur illi, qui in Prouincijs canones arcæ largitionum debitos, & tributa, vectigaliaq; exacta, & exigenda fcribebant, eorumq; rationes quifq; in fua prouincia notabat: qui quidē Rationales fummarum, ideft pecuniæ, vocabantur. Confulito Iura, L. *fcire debemus*, 29. §. *de ver. oblig.* Ita accipitur fumma. Quādoque Rationales, aut Procuratores fummæ rei appellati. Sic Iulianus Apoftata. L. 7. C. *vbi caufa Fifcal.* Verecundum Rationalem fummarum nominat, ideft pecuniarū: Principis officium, feu cohortalis, habebat qui bona non foluentium tributa fub hafta vendebant. Vndecim erant Rationales in diuerfis Prouincijs. Nunc Sardiniæ, & Corficæ peculiaris adfcriptus; poftea verò, hifce pariter, & Siciliæ vnus idemq; conftitutus eft Rationalis. Hic, vt apud Iura, l. in l. c. T. commu. diuidun. legitur traditq; in fuis Commen. Pancirolius, Sardiniæ, Siciliæ, & Corficæ tributa exigebat: *ob vicinitatem*, inquit, Guido, *his tribus infulis vnus fufficiebat Rationalis.*

Prætor poteftate ordinaria fungebatur; à quo ad Præfectum Prætorio, qui Romæ degebat, Prouinciales caufæ appellabantur (vt patet l. 15. C. tc. de appell. itemq; ex Conftantino, qui ad Taurum Præfectum Prætorio Italiæ lib. 40. C. Theo. (de Decur. quem Italiam rexiffe Amianus affirmat) fcribens ita fatur. *De Sardinia, Sicilia, Campania, Calabria Brutijs, Piceno, Aemilia, & Venetia, & cæteris interpofitas appellationes, laudabilis fublimitas tua more folemni debebis audire.* Hæc Conftantinus Imp. qui Sardiniam primario loco nominat. Ad eundem Præfectum; & ad quæftorem palatij prouocabantur a Spectabilibus caufæ: Præfecti tamen officio litigantiū acta excipiente, & iudicata exequente. Duo tantùm infolidum erant Præfecti Prætorio Italiæ; quò diuifas; Valeriani temporibus, regiones habere cœperunt. Præfectus Italiæ in Principis comitatu degebat, ficut, & Præfectus Orientis Conftantinopoli; qui Præfecti Prætorio Comitatus vocabatur ita Guido. in Comment.

Baftaga onus erat transferendi res Principum, vel arma, commeatumue ad milites. Hæc vehi nauibus, equifq; folitum. Erat autem Romæ Præpofitus Baftagarum, cunctis fingulifq; Prouincijs deftinans, generifq; farcinas. Baftaga demum Græcum nomen eft, vigetq; hucufque apud Sardos, Sarcinigeros, imq; vilifq; conditionis homines, Baftazos; nuncupant.

An. M. 3739. *An. D. 2184.*

Prætore M. Valerio, populus Romanus Sardiniam, vti primariam, extra Italiam Prouinciam, priuilegijs inclytis colonijsq; Romanorum nobilitat, ornat, illuftrat. Calarim; quæ iugi Romani obfequio cernua extitit, Vrbem Ciuium Romanorum: Turres coloniam Romanorum fecundam; Sulcim tertiam, Vfellum quartam. Afferunt Calarim Romanorum Ciuium Vrbem, Plinius lib. 3. cap. 7. naturalis hiftoriæ. Dominicus Marius Niger in Geographia comment. 8. Francifcus Fara de rebus Sardois, fol. 53. Nigri hæc: *Calaris, ciuitas, (fine vt alij Carades) ciuium Romanorum, antiquiffima, atque cæteris huius infulæ digniffima.* Eadem Plinij ifthæc. *Calaris infuper facta eft Vrbs ciuium Romanorum, tefte Plinio.* Teftatur Francifcus defqui uel Archiepifcopus in Relatione ad S. D. Paulum V. Pont. Max. fol. 4. Dimas Serpi in Chronica SS. Sardin. Ioannes Baptifta Cetrillas in informatione ad Catholicam Maieftatem Philippi III. Ioannes Carnicer in tractatu Primatus Ecclefiæ Calaritanæ fol. 89. verbis Hifpanis iis. *El auer fido la ciudad de Torres colonia de Romanos, no arguye que fue mas noble, ni mas antiguâ que la de Caller, porque la de Caller tambien era coloniâ en el mifmo lugar, llamando la Calaris Vrbs Ciuium Romanorum; es harto mejor titulo, y arguye que no folo era colonia, y que Romanos venian à refidir y viuir en ella, però aun que todos los naturales della tenian priuilegio de fer ciudadanos Romanos, como fi dixera Caller, ciudad cuyos moradores y vezinos eran todos Ciudadanos Romanos. Lo que fin duda le deuio venir, por ver que era la mas noble, y cabeça del Reyno, y affi para eftablecer el imperio de la Isla, cuya fortificacion en fu mayor parte dependia de tener los Romanos obligada à la nobleza Calaritana, con femejantes honres y titulos.* Idipfum de Calari penes alios, fcriptis confignatum inuenies. Quequidem Romanis ædificiis, ijfq; maximè fuit hifce temporibus decorata. Capitolium, in vrbis extruhunt fronte, orientemq; verfus mole magnifica, Romano more, aftris educunt. Romano equidem more; ad Romani fiquidem Capitolij fimilitudinem, (vt apud Authores habemus, probatq; diffusè Ferdinandus de Mendoſa in confirm. Concil. Illiberitani) in Prouincijs Capitolia fieri moris erat. Extant hos ad noftros

ſtros dies eiuſce Capitolij non procul à littore monimenta, quę *Antigori*, vulgus appellat. Fuiſſe autem Calari Capitolium teſtantur expreſsè Mombritius in vita S. Saturnini; Ioannes Arca Scriptor fidelis, & verax, de ſanctis Sardinię lib. 1. fol. 5. in iſthęc verba: *Erat Apollinis Capitolium in vrbe Calaris ad orientis planiciem, littori maris propinquam, & Vrbis porta, cum illuſtri platea, quæ area Templi erat, Via Sacra, vel Apollinis, dicta, ad fontem quem appellabant, Nouum; Extat adhuc non contemnendum fragmentum, latericio extructum opere.* Teſtantur alij Recentiores, vigetq; traditio antiquiſſima vniuerſalis, Calaris eiuſque diſtrictus, imò & partis inſulę potioris. Amphitheatrum quoq; ſub fimbrijs, eo qui Palabanda loco dicitur, ędificarunt, cuius hucuſq; veſtigia perviſuntur, Orcheſtræ, & & gradus ad Auſtrum: Meminit Dimas Serpi, lib. 1. fol. 68. huius Amphitheatri, *Palabanda*, inquiens, *donde ay vn Colliſeo que haſta oy ſe vee con ſus grados como los demas, que los Romanos ſolian edificar en las ciudades que eran cabeças de Prouincia, como lo edificaron en Roma, en Sagunto, en Tarragona, y en otras ciudades.* Hactenus Serpi. Huc ſubmeat, quę ſubterraneas per fauces tranſit, ſpelunca, ab ipſis nempè Romanis de Martis caſibus prouidentibus, excauata. Extant pręterea circum circa multę cauę ſpeciæq; belluarum, ad ludos, atq; ſpectacula, Romæ more: puteus demum dulciſſimę ſaluberrimęq; aquę; quem proculdubiò ad gentium, quę ſpectaculis aderant, commodum, Romani ipſi fodiſſe creduntur. Appellitant Sardi Amphitheatrum iſthoc. *Centusſcalas.*

Ædificarunt etiam Romani turres, & arces; ſed enim quia Carthaginenſes Elephantis turrim extruxerant, aliam ipſi ędificare curarunt, Aquilę turris dictam. Haſce ſęculis reuolutis, bellorum concuſſibus erutas Piſani readificarunt; marmoreumq; Elephantem vni, marmoreamq; Aquilę alam, turri alteri, Carthaginenſium ille, Romanorum hęc monumenta, fabrefactilia poſuere. Fuit in illis, in quo eſt hodie, montis vertice, arx munitiſſima, Iolai Regis à ſæculo condita. Innuunt Antiquarij, ratio ſuadet. Non enim abſq; pręſidio, vrbem huiuſmodi, maris ad littus, ſtructores Antiqui maximè Grę́ci, (pręſertim tot in Aſia tot in Africa; totq; talium tantorumq; temporibus pręliorum) condere debuiſſe exiſtimandi. Fuiſſe autem Carthaginienſium quoq; caſtrum Calari, è Polybij verbis elicitur; qui lib. 1. ſic ait: *Per idem tempus conducti milites, qui Sardiniam cuſtodiebant, Mathonem ac Spendium imitati; Carthaginenſes omnes, qui in Inſula erant inuadunt. Boſtarem Ductio, ac reliquos qui cum eo erant in Arcem adductos, paulò poſt obtruncant.* Dux autem Calari erat; ibi enim pręclariſſima vti vrbe (quam ſibi ipſi in Regiam domumq; Senatoriam conſecrarant) inſulæ gubernator, militareſque Proceres reſidebant; vt ex dictis Scriptorum elici poteſt: experientia docet, requirit Politica. Ædificauere Arcem eandem Piſani deinde, inclytis eam illuſtrantes decoribus.

Rem propemodum attigit Seraphinus Squirro Minorita, dum in *Sanctuario de Caller*, lib. 2. cap. 19. ante Piſanos Eccleſiam B. Cęcilię in ſuperiori montis vertice fuiſſe aſſeuerat, ijs verbis. *Porque antes que los Piſanos edificaſſen eſte templo, auia en el miſmo lugar vna Igleſia, dedicada à Santa Cecilia de la qual no quedaua ſino vna ſola Capilla, que haſta oy ſe halla.* Progreditur ipſe à Romanorum ſęculo, Cęcilię huic; (non Romanæ quidem ſed Calaritanę Matronæ) templum illud extructũ fuiſſe, viriliter aſſeuerans. Amplectimur vltrò, libenter ſubſcribimus; Cęciliamq; hanc Martyrem Calaritanam, credimus fide pia; templumq; illud vnà cum cęteris peruetuſtis extructum; quin etiam eiuſdem viuenti Cęciliæ templum idipſum, fuiſſe domum. Antiquitus tamen Arx Calaris vicinior erat Vrbi, quo nunc piſcatorium forum; quo nunc Regium vectigalium telonium, loco, *Turris Leonis*, inſcripto. Erat enim locus hic, Regia, quam Reges Prætores, & Pręſides incolebant: non modò Carthaginenſium Romanorumq; & Sarracenorum, itemq; Piſanorum, verùm & Aragonum quoque tẽporibus. Tãgit Serpi veraciſſimus, ac fideliſſimus Choroniſta, ſic fatus. *Edificaron los Piſanos vna torre para morar el Preſidente de la Isla, y le puſieron por armas vn Leon de marmol, y ſe dize la torre del Leon; y que ſea eſto verdad, los años paſſados hallaron vn Leon dentro de la pared cauando para hazer vna alcoua en el grueſſo della; en la qual torre del Leon, ſolian eſtar los Vireyes, ſegun los viejos, y antiguos deſta Ciudad lo han alcançado, y de ſu parecer lo digo. En eſta ſuele eſtar agora el Procurador Real del Reyno.* Hæc ille lib. 1. cap. 2. Chron. fol. 5. Dixiſſet meliùs, Serpi, *reedificaron, o acrecentarõ los Piſanos* quã *edificaron.* Non enim arx illa vnquàm defuit ipſo quo nunc dierum inſidet loco.

Fecerunt quoque Romani Fontenouũ, ſic dictum, alios Priſcis constructos hoc nomine referentem. Erat fons iſte iuxta S. Saturnini Templum; cuius aqua per ſublimium fabrefactis arcubus aqueductum ab Occidenti tractu per ampliſſimas leucas affluebat. Quorum arcuum fragmina ad noſtros adhuc permanẽt dies. Meminit aquęductus huiuſce Franciſcus Ferreti libro de arte Militari, fol. 128. Meminit Fontisnoui Ioan-

Ioannes Arca de 55. Sardin. lib. 1. fol. 5. *via sacra, inquiens, vel Apollinis dicta, ad fontem, quem appellabant, Nouum.*

Via sacra, quę à triumphali porta Capenna (ab Iberis lesè, Cabe...a dicta) vsque ad aream Apollinis templi per Sancti Saturnini tractum, ingentibus strata lapidibus veniebat. Testantur Mombritius, & Ioannes Arca viam hanc sacram, in hist. S. Saturnini. *Alij autem per viam Sacram, &c.* Mombrit. *Itaq; magna cum pompa, magnaq; lætitia celebrabant ex more, per viam Sacram vsque ad Fontem nouum ornatos lauris tauros.* Arca.

An. M. 3740. *An. D. 2185.*

SArdiniam Consularem Prouinciam factã, sortitus est C. Attilius Regulus Rom. Conf. vt ex Polybio, & Cuspiano elicitur, refertq; Fara. Extemplò Consul in Sardiniã nauigauit, ibiq; anni fermè dimidium ducens moras, Proconsulem creauit; ingentesq; copias comparatas in Italiam deuehit. Nauigationem habes apud Polybium verbis ijs. *Vnus verò Prætorum profectus in Hetruriam iussus, quòd alter Consulum C. Attilius principio Consulatus, fuit in Sardiniam cum classe nauigarat.* Exercitus iste ab Attilio in Sardinia glomeratus, contra Gallos, qui per Italiam tũc temporis grassabantur, Pisas delatus est. Audi Polybium ipsum. *Per idem tempus C. Attilius alter Consul, qui nuper ex Sardinia cum exercitu Pisas venerat, expositis in terrã copijs, &c.* Cecidit Consul fortissimè dimicans, eiusq; caput ad Reges Gallos delatum est. Nec ob eam rem Sardoi equites animis cecidere, sed longè atrocius prælio incumbentes, tãdem non solum collem, quem tenebant, tutati sunt, verùm etiam Gallorum equitatum omnẽ fuderunt. Vide Polybium loco citato. Nec subtrahat quis, huiusmodi fortiter gestæ rei decus, & gloriam Sardo militi, quòd Romanis Auctor dicat; patet enim Sardos ibi nomine Romanorum intelligi, cum verum sit Attilium Cõsulem, (de quo eiusq; exercitu, ibi est sermo) è Sardinia copias, equitatumq; duxisse; nec alias, quam eas, quas è Sardinia detulit, copias secum habuit, vt ex eodem Auctore Polybio satis cõstat: cuius verba hic nõ inserimus, tres enim ex ijs pluresue pagellas implerent: vide illum. Principiò Sardi cum Taurinis, Boijs, Carrisq; & quę circa Padum habitabant, gentibus, strenuissimè præliati sunt. Perempto Attilio, Sardous peditatus accessit, & sub Æmylij imperio validè dimicauit. Audi Polybium de peditatu Attilij iam enecti, loquentem. *Interea cum peditum inter se acies appropinquassent prælium commissum non modò præsentibus visu, verum etiam cæteris auditu horrendum, mirabileq; futurum.* Pergens vlteriùs, *Perierunt*, inquit, *in eo prælio quadraginta millia Gallorum, decem millia duntaxat; inter quos & Congolitanus Rex fuit, viui in potestatem Romanorum peruenere. Alter verò Gallorum Rex Aneroestes, cum in propinquum locum, paucis quibusdam comitantibus, fugisset, non longè post, omnes sibi mortem consciuere.*

An. M. 3741. *An. D. 2186.*

QVinquennio Cõsularis Prouincia Sardinia perstitit, ab anno videlicet 3740. vsque ad 3740. vsq; ed 3744 Quibus Romanis Consulibus Insula Proconsulem ei annuum adscribẽtibus recta est. Hieronymus Bardi anno 3741. à Prætoribus Thusciæ Sardiniæ res ordinatas compositasq; fuisse scribit. Vnde sequeretur non Proconsulem, sed Prætorem annuum Sardiniam administrasse. Quod nos penes aliter carpitur; nimirum non Prætores Thusciæ, sed potiùs, dictum iam, Consulem C. Attilium, tempestate illa, seditionem apud Sardos abortam, compositam sedatamque fuisse, sentimus Ioannes Cuspinianus in Aurelij Cassiodori comment. *C. Attilius, ait, in Sardinia Insulanorum motus composuerat. Reuersus tamen Pisis copias exposuit.* Memorant etiam Polybius, & Sabellicus. Hanc eandem, illam, quam Bardi refert, asserimus, & firmamus.

An. M. 3745. *An. D. 2190.*

GRassante Annibale; Cornelius Mammula, Sardiniæ Proprętor, ad Senatum ex Insula scribit, ueque stipendium neque frumentum militię suæ ad diem dari, neque vnde detur, esse: magnoq; suadebat, vt quã primum ea mitterentur ubiq; si ita videretur, ex nouis Prętoribus successorem mitterentur sibiq; si ita videretur, ex nouis Prætoribus successorem mitterent. Hæc à Mammula ex Sardinia scripta in Senatu recitata sunt, vnà cum Octacilij Siciliæ Proprætoris literis, quarum series ipsamet fermè erat, quæ & Mammulæ. Erant Prætores, M. Æmylius, & L. Furius: qui tunc ex Africa cũ classe Lilybeum venit, grauiter sauciatus, & in vltimo vitæ discrimine constitutus. Isque verè Pretor Sardiniæ erat. Audi Liuium Dec. 3. lib. 3. *Lucium Furium Prætorem cum classe ex Africa Lilybæum venisse, &c.* subditq; inferiùs. *Eademq; de stipendio frumentoq; ab A. Cornelio Mammula Proprætore ex Sardinia, scripto. &c.* Senatus, tam Octacilio, quàm Cornelio, non esse vnde mitterentur respõdet,

& vt ipsi classibus, atq; exercitibus suis consulant, iubet. *Responsum vtrisq; non esse vnde mitteretur: iussq; ipsi classibus, atq; exercitibus suis consulerent. Cornelio in Sardinia ciuitates sociales benignè contulerunt*. Hæc loco citato Titus Liuius: quem penes plurimùm Sardiniæ benignitatem, & fidelitatem commendatam habes: quod iam non ceterùm. Cum enim de Octacilio Siciliæ Proprętore loquitur, isthæc præbet. *Octacilius ad vnicum subsidium populi Romani Hieronem legatos cum misisset; in stipendium quantum argenti opus fuit, & sex mensium frumentum accepit*. Diffusiùs de iis. M. Antonius Coccius Sabellicus in lib. Ennead. Hunc sub annum prodigia; illa quæ Liuius, Orosius, & Sabellicus referũt, in Sardinia visa sunt. *In Sardinia*, inquit Liuius, *in muro circumeunti vigilias equiti Scipionem, quẽ manutenuerat, arsisse; & littora crebris ignibus fulsisse, & scuta duo sanguinem sudasse, & milites quosdam ictos fulminibus, & solis orbem minui visum*. Hæc ille Dec. 3. lib. 2. Orosius autem lib. 4. *In Sardinia sanguine duo scuta sudauisse &c.*

An. M. 3746. *An. D. 2191.*

QVintus Mutius Sceuola Sardiniæ Prætor adscribitur teste Liuio, ibi. *Ap. Claudius Pulcher Siciliam; Q. Mutius Sceuola Sardiniam sortiti sunt*; Decad. 3. lib. 3. Is Insulam cum accessisset administrationẽ, prudenter iniit; resq; dexterrimè gerens, morbo decubuit; inceptaq; deserens, Romam suas cum Cornelio literas destinauit, vt rebus Sardiniæ Patres consulerent. Accipito Liuium Dec. 3. lib. 3. *Roma cum Aulus Cornelius Mammula ex Sardinia prouincia decedens, retulisset, qui status rerum in Insula esset, ad bellum ac defectionem omnes spectare: Q. Mutium, qui successisset sibi grauitate cœli, aquarumq; aduenientem exceptum, non tam in periculosum, quàm longum morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam, inutilem fore; exercitumq; ibi, vt satis firmum pacatæ Prouinciæ præsidem esse; ita parum bello, quod motum iri videretur.*

Annus hic belli Punici secundi tertius erat; quo quidam Harsicoras non Sardus, sed in Sardinia opibus longè primus, Iliensium atq; Balarum animos solicitauit, vt ad Carthaginenses deficerent. Liuius rem istã sic euoluit. *Erant qui Magonem cum classe ea, copiisq; omissa Italia, in Hispaniam auerterent, cum Sardiniæ recipiendæ repentina spes affulsit. Paruum ibi exercitum Romanum esse, veterem Prætorem inde Cornelium, Prouinciæ peritum, decedere, nouũ expectari. Ad hoc fessos iam animos Sardorum esse diuturnitate imperij; & proximo iis anno acerbè, atq; auarè imperatum; graui tributo, & collatione iniqua frumenti oppressos; nihil deesse aliud, quàm Authorem, ad quem deficerent. Hæc clandestina legatio per Principes missa erat, maximè eam rem moliente Harsicora; qui tum auctoritate atq; opibus longè primus erat.* Eutropius autem lib. 3. ab Hannibale Carthaginensium duce solicitatam, Sardiniam Romanos deseruisse, tradit. Volaterranus tandem ab Harsicora Rege Sardiniæ. Hinc re satis vera negotium omne sordescit neq; ex Liuij Eutropij minusq; Volterrani, ex dictis Sardiniam Romanos deseruisse; Sardosq; clandestinam legationem ad Carthaginenses misisse, probari potest Harsicoram, Principesq; illos Sardos fuisse Liuius neq; exprimit, neq; innuit. Principes enim titulis tunc temporis in Sardinia decorati, tametsi erant, non eo quidẽ dicti nomine nisi in populos ditionem exercerent. Quis si Principes pro Primariis, & optimatibus accipiatur non ideo sequitur ex eadem natione fuisse; cum insulam ex omni gente, & natione (tumq; nuperrimè Thusca, Sicula iberaq;) cultam esse non lateat. Cum igitur Liuius neq; Harsicoram, rem molientem, neque Principes, clam legantes, Sardos fuisse nec asserat, neq; innuat Sardos fuisse dicere, temeritas ingens esset. Nonne idem lib. 8. Liuius secundę aciei milites, ex robustiore ferè ętate collecti, & armis maximè insignes, Principes vocitat? Consule ipsum; adito Ambrosium Calepinum, verbo Princeps: *in militia Romana*, inquit, *Principes dicebantur secundæ aciei milites, ita Liuius lib. 8.* Vbi quęso Liuius Principes nuncupauit, principales, primoresue homines? Quod legerimus Principes vbiq; vocat, qui populis principantur, & locis. Nec est audiendus Iacobus Nardi in Thuscum è Latino idiomate, Liuii Decadum traductor; is enim ly Principes in *li Principali*, trãstulit: quod etiam de Principibus militiæ intelligi debet. Patet latius, pellucetq; verum, Principes illos, Sardos natione non esse; clarior siquidem Sardoę gentis nobilitas, Calari, vti Regni Regia, Vrbeq; ciuium Romanorum; Turribusq; veluti Romanorum colonia, residebat. Atqui Calaris, atq; Turres constantes iugiter atq; stabiles fidelitate fuere: hinc est, quòd Principes à Liuio nominati, Proceres Sardi non fuerunt. De Calaris fidelitate liquet apud eundem Liuium Decad. 3. lib. 3. ibi, *Manlius nauibus longis ad Calaris subductis, &c.* per totum: fulgentiùs atq; lucidiùs, quin & clariùs ibi. *Cæteris vrbs Cornus eadem, quæ ante, fuga receptaculum fuit; quàm Manlius victore exercitu aggressus, intra paucos dies cepit. Deinde aliæ quoq; ciuitates, quæ ad Harsicoram, Pœnosq; defecerant, obsidibus datis, dediderunt sese. Quibus stipendio frumentoque imperato pro cuiusq; viribus, aut delicto; Calaris*

R exer-

exercitum reduxit. Ibi nauibus longis deductis, impositoq; quem secum aduexerat milite, Romam nauigat En, qua sese Calaris suos erga Dominos, fidelitate firmarat; eccere Calaris Romanotum sinus & gremium; receptaculũ, anchora, fulcimentum, in reiq; tam grauis vrgentissima tempęstate, tutela. De Turribus, etsi non pateat, creditur.

Eutropio autem hac in re fides accomodanda non est; cum tot scriptorum elogijs proditum sit; Prætores fuisse, omnimodo longè interstitio misso, Sardiniam moderatos; vt passim ex Liuio, Polybio, Sabellico, alijsq; exactè probatum habes. Non igitur Sardinia Romanos deseruit, sed (vt veriùs atque veraciùs Liuius retro ibi. *Roma cum Aulus Cornelius*) eos deserendi in discrimen adducta est, Carthaginensium scilicet astu, solertia, vicinitate. Dixisset melius Eutropius, aliquas Sardinię (non verò Sardiniam) ciuitates, deserturisse (nõ autem deseruisse) Romanos. Mirum ne, quòd nondum firmare nescia gressus, labet puellula? Nouum paries recèns structus aliquam trahat rimulam? Peregrinum, vento procellisq; vtrinq; agitata, nutet ad ima ratis? Similis planè Insula Carthaginensium hinc, Romanorum illinc armorum turbine conuoluta, excussa, concussa, proflicta, adhuc in fascia tenerisq; vnguiculis, Prouincia, puellascens, in aliquo sui corporis membro labare, deficereq; visa vitio verti non debet. Quandoquidem dum in fieri res versatur, quò in facto esse constituta sit, perfectionis gradum attingere nullatenus potest. Accipe Franciscum Robortellum, Vtinensem, *de vita, & victu populi Romani*, tom. 1. fol. 120. ita fatum. *Sed in historijs obseruandum; quando prosperè pugnatum quando rebellatum, quando debellatum: tunc Prouincię fiebant.* Dedecus nullum Sardinię nostrę, quòd aliquę ciuitates labarent, dum caput ipsius, Calaris inquam, firmum, stabile, atq; immobile perdurauit, perstitit, perseuauit adeòq; restitit, vt eius Florentissima pubes Romanis copijs, quas Manlius classe deuexit, ad pręlium sit annexa; Calariq; profectus, Calarimq; reuersus exercitus fuerit. Habes apud Liuium Calaritanum decus Romę cernuum, in Harsicoram defectionis Auctorem armis fulgureis, atq; victricibus erupisse. Habes nec non ex ipsismet Liuij verbis, Calaritanos suis militibus aggregasse innuens, ita fatur. *Calaris exercitum reduxit, ibi nauibus longis deductis, impositoq; quem secum aduexerat milite, Romam nauigat.* Nota *Calaris exercitum*, non enim, ait, Calarim exercitum reduxit; sed *Calaris exercitum* (ita vetustissimus codex Biblioth. Florent. sub stem. F. *Nil candidius*; in fine libri) igitur Calaritani erant milites. Quod etiam clarius, eiusdem Liuij verbis illis, *à Pratore exercitu accepto*, Prętor siquidem Q. Mutius, tametsi æger, quem conflarat, exercitum dedit Manlio. Duos igitur teste Liuio exercitus habuit Manlius Roma deuectum, & Calari glomeratum. Cęterum, quòd Calaris firmum tutumq. robur fuerit, Romanisq. suis tum dominis, fidelissima; ex eo, quòd Asdrubal Calarim ad eius agrum populandum, profectus fuerit, exploratur. *Manlius*, inquit Liuius, *post famam appulsæ Punicæ classis, Calari se recepit: ea occasio Harsicoræ data est, Pœno se iungendi. Asdrubal, copijs in terram expositis, & classe remissa Carthaginem, Duce Harsicora, ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus* (hic ager, non alius quàm campestria Calaritana; Corni siquidem, & finitimorum locorum regiones ex liuio patet, inimicas tunc Romanorum) *Calarim peruenturus erat; ni Manlius obuio exercitu ab effusa eum populatione fuisse.* Visum oppidò, notum plenè, nulla iam Calarim nota posse defectionis inuri.

Volterrani demum expendentes elogiũ, Harsicoram Sardorum testans Regem, velut à fide respuimus alienum, Carthaginensium etenim Romanorumq; æuis, Sardinia Regem non habuit: nisi velimus Harsicorã isthunc Iliensium Ducem fuisse Regioq; titulo sic insignitum. quemadmodum, & exercituum Duces, Imperatorio; Harsicoras ita Iliensium, Aconitorũ, & Balarum Princeps Rex appellatus est. Aliter Volterrani dictum stare non potest. Cautè Faram legas: ibi nimirum, *Principes Sardorum*; non enim Principes Sardi, ait, sed, *Sardorum*; qui & Iliensium, Balarumq; duces eorumq; militię arcium denique presidiorumq; apices, (qui re quidem vera Sardi non erant) intelligi possunt, prout intelligendum ducimus, æquiori.

Carthaginenses igitur clandestina de Sardinię rebus legatione suscepta, Magonem cum classe sua, copijsq; in Hispaniam mittunt: in Sardiniam verò Asdrubalem cognomento Caluum deligunt Ducem; & tantum ferme copiarum, quantum Magoni decernunt (Liuij ore loquimur) Aderat iam Romę A. Cornelius Mammula; quiq; in Sardinia esset rerum status, Patribus nuntiato, decreuerũt Patres, vt Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet: eamq; legionem primo quoque tempore in Sardiniam traijciendam curaret; mitteretq; cum imperio, quem ipsi videretur: qui rem gereret: quòad Mutius cõualuisset. Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis Consul, Censorq; fuit,

sub-

subegitq; in Consulatu Sardos vt diximus supra. Asdrubal interea Dux in Sardiniam velificans, fœda tempestate vexatus, ad Baleares insulas ducitur; ibiq; (adeò non armamenta modò, sed etiam aluei nauium quassati sunt) subductę naues dum reficiuntur, aliquantum temporis triuit. Accesso in Sardiniam, T. Manlius Proprætoratum, Q. Mutij ob ęgritudinem susceperatq; ab ipso Mutio Prætore omissas, aggreditur, administrat. Hinc extemplò longas subducit Calarim naueis, naualesq; socios armat, vt terra rem gereret: à Prętore iam prius instructam accipiens aciem, duo & viginti millia peditum, mille & ducentos equites conficit.

Cum his peditum equitumque hostilem profectus in agrum, haud procul ab Harsicoræ castris castra posuit. Harsicora tum forte profectus erat in Pellidos Sardos (hoc Liuius epitheto vocat montanos populos Ilienses, Balaros, & Aconiros quia pelliti plures incedere soliti: vnde Harsicoram Montanorum eorum Ducem fuisse, clariùs elucescit) ad iuuentutem armandam, qua copias augeret. Henric. Glareanus Loritus in Annot. in T. Liu. lib. 24. ait. *In Pellidos Sardos: non memini id nominis apud vllum Geographum lectum. Sed vel antiquitate abolitum, aut corruptum fortasse, vt sunt in hac Decade pleraque.* Teguntur prisco de more parentum, Montani illi animalium pellibus; vernaculè *peddizzonis*, ab Herculis, forsan Arini diebus: qui pellitus incessisse scribitur. Filius eius, nomine Hiostius castris præerat. Is adolescentia ferox, temerè prælio inito fusus, fugatusq; ad 30. millia Sardorum eo prælio cęsa; mille trecenti fermè viui capti. Alius exercitus primò per agros, syluasq; fuga palatus: dein, quò Ducem fugisse fama erat, ad vrbem nomine Cornum, caput eius regionis, confugit. Debellatumque eo prælio in Sardinia esset; ni classis Punica cum Duce Asdrubale, quę tempestate deiecta, ad Baleares erat, in tempore ad spem rebellandi, aduenisset. Manlius post famam appulsæ Punicæ classis, Calarim se recepit. Ea occasio Harsicoræ data est Pęno se iungendi. Asdrubal copijs in terram expositis, & classe remissa Carthaginem Duce Harsicora, ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus, Calarim perueniurus erat, ni Manlius obuio exercitu, ab effusa eum populatione continuisset. Primò castra castris modico interuallo sunt obiecta. Deinceps procursationes, leuiaq; certamina vario euentu inita; postremò descensum in aciem signis collatis, iusto prælio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pęni Sardis fecere; postremò & ipsi,

cum omnia circà, strage ac fuga Sardorum repleta essent, fuii. Ceterùm terga dantes circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. Cędes inde magis, quàm pugna fuit. Duodecim millia hostium cęsa: Sardorum simul, Pęnorumq; ferme 3. millia, & 700. capti: & signa militaria septē, & 20. Ante omnia clarani, & memorabilē pugnam fecit Asdrubal Imperator captus, & Hanno, & mago; ex gente Barchina propingua cognatione Annibali iunctus. Hanno auctor tumultus, huiusce rebellionis, & belli, haud dubiè concitatur. Nec Sardorū Duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. Nam & filius Harsicorę, Hostius in acie cecidit; & Harsicoras cum paucis equitibus fugiens, vt super afflictas res, necem quoq; filij audiuit, nocte, ne cuiusquam interuentus cęptum impediret, mortem sibi consciuit. Cęteris vrbs Cornus eadem, quę ante, fugę receptaculum fuit. Quam Manlius victore exercitu aggressus, intra paucos dies recepit. Deinde aliç quoque ciuitates, quæ ad Harsicoram, Pęnosq; defecerant, obsidibus datis, dediderunt sese, quibus stipendio frumentoque imperato, pro cuiusq; aut viribus, aut delicto, Calarim reduxit exercitum; ibiq; longis deductis nauibus, impositoq; quem secum aduexerat milite, Romam nauigat, Sardiniāq; perdomitam Patribus nuntiat, & stipendiū quæstoribus, frumentum ædilibus, captiuosque Fuluio Prętori tradidit. Hæc Liuij series de hoc bello.

Eadem ferme Coccij Sabellici narratio est, lib. 3. Enead. 5. *Carthaginenses, inquit, audita clade in Hispania accepta, populorumq; ad Romanos defectione, Magonem fratrem Hannibalis, cum duabus & 20. millibus peditum. & quingentis equitibus, & aliquot Elephantis in Hispaniam mittunt, & si copiæ illa ad hoc parata erant, vt cam ijs ille in Italiam traijceret: & Asdrubalem Caluum in Sardiniam ire iubent; cui tantundem copiarum decernunt. Sardi tributo, & collatione frumenti à Romanis eo anno pressi, ad Pæaos, Harsicora Insulanorum longè principe, instigante, studia conuerterant: factaq; Carthaginensibus occultè spes per Principes ciuitatum, fore vt si exercitum in Insulam mitterent, eam sine aliquo maiori certamine reciperent. Tulerunt idcirco prosperè Regis mandata; sed prius æstas circumacta est, quàm ex Macedonia quidquam moueri potuerit. Nolæ, vt priore anno Senatus Romanus erat, plebs ad Pænum inclinabat. Quo metu M. Marcellus Propretor cum his copijs quas habebat, est à Fabio Consule missus T. Manlius in Sardiniā. Eodem ferme tempore cum supra veteres copias ex sociorum auxilijs, ad duo & 20. mill. peditum sub signis haberet; equites mill. & 300. capti: fusseq; haud dubiè vno secundo prælio in Sardinia debellatum;*

tum; nisi Asdrubal sub id tempus ex Balearibus, quò fuerat tempestate compulsus, cum classe & exercitu affuisset. Manlius audito appulsu, Calarim se recepit; & Harsicoras se cum Asdrubale iunxit. Nec ita multis interiectis diebus, haud procul à Carali, collatis signis Manlius cum hoste, atroci praelio conflixit. Quatuor horis dimicatum, fortuna neutri inclinante. Postremò Romanus victor ad 12. mill. hostium, Pœnorum, Sardorumq; interfecit. Tria mill. & 200. sunt capti; & in eis Asdrubal Imperator, Hanno, & Mago, Barchini sanguinis, Hannibali propinqua cognatione iunctus. Harsicoras, qui praelio viuus excesserat, audita filij morte, sibi manum intulit. Manlius Cornu vrbe, quae caput belli fuerat, alijsq; vrbibus, quae defecerant, receptis, pacatoq; Insulae statu, cum ea classe, qua venerat, Romam reuersus, Sardiniam domitam, pacatamq; Patribus nuntiat. Hæc Sabellicus.

Cornus belli caput, vt ait Sabellicus, fuit: ibiq; Asdrubal classem subduxit, ibi suas in terram exposuit copias: eoq; se effugæ recepere. Verū certamen hoc dirum in illis Græcij spatiosissimis campis gestum est. Asdrubalis copiæ à Sulcidis, Cornique littoribus, campestria ipsa operuerunt: Harsicoræ verò exercitus, Arborensi è tractu, Manlio ingruit; & inter Vras, & Oristaneum conflictus extitit Hostio Duce: dum pellitorum monticolarum ad armandam pubem sese contulerit pater. Certamen aliud, quum Harsicoras Pœno se iunxit prædicto iam loco, Græcij nimirum campestribus, initum peractumq. est.

Expositq. vt diximus à Duce Asdrubale, in terram exercitu, classeq; remissa Carthaginē, à T. Octacilio Pretore classisq; Rom. Ductore, naues multæ propemodum dissipatæ sunt. Perhibet relato loco Sabellicus in hęc verba. *Per id tempus T. Octacilius cum 50. nauium classe ex Sicilia in Africam transgressus, Carthaginensem agrum populatus; cum in Sardiniam tenderet, quò audiuerat Asdrubalem, ex Balearibus profectum, fortè incidit in naues, quas exercitu in terram exposito, ille ex Sardinia domum remiserat. Ex his Octacilius septem cum socijs naualibus captis, reliquas in alto, fuga dissipauit.* Hisce met Liuius agit verbis; tametsi parum discrepat; *Per idem*, inquiens, *tempus T. Octacilius Prętor, quinquaginta nauium ab Lilybęo classe in Africam transuectus, depopulatusq; agrum Carthaginensem, cum Sardiniam inde peteret, quò fama erat Asdrubalem à Balearibus nuper traiecisse, classi Africam petenti occurrit; leuiq; certamine in alto commisso, septem inde naues cum socijs naualibus cepit. Cęteras metus haud secus, quàm tempestas, passim disiecit.* Eodem se alij, vt Entropius, Volteranus, & Sylius cothurno se ferunt eodem rem agitant elogismo.

Quam te, magna parens, quam te Sardinia laudem? Tellus opima, verna, frugifera, omnipara; diuitias, alimentaq; suggerens prodiga. Quam te Gentium, voluptas, celebrem? Athletis inclytis vallum nobile; arenarium generosum, palęstra purpurea nationum. In te, ob te Pentathli, lucta, pugilatu, cursu, saltu, pancratio certant. In te Ceromatici Aphe inspersi validè se confligunt. In te ob te, Acrochiristę, o mater amplissima, Cadasone digna nomine, nullo cōplexu hęrentes, summis inter se manibus depugnant. In te ob te Pyctes, Gymnici, Discoboli sub sydera voluunt sese. In te ob te, Insularum Medit. mar. s Principē, Haltici triumphorum saltus pernicitates contendunt. In te ob te Stadiodromi geniales nulli cedunt periculo: nullas fortunę minas ob te formidant: caput obiectant laboribus vniuersis tuiq; pretiosissimę margaritę potiundæ spes, in vulnere seruat animam. Causa belli huius desiderium amorq; tui est: geniosa feracitas, generositas magnificentiæ, gloria Regni. *Manifestè deprehenduntur: Carthaginenses prater omnium fœderum iura, iniquitate temporum coactos, & Sardinia excessisse, & auxisse stipendia; Polybius lib. 3.* Idemq; eodem lib. ait. *Si verò propter oblatam Sardiniam auctumque stipendium exarsisse eos in id bellum existimes: profectò non immeritò id ab illis factum videbitur.* Adstipulatur Henricus, in Eutropij lib. 3. *Romanorum iniuriam, quae eis Sardiniam ademerant.* Eis, nimirum Carthaginensibus. Diodorus Deniq; lib. 4. *Carthaginienses, multa potiundæ eius desiderio certamina susceperunt.* Sed & in oratione sua ad Scipionem arridet Annibal, apud Liuium, Dec. ad. 3. lib. 10. fatus ita. *Neque enim nec nobis quidem Sicilia, atque Sardinia, satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tamque egregijs amissis Ducibus.* Et Paulò inferiùs: *qui non recusamus, quin omnia, propter quę be lum initum est, vestra sint: Sicilia, Sardinia, Hispania, quicquid insularum toto inter Africam, Italiamque continetur mari.* En quàm strenui in certamina proci veniunt: vnde nil mirum, vt ea sic pedum agilitate præstantes excias cursu; quò tandem Sardonichata te adolescens pomiger Atalanta fruatur tribus quò aureis arripiaris malis: Atheniensi iam: Romana heic: voluendis seculis Iberica Monarchia. A Tito, *Tidu* Calaris regioni genus illatum: à Manlio familia Manliorū in eadem regione genus, quod Mallos pro Manlios vocant, relictum creditur.

Anno isthoc Q. Ennius singularis præstantię carmicen, in Sardiniam cum Manlio venit: ibique vixit annis 20 quò nimirum à M. Porcio Catone Sardinię Prętore, Romā deductus. Perhibēt Plutarchus Cheroneus, eiusque interpres Franciscus Barbarus, ibi

de

de Catone, refertur à Fara: canit Silius Italicus, de bello Pun. lib. 12.

Interea assuetus senior Torquatus in armis
Sardoas patrio quatiebat milite terras
Namq; ortum Iliaca iactabat ab origine nomen
In bella Hampsagoras Tyrios renouata vocarat
Proles pulchra viro, nec tali digna parente
Oscus erat . . . .
Hoc habitu terræ nemorosa per inuia crebro
Torquatum eludens hostis, sidonia pugna
Tela expectabat, sociosq, laboris Iberos
Qui postquam appulsis . . . .
Ennius antiqua Mesappi ab origine Regis
Miscebat primas acies, latiaeq, superbum
Vitis adornabat dextra decus, hispida tellus,
Miserunt Calabri, &c.

An. M. 3747. *An. D. 2192.*

QVintus Mutius Sceuola, Manlij, qui valetudinario illi fuerat successor datus, abscessu, prorogatus Sardiniæ Prætor, res in eo, quem Q. ipse reliquit, pacifico seruat statu; eiq; omnia ex sententia succedentia, tractat, & curat Eodem hoc anno ad hostium impetus obtundendos, vrbemq; Regni verticem, contuendam, tutamq; ab insultantium turbine furiarum, reddendam, Bonairę montis in culmine, turrigeram arcem, Mutius creditur muniuisse. Tumq; iampridem à Carthaginensibus in promontorio Sancti Elię, constructam muroq; percinctam eductiorem, firmioremq; turrim effecit. Naumachiam sub id æuum, Romani in Sardinia instituere. Quo sed loco? In insuluia stagno septa: quam, *la Isleta*, Ciues appellitant. Sic traditum quodamq; ex M.S C. solertissimi Recentioris Calaritnensium verticis rerum, cuius elucubrationes penes nos extant, adstruimus. & firmamus. Insulula hęc, ad occiduam plagam in ciuitatis conspectu sita, eo modici gurgitis cincta stagno, adeò Cuniculis scatet, vt quę olim erant, destruxerint prędia, vineas, hortos eroserint. Stagnum autem ipsum tanti fecere Pisani, vt Surita teste to. 2. lib. 6. c 4. Aragonum ad Regem oratores miserint, cunctis, quæ in Sardinia ditione tenebant (quatenus Calarim vrbem simul ac stagnum hocce, sub feudo ipsis indulgeret) libenter abdicaturi.

Campum Martium, ad Montis fimbriā, Boream versùs, loco videlicet. *Est illadis*, dicto, huiusce sub anni curriculum statuerunt: ibi, sicut in Insulula naualem, campalem pubes exercere solita, pugnam: ibi militaria fieri progynasmata; ibi aciem explicari.

An. M. 3748. *An. D. 2193.*

HOc etiam anno, eundem Mutium Sardinię Prętorem prorogatum esse, Liuius tradit. Capitolium ampliùs exornatum; supremo auctum magnificentissimè Ioui templum in eo appensa donaria Manlij; in eo fixus clauus annalis; in ipso tandem Sardinię Procerum munera, dicataq; vota: Milliarium itidem aureum, viarum omnium teste Plinio centrum, in media vrbe, (Leapoli nunc dierum) in columnæ altissimę simulacrum, erectum, Calaritanam molem, Romanę potentiæ, haud modicam gloriæ partem, cęlo ęquarunt.

An. M. 3749. *An. D. 2194.*

PRorogatus ipsemet Prętor, Mutius lapidem, quem meminimus, milliarium suis oppidò metis, atq; terminis esanciuit. Primum ab Vrbe lapidem Pyrrim: Secundum . . . . Tertium . . . . Quartum egregium oppidum Quartum: Quintum . . . . sextum, oppidum eiusdemmet nominis Sextum: septimum villam Septimum: sicq; deinceps, vsq; ad decimum ab vrbe lapidem Decimum scilicet, lęso Deximum, nominauit. Forsan hinc verum, quod MS. ad nostras perductum manus, vetustatis fragmentum, continet, *Via Mucia.* quondam dicta, ea quæ ad Decimum, quæue ad Campaniam ducit. Forsan ex eo, *Mucius*, quo Calaritana scatet affinitas (quodquidem absq; forsan creditur) genus ortum. protracto nimirum, i grammate, lęsa propemodum dictione, Mutius. Prorogationem autem Mutij, vt dictū est, apud Liuium habes; Decad. 3. Lib. 4. *deinde imperium omnibus qui ad exercitum erant, iussique in Prouincijs manere. Ex Prætoribus prioris anni, Proprætor Q. Mutius obtineret Sardiniam.* Vbi Iacobus Nardi, Liuij Decadum fidelis interpres, sic vertit. *Del numero de Pretori dell'anno passato, Quinto Mutio si restasse in Sardigna Vicepretore.* Anno met ipso, quo sic res eæ, prodigia contigere per orbem, vt idem, vt idem eadem Liuius Decade scribit, multa.

Ante huiusce anni volutionem literæ à Publio, & Cneo Scipionibus Romam venerunt; quantas, quàmq; prosperas in Hispania res gessissent: sed pecuniam in stipendium (Liuij verba hæc sunt, Deca. 3 lib 3.) vestimentaque, & frumentum exercitui, & socijs naualibus omnia deesse; quod ad stipendium attineat, si ærarium inops esset, se aliquam rationem inituros, quomodo ab Hispanis sumāt: cętera vtiq; ab Roma mit-

tenda esse;nec aliter, aut exercitum,aut Prouinciam teneri posse. *Litteris recitatis*, inquit Liuius, *nemo omnium erat,qui nec vera scribi,& postulari æqua fateretur. Sed occurrebat animus,quantos exercitus terrestres, nauales〈q〉; tuerentur: quanta q; noua classis mox paranda esset, si bellum Macedonicum moueretur Siciliam ac Sardiniã, quæ ante bellum vectigales fuissent, vix præsides Prouinciarum exercitus alere,tributo sumptus suppeditari:eum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus, & ad Trasimenũ lacum, & ad Cannas imminutum: tum qui superessent pauci, si multiplici grauarentur stipendio, alia perituros peste: itaque nisi fide staret Respublica, opibus non staturam.* Quàm grauata tunc dierum Sardinia? En quam maximè.

Habes alibi apud eundem Liuium, Q. Mutium prorogatum Decad. 3. lib 4. ibi videlicet: *Et quibus prorogatum imperium erat, easdem quas priore anno, regiones obtinuerunt.* ibiq; dum ait; *Prorogata imperia prouinciæq; M. Claudio Siciliæ; Lentulo Prouincia vetus; T. Octacilio classis; M. Valerio Grecia, Macedoniaq; Q. Mutio cum vetere exercitu (duę autem legiones erant) Sardinia.* Eademq; Deca. lib. quinto. Nec frustrà nos topica sępius tradimus monumenta;nisi quòd (bene tametsi luculenterq; scripserit,) Fara obscurè Auctoritatũ metas assignet: ita vt nonnisi laboriosum atq; difficile sit,quæ signat loca reperire.

Hoc ipso quoq; anno, vt patet ex Liuio Decad 3. lib. 4. legionibus 18. bellum geri placuit. *Binas*, ait ipse, *Consules sibi sumere; binis Galliam, Siciliamq; ac Sardiniam obtineri.* Legiones hæ duæ Prætori Sardinię Q. Mutio datæ sunt,vt eis, quemq; antea moderabatur,exercitu, Sardiniam custodiret. Habes in Liuio〈q〉, eisdem Decade libroq; relatis, exercitum in Sardinia Mutio creditum; legionesq; hasce adiectas referte retro, illuc T. Octacilio classis,probatum exactè. Harũ legionum præsidio, ad Punici belli finem vsq; Sardinia per Prętores custodita est:semperq; ipsi classem Insulę littora circum circa habuere. Hac tempestate Prætor Sardinię, Mutius, populum Romanum ad męnia Capuę contra Annibalem negare videtur Henric. in Annot. T. Liu. lib. 26. *non opinor*, inquiens, *Q. Mutium è sua egressum prouincia tã graui bello, in Hetruriam emptum isse frumentum* fuisseq; qui in Hetru. frumentum emit, C. Seruilium legatum à Patribus,opinatur. Sigonius. M. Iunium Silanum habet,in Scholiis T. Liuij. Castrametatum, quæ tum summa vi ab eo cępta est obsideri, frumenti copia fouit vberrima. *Casilinum frumentum conuectum ad Vulturni ostium, vbi nunc vrbs est; Castellum communitum (ante Fabius Maximus munierat) præsidium impositum: in ea duo maritima castella, frumentum quod ex Sardinia nuper missum erat; quodque Mutius Prætor ex Hetruria coemerat, ab Ostia conuectum est, vt exercitui per hyemem copia esset.* Liuius Decad. 3. lib. 5. idemq; idipsum inferius. *Ap. Claudius Consul D. Iunio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis Præposito, qui, vti quæq; naues ex Hetruria, ac Srrinia accessissent, extemplò in castra mitterent frumentum &c.*

An. M. 3750. An. D. 2195.

ANno isto Sardiniæ Prætor fuit L. Cornelius Lentulus. Testatur Liuius Dec. 3. sub calce lib. 5. *Prętores deinde creati L. Cornelius Lentulus. Cornelius Cethegus. Caius Sulpitius. Caius Calpurnius Piso. Pisoni iurisdictio vrbana. Sulpitio Sicilia. Cethego Apulia. Lentulo Sardinia euenit.* Datę sunt Lentulo legiones, eædem duæ, quæ Mutio. *Lucio Cornelio in Sardinia duæ legiones datę, quibus Q. Mutius præfuerat. Supplementum, si opus esset, Consules scribere iussi.* Liuius ibidem. Quota fuerit quęque legio, Lipsium consule lib. 2. de Rom. militia. Dialog. 5.

An. M. 3751. An. D. 2196.

HOc anno P. Manlius Volso Sardiniæ Prætor successit. Huicce duę met ipsę legiones traditę sunt,sicut & prædecessori L. Cornelio: quibus,eoque, quem habebat exercitu, Amilcarem Carthaginensis classis Imperatorem, Sardois finibus insultantem Olbia compulit ab se retro. *Extremo æstatis huius, classis Punica nauium XL. cum præfecto Amilcare in Sardiniam traiecta, Olbiensem primò; deinde postquam ibi P. Manlius Volso Prætor, cum exercitu apparuit; circumacta inde ad alterum Insulæ latus, Caralitanum agrum vastauit; & cum præda omnis generis in Africam rediјt.* Liuius Deca. 3. lib. 7. Qui & lib. 6. eiusdem Decadis, *Lucio Cincio* inquit, *Prętori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum. Totidem Legiones in Sardiniam P. Manlio Volsoni, Prætori, decretæ, quibus L. Cornelius in eadem Prouincia priore anno præfuerat.* Hoc etiam anno multa in Sardin. præsidia per circuitum insulæ addita sunt. Ex Polybio, lib. 3. Hocceque Romanas legiones vna, & 20. plures esse Patres inhibuere.

An. M. 3752. An. D. 2197.

PRętor Sardinię C. Aurunculeius. *Prætores sortiti Prouincias. C. Aurunculeius Sardiniam.* Liu. Deca. 3. lib. 7. legiones autem Volsoni traditę, huic demandatę. *C. Aurunculeio*, ait ibidem Liuius, *eadem in Sardiniam legio-*

legiones, quibus P. Manlius Volso eam prouinciam obtinuerat, decretæ.

An. M. 3753. An. D. 2198.

PRorogatum præturę munus Aruncu-leio. Longas naues, ex illis 80. quas in Hispania P. Scipio habebat, quinquaginta Sardiniæ tutelares, Senatus adscripsit. Enim verò Carthagine naualem ingentem fieri apparatum, Italię, Sicilię, atq; Sardiniæ oris aduersum, fama vulgarat. Accipe Liuium, Deca. 3. lib. 7. *Idem in C. Arunculeio decretum ab Senatu. Latumq; de prorogando imperio ad populum est. Qui Prætor Sardiniam prouinciam eum duabus legionibus obtinuerat: additę ei ad præsidiū Prouinciæ, quinquaginta longæ naues, quas P. Scipio ex Hispania misisset, & P. Scipioni, & M. Syllano sua Hispanię, suaq; exercitus in annum decreti. Scipio ex octuaginta nauibus, quas aut captas Carthagine habebat; quinquaginta in Sardiniam transmittere iussus; quia fama erat, magnum naualem apparatum eo anno Carthagine esse; 200. nauibus omnem oram Italiæ, siciliæ, Sardiniæq; impleturos.* Hactenus ille.

Per id tempus, Romani auctis ex victorijs animis, Hispanię rebus acriùs incumbebāt: Carthaginenses autem, multo suorum accepto cladis, 70 naues celerius emisere, vt, si fieri posset, cum Annibale in Italia iungerentur Scribit Polybius lib. 3. *Hæ*, inquit, *primò in Sardiniam, deinde Pisas, in Italiam delatæ: vt cum Annibale, si fieri posset, coniungerentur. Romani, simul ac aduentum Punicæ classis intellexere; centum & viginti quinqueremibus missis, tantum Carthaginensibus terrorem iniecerunt; vt confestim in Sardiniam, deinde Carthaginem redierint.* Sardinia hoc loco, aliqua, ex illi adiacentibus insula intelligēda est cuius portui classis applicuit, cunctataq; ibi sese consultò curauit inde tutiùs iter arripuit.

An. M. 3754. An. D. 2199.

HOc anno Pretura functus est A. Hostilius. Ita Liuius, Deca. 3. lib. 7. *Quia iam designati prouincias sortiti erant: Prætores sortiri iusserunt. C. Hostilio vrbana iurisdictio euenit: addita & peregrina: vt tres in Prouincias exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Manlio Sicilia, L. Portio Gallia euenit. Summa Legionum trium & 20. ita per Prouincias diuisa: vt binæ Consulum essent: quatuor Hispania haberet: tres Prætores binas, in Sicilia, in Sardinia, & Gallia duas.* Hoc anno scribit Hieronymus Bardi, Metellum Sardos vicisse. Verùm cum bona venia fallitur. Siquidem Orosio teste lib. 5. Metellus isthic Baleares insulas bello peruagatus edomuit; & piraticam infestationem, quæ ab iisdem tunc exoriebatur, plurima incolarū cęde compressit. Eum titulo. *Post euersam Carthaginem, quod autem Festus dicit L. Cæcilium Metellum vicisse Sardos, & de ijs triumphasse Liuius Lucio Cornelio Scipioni attribuit* Ita Ioannes Cuspinianus in Scholijs in Sex. Rufum. Si autem Viro tanto fides profligari videatur, (est enim auctoritatis eximię) itum inficias, iuuet nihil. Potuit namq; Balaros, & Ilienses, quo ad Baleares se contulit, transitu cohibere: quippe ex Francisco Robortello Vtinensi, *de vita & victu populi Rom.* tom. 1 fol. 120. habemus hęc. *Sardiniam & Corsicam Metellus vicit; vt Sextus Ruffus scribit, præter cæteros.* Eaq; fuit in Sardos Metelli forsitan expeditio, quam idem Camaldulensis hoc meminit æuo.

An. M. 3755. An. D. 2200.

ANno isto Sardiniæ Prеturam gessit T. Claudius; quem Fara Quintum, non Titum, vocat. Verùm, ni quo nitimur, error sit pręlo, Farę vtiq; censeatur; quandoquidem textus hic T. non Q. legendum proponit Ijs verbis. *Prætores exinde sortiti sunt C. Seruilius Siciliam: T. Claudius Sardiniam. Ex Sardinia vetus exercitus cui A. Hostilius præfuerat, deportatus: nouam legionem, quam T. Claudius traijceret secum, Consules conscripserunt.* Ita Liuius Deca. 3. lib. 8. Adstipulatur Iacobus Narni Liuij traductor, ibidem sic: *Tito Claudio la sardigna, &c.* Quintus autem Claudius esse non potuit; quippe qui eomet ipso anno Tarentinum clauum agitabat; vt idem ibidem testis est Liuius, in hęc verba. *Q. Claudio, vt Tarentum, C. Hostilio Tubulo, vt Capuam prouinciam haberet, prorogatum in annum imperium est.* Hęic incidit, ad Liuij seriem, populi Romani, aduersùs Macedonię Regem expeditio Iuxta Orosium verò alibi: quin & Polybium. Liuio nitimur, qui hunc ferme sub annum id statuit: fermè, inquam, Prętorem enim agēte in Sardinia A. Hostilio, rem hanc assignare videtur. Pensatis tamen rei huiusmodi circumstantijs, A. Hostilij, & successoris T. Claudij interstitio contigisse firmamus. *Primum igitur Leuino Consule, pop. Rom. Ionium mare ingressus, tota Gracię littora, velut triumphāte classe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ Africæ præferebat, & manifestam victoriam, quam nata in Prætoria puppi Laurus pollicebatur.* Iornandus Episcopus isthęc, de Regn. ac Tēp. successione Leuinum hunc habes apud Liuium Decad. 3. lib. 8. Proconsulem tunc dictum. Cęterum Camaldulensis in sua Chronol. anno 3759. secundum Leuini Consulatum assignat. Proh Scriptorum varietas gestarum tempora circa rerum!

Sardi-

An. M. 3756. *An. D.* 2201.

SArdinię Pręturam sortitus est Cn. Octauius. *Tum Pratoria Prouincia*, inquit, Liuius Deca. 3. lib. 8. *in sortem coniecta: Cn. Octauio Sardinia.* Hic 80. Carthagineusium, onerarias, frumento iuxta Cęlium, seu Hetrusca pręda iuxta Valerium graueis, circa Sardiniam capit. *Eisdem diebus naues oneraria Pęnorum ad octoginta, circa Sardiniam ab Cn. Octauio qui Prouinciæ præerat, capta. Eas Cęlius frumento misso ad Annibalem, commeatuq; onustas, Valerius prædam Hetruscam, Ligurumq; & montanorum captiuos Carthaginem portantes, tradit.* Hæc ibidē Liuius. Libro aūtem 9 de ipso Octauio ita scribit. *Cn. Octauius Proprætor ex Sardinia, ab T. Claudio Prętore, cuius ea Prou. erat, ingentem, vim frumenti aduexit: horreaq; non solùm eaque iam facta erant, repleta: sed noua ædificata. Vestimenta exercitui deerant: id mandatum Octauio, vt cum Prętore ageret: siquid ex ea Prouin. comparari, aut mitti posset. Ea quoq; haud segniter curata res: 1200. toga breui spatio, & 12. mill. tunicarum missa.*

An. M. 3757. *An. D.* 2202.

PRrętor Sardiniæ pręsenti anno T. Claudius Nero, iuxta Liuium Deca 3. lib. 9. *T. Claudio Neroni Sardinia euenit.* Octauius vt 40. longis nauibus maritima Sardiniæ littora custodiret, addictus. Nam ita ait ibidē Liuius, *vt cum Sardiniam, legionemq; T. Claudio tradidisset; ipse nauibus longis 40 maritimam orā, quibus finibus Senatus censuisset, tutaretur.* Hoc anno prodigijs varijs orbis cōstrepuisse perhibetur à Liuio. Duos soles visos, noctuq; interluxisse: & facem stellæ septies ab ortu solis ad Occidentem prorigi visam; pluraq; alia.

An. M. 3758. *An. D.* 2203.

SArdinię Pretor P. Lentulus, eius in muniis summa solertia præditus, rerum publicarum administrationem isthoc optimè gessit anno. *Tum Pratorum Prouincia in sortem, coniecta, iurisdictionem vrbanam P. Ælius, Sardiniam P. Lentulus; Siciliam P. Iulius.* Ait Liuius Deca. 3. lib. 10 vbi sic inferiùs prosequutus. *Tredecim nouas naues Iulius secum in Siciliam duxit. Parem nauium numerum, Cn. Octauio, P. ... item prioris anni cum pari iure imperij ad tuendam Sardiniæ oram, Patres decreuerunt. Lentulum ... tor duo millia militum dare in naues iussus ... ita ... oraquia incertum erat quò misuri ... Carthaginenses forent; videbantur autem quidquid nudatum præsidijs esset, petituri.*

Hoc ipsomet anno Lentulus Pretor trāsmisit in Africam 100. commeatu onusta nauigia, vt patet ex Liuio Deca. 3. lib. 10. *Et ex Sardinia ab Lentulo Pratore centum oneraria naues cum commeatu, viginti rostratarum præsidio acta, & ab hoste, & ab tempestatibus mari tuto, in Africam transmiserunt. Cn. Octauio 200. onerarijs, 30. longis nauibus ex Sicilia traijcienti nō eadem fortuna fuit. In conspectu fermè Africa prospero cursu vectum primò destituit ventus, dein versus in Africum turbauit, ac passim naues disiecit. Ipse cum rostratis per aduersos fluctus ingenti remigum labore enixus, Apollinis promontorium tenuit; oneraria pars maxima ad Ægimurum Insulam (ea sinum ab alto claudit, in quo sita est Carthago) 30. ferme millia ab Vrbe; alia aduersus vrbem ipsam ad ... aquas delata sunt.* Non modò frumentum, atq; indusia Romanis mittebat Sardinia, verum, & arma quoq; vt apud Liu. constat, Dec 3. lib. 10. *Non ex Sardinia tantum sed ex Sicil. quoq; & Hisp. vestimenta frumentumq; armaq; portabantur.* En fiebant in Sardinia arma: lanificium, quin & Sericum, ibi erat: quandoquidem, & togę Romam ex ea mittebantur.

An. M. 3759. *An. D.* 2204.

PRæturam Sardiniæ eidem Lentulo prorogatam testatur Liuius Decad. 3. lib. 10. per hęc verba. *Cateris ita, vt quisq; obtinebant Prouincias, exercitusq; prorogata imperia. Sexdecim eo anno legionibus defensum imperium est; & vt placatis dijs omnia inciperent agerentq;* Cū autem Scipio Romani exercitus in Africa strenuissimus Imperator, insignem illam quam penes Liuium, Decade libroq; relatis, habes, de Annibale victoriam hoste tulisset, Carthaginensium, sociorumq; supra millia 20. cęsis (pari ferme capto numero, cū signis militaribus 133. Elephantis 11. Victoribus ad 10. mill. peremptis; Annibale cum paucis equitibus inter tumultum elapso, Adrumentum perfuga) confestim, expugnatis à pręlio hostium castris, direptisq; cū ingenti pręda ad mare, naueisq; rediit: *nuntio allato, (verba Liuij) Publium Lentulum* (Prætorem Sardinię) *cum 40. rostratis, centum onerarijs nauibus Vticam accessisse* Ad mouēdū igitur vndiq; terrorem perculsę Carthagini ratus, misso Lęlio Romam cum victorię nuntio, Cn Octauium terrestri itinere, ducere legiones Carthaginem iubet. Ipse ad suam veterem noua lentuli classe adiuncta, profectus ab Vtica, portum Carthaginis petit. Haud procul aberat: cūm velata infulis, ramisq; oleę Carthaginensium occurrit nauis. Decem legati erant principes ciuitatis auctore Annibale missi, ad petendam pacē. Quę quidem in vrbe Tunete, conditionibus intextis composita has inter alias contine

tinebat: vt *quis, quosque agros, quibusque finibus ante bellum tenuissent, Romani tenerent: vtq; perfugas, fugitiuosq; & captiuos omnes Carthaginenses redderent Romanis: & naues rostratas, præter triremes, traderent: Elephantosq; quos haberent domitos, neque domarent alios.* Ceterasq; sanxere quàm plurimas pacis leges.

Hoc anno Siciliæ, Sardinię frumenti redundantia, annonam pretio viluisse, Liuius tradit. *Per eos dies commeatus ex Sicilia, Sardiniaq; tantam vilitatem annonæ fecerunt; vt pro vectura, frumentum nautis mercatores relinquerent.* Hæc ille Decad. 3. lib. 10. Firmata igitur inter potentissimis hasce Romanam, Carthaginēsēq; Respublicas pace, Sardinię nubila serenantur; animorum distractio asperrima preliorum hyems penitus effugatur; bellicisq; concussibus agitata pectora conquiescunt: ouisq; benigna, ad quam adeo nationes tot exteræ, deglubendam incubuere, lana renata, vigescere cœpit Sardinia. Neque in posterum Peni ausi; neque cogitationes suas amplius in ea habēdā retulere. Idque Annibal in illa sua ad Scipionem oratione proposuit: *Vestra sunt,* aiens, *Sicilia, Sardinia, Hispania, quicquid insularum toto inter Africam, Italiamq; continetur mari: Carthaginenses inclusi Africę littoribus: vos, quando ita Dijs placuit, externa etiam terra, mariq. videamus regentes imperia.* Apud Liuium Deca. 3. lib. 10. Benignam verò Sardiniam cum Liuio, & Valerio Max. (horum in prelibatis habentur elogia) iure optimo nūcupauimus: sed curtim. Valerius enim non modò benignam, sed benignissimam Romæ nutricem, lib. 7. vocat: eadem iugiter ouis altrix, indutrixq; Sardinia exutit: cuius exhaustis iam iam vberibus pro lacte sanguis expressus sæpius: pro vellere, cutis direpta sepissimè. Sed querula nunquam: semper obmutuit, renitentię nusquam emisit balatum: vltrò sanguinem; sponte largita cutē, pro lacte, pro lana.

Hoc anno iuxta Liuium Deca. 3. lib. 10. contigit P. Claudij, Romani Consulis, olim Sardin. Pretoris illud, quod ipse Liuius in Sardiniam recitat naufragium. Iussus enim à Patribus in Siciliam classem ducere, eaq; inde in Africam traijcere, segniter omnia in comparanda, deducendaq; classe facessijt. *Inter portum,* ait Liuius, *Cossanum, Laurentinumq; atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum peruenisset, stetissetque ibi, dum reliquum tempestatis exæuiret, Iluam Insulam, ex Ilua Corsicam, à Corsica in Sardiniam traiecit. Ibi superantem Insanos montes, multò sæuior, & infestioribus locis tempestas adorta disiecit classem. Multa quassata, armamentisq; spoliata naues: quædam fractæ: ita vexata, ac lacerata classis Calares tenuit. Vbi dum subductæ reficiuntur naues, hyems oppressit. Circumactumq. anni tempus, & nullo prorogante imperium, priuatus P. Claudius classem Romam reduxit.* Eliquet isthinc, Insanos huiusmodi, Oleastrinos esse, montes: qui re satis vera incolumitatis habentur expertes; suntque verissimè Iccirco Bauneyo promontorio, Montesanto, multos penes nautas, nomen hesisse videtur, (vt hisce dum illos olim fluctus nauigio sulcaremus, naucleri ex ore, accepimus auribus) idq; nimirum lesum, à *Montinsano,* Latino quondam Morbiuomos autem Oleastrinos, Sarabinosq; (littorales præsertim) esse montes, ipsimet incolę testes sunt.

An. M. 3760. *An. D. 2205.*

SArdiniam anno isto, M. Fabius Buteo administrandam sortitus est. Patet ex Liuio, Deca. 3. lib. 10. vbi sic. *M. Fabius Buteo Sardiniam est sortitus. Legio vna Fabio in Sardiniam, quam P. Lentulus Proprætor habuisset, decernunt.* Inferiusq; sic ait. *Et M. Fabio in Sardiniam decem longæ naues decretę.* Hinc patet à Lentuli prorogatus anno, legionem duntaxat vnam, nauesq; decem, Sardiniæ tutelares Pretoribus adscriptas fuisse: vt pagella 45. refert Fara.

An. M. 3761. *An. D. 2206.*

PRorogatum imperium Fabio, vt ex Liuij verbis, 3. Deca lib. 10 elicitur. Siquidem, quod legerimus, expresse non traditū colligitur tamen, riteq; notat Fara.

An. M. 3762. *An. D. 2207.*

PRætor hoc anno fuit M. Valerius Falco. Perhibet Liuius, Deca. 4. lib. 1. Mira propemodum (nec vnde irrepserit exploratum) Farę transuectio. Assignat enim Fabio successorem L. Valleium Tappulum, Sard. Pretorem, Liuium referens: est potius M. Valerius ipse Falco: de quo ibi sic Liuius. *M. Valerio Falconi, qui Prętor priore anno Campaniam prouinciam habuerat, prorogatum in annum imperium est: vti Proprætor in Sardiniā trajceret; quodq, de exercitu, qui ibi esset, quinque millia socium nominis Latini, qui eorum minimè multa stipendia haberet, legeret. Et Consules duas vrbanas legiones scribere iussi; quæ, si quò res posceret, multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate, iraq; inde tumentibus, mitterentur.* Apud Henricum in Liuij annotat. lib. 35. L. Valerium Tappum triumuirum, & C. Valer. Tribunum pleb Tappo habes. Sed nullum Sardinię Pretorem.

An. M. 3763. *An. D. 2208.*

HOc anno Sardinię Pręt or fuit, morum elegantia prędit us, animique inclytè pollens dotibus; virtutum numeris absolutus, celebritate conspicuus vir, M. Portius Cato. ait Liuius Deca. 4. lib. 1. *Sardiniam est sortitus. Delectas inde haberi est captus. Nam prater Consulares exercitus Pratores quoque iussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam quatuor millia peditum sociùm Latini nominis, & 300. equites. Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, 200. equites: ita vt ij Pratores ambo cum in Prouincias venissent, veteres dimitterent pedites, equitesq,.* Præfelix hoc anno tãti Viri regimine in Sardinia fuit Quippe qui tota Vsurarios Insula pepulit homines; excessusq; suorum in sumptibus prędecessorum coercuit: multaq; morum probitate, iurium æquitate ciues paganosque instituit; Rempublicam summa cum laude gubernauit: Regnum felicitate beauit. Hinc præclari rerum Scriptores, eum laudibus in cęlum tollunt. iam sanctum, iam innocentem, sapientem; Virum optimum prædicantes. *Sardiniam*, inquit Liuius Deca. 4. lib. 2. *M. Portius Cato obtinebat; Sanctas & innocens: asperior tamen in fanore coercendo habitus. Fugatiq, ex Insula feneratores, & sumptus, quas in cultum Pratoram socij* (hoc est Insulani Romanorum subditi) *facere soliti erant: circumcisi, aut sablati.* Animaduertenda Romanorum vrbanitas. humanitas, & modestia: qui populos sibi subditos, socios appellarint! Plutarchus, eiusq; interpres Franciscus Barbarus de Catone hoc, sic fati. *Hic cum Sardiniam prouinciam obtinuisset, sua parsimonia plurimum à cateris, qui ante ipsum Prataram illam administrassent, differre se demonstrauit. Nã vt illi publicis tabernaculis, lectis, vestimentis, magnifico apparatu, numerosa seruorum ac amicorum multitudine, conuiuijs graues erant: sic ipsi nullam ad rem publico sumptu opus fuit. Cum vrbes adiret, sine rheda proficiscebatur; vnus autem publicus minister vestem, & Cimbiam ferens, quo cum sacrificaret, sequebatur.* Subegisse Sardiniam à nonnullis vir iste refertur: errant næ: subacta enim iam Insula tunc dierum; Romanisque pacifica eius ditio tenebatur. Gręcis ab Ennio literis in Sardinia eruditus à decumanis Scriptoribus Volterrano, Nauclero, Ambrosio Calepino, alijsq; probatur. *M. Portius Cato, genere Tusculanus à Valerio Flacco Romam solicitatus, magnus orator Roma habitus est. In Pratura Sardiniam subegit: vbi ab Ennio Litteris Gracis est institutus.* Nauclerus in Geograph. gener 59. *Literis eruditus atate iam grãdis et Volaterranus & Nauclerus.* Hieronymus columna in vita Ennij. *Venit ait, Ennius Romam primùm, vt ab Eusebio proditum est, M. Portio Catone Quastore: quod Æmilius Probus in ipsius Catonis vita his verbis confirmauit. Prętor Cato prouinciam obtinuit Sardiniam; ex qua Quastor superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium Poetam adduxerat: quod non minoris ęstimamus, quàm quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum. In qua prouincia, vt ab Authore de Viris Illustribus accepimus, fuit Cato Gracis literis ab Ennio eruditus. Quas, vt ipsemet testatur apud Tullium in libro, quem illius nomine Catonem inscripsit, iam senex didicit.* Pater Ambrosius, verbo, Cato, *Prętor*, inquit, *Sardiniam subegit: vbi ab Ennio fuit Gręcis literis institutus, cum iam natu grandior esset.* Cornelius Nepos de Viris Illustribus. *In pratura Sardiniam subegit: vbi ab Ennio literis gracis institutus* Fuit Calari Gręcarum iuge literarum gymnasium, diuersarumq; linguarum, præsertim Hebraicę, Syriacę, Arabicę, Latinę, Ibericęq; ob gentium & nationum commercia, perenne Liceum. Exercitus Romanus, hoc anno, vestimenta, commeatusq: ingēteis ex Sardinia, habuisse traditur a Liuio Dec. 5 *item ex Sardinia magni commeatus, & vestimenta exercitui missa.* Erat exercitus hic in Gręcia.

An. M. 3764. *An. D. 2209.*

PRætor, L. Attilius Sempronius. Sex *Pratores illo primùm anno creati: crescentibus iam prouincijs & latias patescente Imperio L. Attilius Sempronius, &c. Attilius est.* Liuius, Deca. 4. lib. 2.

An. M. 3765. *An. D. 2210.*

SArdinię Prętor T. Sempronius Longus. *Pretores deinde Prouincias sortiti: T. Sempronius Longus Sardiniam.* Liuius ibidem.

An. M. 3766. *An. D. 2211.*

PRorogatus T. Sempronius Longus. *In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo.* Liuius, Deca. 4. lib. 3.

An. M. 3767. *An. D. 2212.*

PRætor Sardinię C. Cornelius Merenda. *Pratoria inde comitia habita, creati duo Cornelius, Merenda & Blasius: Blasio Sicilia, Merenda Sardinia euenit.* Liuius Deca. 4 lib. 4. Colonię ciuium Romanorum eo anno, in diuersas prouincias, vrbesq; deductę. Vt ibidem Liuius idem scribit. Prodigia per diuersa loca anno met ipso plurima contigere M. Portius Cato de Hispania triumphauit: argentique infecti 25. pondo in triumpho tulit: bi-

gati

gati centum triginta tria millia: Oscēsis auri quingenta quadraginta pondo. Militibus quadringenta millia ex præda diuisit in singulos ducenos septuaginta æris: triplex equiti.

An. M. 3768. *An. D. 2213.*

PRætor, L. Porcius Licinius. *Postero die creati sunt Prætores. L. Portius Licinius.* Et infra. *Tum Prætores sortiti prouincias L. Porcius Sardiniam. Nihil eo anno belli.* Hunc, ex tabulis Capitolinis, Carolus Sigonius in Scholiis T. Liuii, in librum 34. non Licinium, sed Licinum annotauit. Hoc anno terræ motus crebri, Sardinia non exempta; quę tamen huiusmodi telluris excussibus immunis quàm maximè solet esse. Respublica administrari nullatenus poterat, Consulibus in sacrificando, expiandoq; occupatis. Vniuersos, nō rei tantùm ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarū populos valde tędebat. Postremò Decemuiris adire libros iussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit. Coronati ad omnia puluinaria supplicauerunt: ędictumq; est, vt omnes qui ex vna familia essent, pariter supplicarent.

An. M 3769. *An. D. 2214.*

PRætor, Q. Salonius Sarra. *Valerius Tappus Siciliam, Q. Salonius,* (Liuius Deca. 4. lib. 5.) *Sarra Sardiniam prouincias, sortiti sunt.* Hunc sub annum Plinius, lib. 2. cap. 32. Lunas trinas, (quas, vt Verrius Flaccus tradit, pleriq; nocturnos soles appellauere) apparuisse prodidit. Crescebat hoc tempore Regis Antiochi belli fama, & cura Patribus. Quam ob rem, vt Consulibus Italia, & quò Senatus censuisset, Prouincię essent, cuius ea sors esset, decretum est. Item de prouincijs Pretorum decretum est: prima vt sors, duę, peregrina, vrbanaq;, & inter ciues ac peregrinos iurisdictio esset. Secunda Brutij; tertia classis: vt nauigaret, quò Senatus censuisset: quarta Sicilia: quinta Sardinia: sexta Hispania vlterior. Liuius eisdem citatis Decade, libro.

An. M. 3770. *An. D. 2215.*

SArdinię Preturam habuit, L. Oppius Salinator. *Prætores sortiti sunt L. Oppio Salinatori Sardinia euenit.* Liuius Deca. 4. lib. 6. Huic Pretori de decimis in Sardinia exigendis nec in Greciam vbi Romanus exercitus erat, sed Romam frumentum deuehendum imperatum est. Tradit ibidem Liuius. *Eidem* (M. Æmylio Lepido Sicilię Pretori) *mandatum ut duas decimas frumenti exigeret: idq; ad mare comportandum, deuehendumq; in Greciam curaret. Idem L. Oppio de alteris decimis exigendis in Sardinia, imperatum: ceterùm: non in Greciā, sed Romam id frumentum portari placere.* Inter vectigalia Romanorum Decumæ, & Quintæ, præcipua erant: quorum origo Appiani auctoritate hunc sese in modum habuit. *Romani enim hos, nunc illos Italiæ populos, superando, ac subijciendo, partem agri us auferebant. atque oppida & colonos condebant: aut si oppida opportunè iam condita, hos inducebant. Agri igitur quod cultum erat, colonis ferè assignabant: quod incultum (vt multa per bellum) id alys cupientibus elocabant, parte Decima fructuum sibi retenta in agris satiuis. In plantarijs aut arboretis, Quinta.* Videas penes Lipsium de magnitudine Romana, lib. 2. c. 1. Sardinię miles, & classis, Romanorum coercens hostem, formidabilis erat cunctis. Notum Historicos elustranti. Annibal in Ætolorum concione coram Antiocho Rege orans, cauendam Sardinię strenuitatem animaduertit dicens. *Cum omneis tuas contraxeris vires, diuisam classem partim Corcyræ* (ea est Corfù) *in statione habebis, ne transitus Romanis liber, ac tutus pateat: partim ad littus Italiæ quod Sardiniam spectat, traijcies.* Liuius Deca. 4. lib. 6. Hinc Romanis Sardinia pretiosa, inde cara, quòd & bellicarum rerum opus, & publicæ rei commodum, sua munificentia, dexteritate & copia fouerit copiarum. Nec mirum, vt specialis ad eius custodiam classis adhibita, quę Insulę oras ambiret, atque perpetuò tueretur. Quin etiam classis alia pro eiusdem quoque tutela. (Quæ etsi ab Augusto instituta dicatur, erat iam antea Miseni, alibiq;) parata patet ex Lipsij verbis, lib. 1. c. 5. de magnitudine Romana. *Hoc quoq; ab Augusto institutum, notante Suetonio.* Ly, *quoque* pensa, Sed distinctè Vegetius, lib. 4. referente ibidem Lipsio, verbis istis. *Apud Misenum, & Rauennam singulæ legiones cum classibus stabant, ne longius à tutela vrbis abscederent: & cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu, ad omnes mundi partes peruenirent. Nam Misenatium classis, Galliam, Hispaniam, Mauritaniam, Africam, Aegyptum, Sardiniam, atq; Siciliam habebat in proximo.* Eaq; vt in lapidibus proditum Pretoria dignitatis ergò, quia inter minores alias emineret, classis appellabatur.

An. M. 3771. *An. D. 2216.*

PRorogatum imperium L. Oppio. *Duas Hispanias, Sardiniamq; obtinentibus prorogatum in annum imperium: & ijdem exercitus decreti: Sicilia, Sardiniaq; bina eo anno Decima imperata. Siculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iussum: ex Sardinia pars Romam,*

pars

pars in Aetoliam eodem, quo Siculum. Liuius, Deca. 4. lib. 7.

An. M. 3772. *An. D. 2217.*

PRętor, Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis. *Pretores deinde sortiti sunt, M. Sempronius Tuditanus Siciliam; Q. Fabius Pictor, Flamen Quirinalis Sardiniam. Decretum, vt duas Decimas frumenti nouus Pretor imperaret Siculis, earum alteram in Asiam, alteram in Aetoliam mitteret. Idem & ab Sardis exigi, atq; ad eosdem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari iussum. Priusquam in prouincias Pratores irent, certamen inter Publium Licinium Pontificem Maximũ fuit, & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalẽ: quale, Patrum memoria, inter L. Metellum, & Posthumium Albinum fuerat. Consulem illum cum C. Luctatio collega, in Siciliam ad classem proficiscentem, ad sacra retinuerat Metellus Pont. Max. Pratorem hunc ne in Sardiniam proficisceretur Publius Licinius tenuit, & in Senatu & ad populum magnis contentionibus certatum est: & imperia inhibita vltro citroq; & pignora capta, & mulcta. & Tribuni appellati, & prouocatum ad populum est. Religio ad postremum vicit, vt dicto audiens esset Flamen Pōtifici; & mulcta ex iussu populi remissa: ita prouincia erepta, Pratorem Magistratu abdicare se conantem, Patres auctoritate sua deterruerunt. De lecibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis Consules, Pretoresque in Prouincias proficiscuntur.* Liuius Deca. 4. lib. 7.

Hoc anno creditur Sardinię Rempublicam Religione fuisse perfectius institutam, cum omnium numiorum solemnitate, rituumq; ac ceremoniarum Gentilica superstitione. Non enim absq; Religionis initu Quirinalis Flamen Calaritanam vrbem, Sardinię vti Prætorium decumanum; vti Capitolio decoratam, Prętor, & primus Flamen, incoluit. Hinc omnes, qui Antistiti Calaritano primatiale ius defendunt, dignitatem huiusmodi authoritatemq; deriuant. Quippe, quæ Insulæ caput & Princeps est, primatem, habere debuit. En rei fulcrum. *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Primi Flamines eorum, atq; primi legis Doctores erant. Episcoporum Primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni praecepit, qui reliquorum causas, &c.* §. 3. De Consecrat. dist. 8. cap. 2. Adestq; id aliud fundamentum. *Nulli Episcopi Primates vocentur nisi qui primam ciuitatem tenent in Prouincia*. In Decretalibus Sanctus Anicetus Papa §. 6. Item id. *Prouinciæ, multo ante Christi aduentum tempore, diuisæ sunt maxima ex parte; & postea à B. Clemente prædecessore nostro, per epistolas, ipsa diuisio est renouata in capite omnium Prouinciarum, vbi dudum primates erant legis seculi, ac prima iudiciaria potestas.* §. 4. de Consecrat. dist. 99. cap. 1. Calarim autẽ Vrbem Ciuium Romanorum, Vrbem vrbium, proclamantes, cunctis Insulæ digniorem, eiusmodi primariæ iure dignam esse concludunt: quin & concludimus. Propagauit itaq; Sacerdotium Quirinalis, Pictor. Ipsæq; Primus Flamen: ipsemet extitit. qui Romanorum rituum cultus, & vsus totius per Insulę corpus effudit. Pictorem verò in Sardiniam fuisse profectum peractis sacris, ex Liuio constat, qui quàm ipsum, inter L. Oppium, & C. Stertinium, Sardiniæ Prætorem nil alium inserit: Fara nec alterum. Cōsultò nã Fabius Flamen in Sardiniam destinatus: vt ibi Deorum cultum dilatatione firmaret, coauctoraret celebritate Primatus. Idcirco secum Roma, congruum satis est, Flamines adduxisse, vt non modò Vrbem Ciuium Romanorum, verùm & Colonias Municipia quoq; sacrorum ritibus cumularet: vnde illico Fabius vbiq; locorum ac gentium templa construxit, erexit & aras. Præterea Capitolium exornauit, Iouemq; Iunonemq; Mineruam, Deosq; cęteros, Capitolij præsides votis atq; donarijs cumulauit, ingetiq; argento (vt ex MS. habemus) fores ędesq; auro nimio decorauit altaria: omnicoloribus tandem vt pictor, Deorum illustrans phana picturis, magnificentissimũ eorum reddidit Insulę cultum. Fuisse autẽ pictoria pręditum arte, Franciscus Sansouinus, in lib. 1. eiusdem Q. Fabij, verbis ijs perhibet *Ee perciò che, oltre che fù dotto huomo, si dilettò anco della pittura, stimata allora nobile, da' Romani, si acquistò cognome di Pittore, o per lo diletto, o per l'opere, che egli faceua.*

An. M. 3773. *An. D. 2218.*

PRætor hoc annó C. Stertinius. *Pratores sortiti sunt Q. Martius Siciliam; C. Stertinius Sardiniam. Priusquam in Prouincias noui Magistratus proficiscerentur, supplicatio in triduum pro Collegio Decemuirorum imperata fuit in omnibus compitis: quòd luce inter horam tertiam ferme, & quartam tenebrę obortæ fuerant; & Nouendiale sacrificium indictum est, quòd in Auentino lapidibus pluisset.* Liuius Deca. 4. lib. 8. Huius curriculo tempestatis, Ilienses, Balariq; ferini, nunquam vllius nationis & gentis imperio flexi; bellum cum Romanis agebant: Hi quidem, quos Barbaricinos vernaculè vocant Sardi; hi profecto montani, proculdubio Iliastrę Villamanna Strisayli: Villa noua Strisayli, Mannori; Talana, Locheri, Vrsulè, Vlazzai; Vsazzai; Sehulo; Strezzili; Sadali; Sehui; Osini; Orgosolo; Ilbono; Hyerzo; Bauney; Lanosci; Arzana; Solanas; Elinis Gay-

Gayro; &c. ij Ilienses. Balari autem Gerreyenses, qui, vt sentiunt multi, in nomine, Balao, Balarorum hactenus seruant. Aconiti verò, alijq; armis acerrimi, Tonarensem regionem, vtraq; populi incolebant. Ingruebant Pelliti Calaritanis, necnon Arborensibus agris, eosq; vi populantes, messium precipuè tempore, multum iacturæ ferebant. Planicies quoq; Sarabinenses Gerreij Balares; calamitatibus affectabant. Tortuelyenses itidem, exitiosi montani, in difficultates non modicas, conijciebant. Quodq; grauius regiones hasce campestres, incendijs euastantes, localem gentem impia nece sternebant. Malum inquam exitiale: ineuitabile nocumentum.

Nec satis coinsulanos inuadere, prædariq; visum; portus Sarabinensem, Iliastrēsemq; cum statistijs nauigijs arripientes, & in suam potestatem nautas redigentes, trans æquora velificabant, orasq; maritimas Pisanorum, & Ligurum, populationibus vexabant prædisq; onusti, Sardiniā repetebant. Exhausti prope Romani viribus, fracti propemodum, ferocem hanc gentem formidantes, dolis, & artibus vtebantur, queis interdum ipsam profligabant, in manusq; retrahebant. Obseruabant siquidem eius mores; dumq; post latrocinium (victitabant assiduo namq; rapto) dies plurimos prædę nundinas celebrassent; exercitu clam adhibito, stratagē matum studijs ingruentes, missilibus, obruentes, furenti cæde sæpissimè perimebant. Pulchrè Fara noster; fol 46. Exactè in Ms. Pisanorum monumentis; obiter, at summatim, Diodorus, & Strabo.

An. M. 3774. *An D.* 2219:

PRætor Sardiniæ Q. Fuluius. *Postero die Prætores facti*, &c. *Comitijs perfectis, quas Prouincias Prætoribus placeret, retulit ad Senatum Consul. Decreuerunt duas Romæ, iuris dicendi causa: duas extra Italiā, Siciliam, & Sardiniam; duas in Italia Tarentum, & Galliam. Et extemplo, priusquam inirent Magistratum, sortiri iussi*, &c. *Sortitus est Q. Fuluius Sardiniam.* Liuius Deca 4. lib. 8.

An. M. 3775. *An. D.* 2220.

C. Aurelius Scaurus Sardiniæ Prætor. *Prætores sortiti sunt*, ait Liuius Deca 4. lib. 9. *C. Aurelius Scaurus Sardiniam: P. Cornelius Sulla Siciliam.*

An. M. 3776. *An D.* 2221.

PRætor hoc anno apud Liuium desideratur, neminem quippe assignat. Hinc Faram deprehendimus euagatum: siquidem L. Posthumium Tempsanum anno isthoc, ex Liuio Prætorem Sardiniæ tradit: Liuius autem, (quod viderimus) Lucium hunc, Tarenti potius, quam Sardiniæ, Prętura functum clarissimè perhibet. Deca 4. lib. sic fatus. *Prætores facti, P. Cornelius Cethegus; A. Posthumius Albinus; C. Acilius Serranus; L. Posthumius Tempsanus; M. Claudius Marcellinus.* Prouincias verò, quas ipsi habuerint, silentio præterit: inferiùs tamen, L. Posthumius, inquit, *Tarentum prouinciam Prętor habebat. Is de Pastorum coniuratione qui vias latrocinijs, pascuaq; publica infesta habuerāt, quæstionem seuerè exercuit.* Ecquid ergo? Prorogatum C. Aureliolo Scauro prætoratus officium arbitramur.

Error Faræ.

Henricus Glareanus in annot. in T. Liuium lib. 39. locum hunc Liuij suspectū habet, dum ait. *Postero die Prætores facti P. Corn. Cethegus. Hoc Cethegus nuper est additum. Sed & anno sequenti P. Corn. Cethegus fit Prætor. Quare hoc mihi suspectū, vt multa alia hoc loco: maximè quod Prætorum sors omissa est hoc anno, & Prouinciarum ordinatio præter huius Decados, & morem, & consuetudinem.* Scauro igitur imperium prorogatum: aliusue censendus, Authoris in curia prætermissus, Prætor.

An. M. 3777. *A. D.* 2222.

PRæturam hoc anno Q. Neuius Matho sortitus obiit. *Decreti Prætores*, &c. *Q. Næuius Matho Sardiniam; & vt idem de veneficijs quæreret.* Non quidem in Sardinia veneficia isthæc, sed in Italia conquirenda, Næuio demandata. Testatur inferius Liuius, fatus. *Prætores in prouincias profecti sunt, præter Q. Næuium. Quem quatuor non minus menses, priusquam in Sardiniam iret, quæstiones veneficij, quarum magnam partem extra vrbem, per municipia, conciliabulaq; habuit. Quia ita aptiùs visum erat, tenuerunt. Si Antiati Valerio credere libet, ad duo hominum millia damnauit. Et L. Posthumius Prætor, cui Tarentum prouincia euenerat, magnas Pastorum coniurationes vindicauit, & reliquias Baccanalium, quęstionis cum omni exequutus est cura.* Hæc ille Deca 4. lib. 9.

V Præ-

An. M. 3778. *An. D. 2223.*

PRætor Sardiniæ Cn. Sulpitius. Ita Liuius eisq; quæ supra, Decade, libro. *Pretores ita sortiti fuut.&c.Cn Sulpitio Sardinia euenit.* Cn. Sicinium Fara tradit,ex Liuio: Sicinium autem, penes Liuium, haud cernimus, Sulpitium potiùs inueni mus. Hoc anno prope Siciliam, recens apparuit insula. *Haud procul Sicilia,insulam quæ nondum ante fuerat, nouam editã è mari esse nuntiatum.* Liuius ibidem. Hoc anno Annibal fato concessit: Antias Valerius,citatus à Liuio.

An. M. 3779. *An D. 2224.*

HOC anno Sardiniæ præturam habuit, C. Terentius Istra. *Pretores prouinc.sortiti. C. Terentio Istrę Sardinia euenit.* Liuius, Deca 4. lib. x. Hoc anno ver procellosum, pridie Palilia, medio die atrox cum vento tempestas coorta, multis sacris, profanisq; locis stragem fecit. Signa ænea in Capitolio deiecit: forem ex æde Lunæ quæ in Auentino est, raptam tulit, & in posticis parietibus Cereris templi affixit. Statuas aliàs cum columnis quibus superstabant, euertit. Fastigia aliquot templorum à culminibus abrupta, fedè dissipauit.

An. M. 3780. *An. D. 2225.*

SArdiniæ Prętor hoc anno, M. Pinarius. *Marco Pinario euenit Sardinia.* Ibid. Liuius. Tumultus Iliensium, tempestate hac magnis agitatione concitationeq; Insulam propè totam subuersam, cala mitatibus affiictabant: vnde Romanos in bellum denuo coniecere. Quam ob rem Pinarius, Patrum iussu, octo mill. peditum,& 300. equites in Corsos, qui tunc temporis à Romanis defecerant, dein cõ tra Ilienses, Pisis traiecit, atrociter pugnaturus. Restitere viriliter Ilienses, inexpugnabiles perstitere. Audi Liuium citato loco. *Pestilentia tanta vi erat, vt cum propter defectionem Corsorum bellumq, à Biliensibus concitatum in Sardinia, octo millia pedi tum ex socijs Latini nominis scribi placuisset, & CCC. equites, quos M. Pinarius Prætor secum in Sardiniam traijceret Tantum hominum demoratum esse, tantum vbiq; ægrorum consules renuntiauerunt, vt is numerus effici militum non potuerit. Quod deerat militum, sumere à Cn. Bebio Proconsule, qui Pisis hybernabat, iussus Prætor, atq; inde in Sardiniam traijcere.* Pergit Liuius, Patrumq; iussus effectum subdit, dicens. *Bebius exercitum M. Pinario Pretori eunti in Sardiniã tradiderat,&c.* Pisis igitur accepto militẽ, primùm Corsos, Ilienses dehinc adortus, feliciter præliatur. *In Corsica pugnatum est cum Corsis; ad duo millia eorum M. Pinarius Prætor in acie occidit; qua clade compulsi obsides dederunt; & æra centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus, & cum Biliensibus gente ne nunc quidem omni parte pacata, secunda prælia facta.* Hæc eisdem præscriptis Decade, Libro, Liuius. Annotatum ab Henrico Glareano Lorito in lib. 40. T. Liuij, Biliensis vocabulum: *Bellumque*, ait, *à Biliensibus concitatum in Sardinia. Quidam ab Iliensibus emendarunt. At ego legendum puto ex Strabonis libro 5. Iolensibus, nisi quis potiùs Iluensibus, per, u, in secunda syllaba legere velit. Ilug duæ eius nominis, apud Ptolomæum sunt insulæ; altera è regione Populoniæ, altera inter Corsicam & Sardiniam.* Carolus Sigonius in Scholijs, *Lectio hæc*, *ait*, *apud Auctores ambigua est.* nemo enim vn de irrepserit error B. sciit. Sciant deceptos exteros: Iolensis, & Iliensis, in vocabulis scilicet capiendis. Siquidem pro illo isthoc, idq; pro illo sæpius capessita: vtrumq; pro vno eodemq; sæpissimè sumptum. Cuiusmodi æquiuocatio, atq; vni uocatio, Scriptores, nationem vtramq; confundentes irretiri fecere. Iolenses à Iolao, Ilienses ab Ilio Troiano, nationes hæ strenuæ, in vnam propè coactæ, Carthaginensibus, Romanisq; aduersatę, viriliter obstitere. Iolenses verò non quidem Ciuicos, Iolæeos, Calaritanos nimirum, sed illos potiùs, qui montana cum Iliensibus tenuere, intelligas exoratum. Quare, bellum aduersus Romanos, & Carthaginenses, non ab Iliensibus solùm, nec à Iolæis tantummodo, censeas actitatum; sed ex vtraq; natione conflato semper exercitu, quin & Balarica, tutiùs credas, firmiùs: vocabulo itaq;, Iliensis, adiectum grammа B. læsionis intulit notam; non quidẽ à T. Liuio, sed à vetustis Iberis, Iliensibus admixtis, corruptelam hanc traxit. Quippe qui semper, b, literam, suopte more verna, Hispani vsurpant. Vnde, & prouincia les Calaritani, elementum isthoc, b, per, u, Hispanorum è more, proferre consueti, pro, u, in plurimis dictionibus, b, vtuntur. Hoc genus: *bia*, pro via: *beni*, pro veni: *bacca*, pro vacca, *binu*, pro, vinu: *bosu*, pro vos: *bida*, pro vidua. *biu*, pro video: *berus*,

pro

pro, veru: *bau*, pro vadu: *Bai*, pro vade; &c. Bilienſis, igitur T. Liuius optimè poſuit, pro Ilienſis; indigenarum illorum ad ſtylum, & morem, qui tunc temporis, quo hiſtoriam ſcripſit Liuius, vocabulum hoc gentile, montanos penes Sardos, cum B. prædicto proferebatur. Ceu nunc dierum, *Bilianu*, pro Iulianu, ſeu Ilianu, & hoc genus alia. Nil igitur mirum eſt, vt de ipſo nomine dubitarit Henricus, cum cauſa latitante.

Pugnatum hoc anno atrocius in Sardinia: Portum Ilij, læsè; Tortoly, tenuit, ibiq; copias Prætor expoſuit. Non enim Olbiæ littus arripiens, hoſtem ſic facilè poterat aggredi, qui per maritima vires habebat, & robur. Inacceſſibilia itidem ad hoſtis latibula, montium iuga, nequicquã acceſſus; opus igitur maris cura: Ibi enim, excubię, inſidię, nauęs induſtrię. Illinc demum ad montium aditus Martia ſtudia; bellica ſtratagemata: dum arreptis oris, criſtæ decuſſæ, attenuata ſtrenuitas, robur languidum, ſeſe correpta in vertices alta fuga, recipiunt. Perluſtrata nobis Montium ſæpe iuga, propugnacula terrea circularia, ſatis antiqua oſtenderunt; ignaria latebris, & Speluncis: grandia coadunata hinc inde in orbem ſaxa: quæ ſupra lignea ſibi frondeaq; ſtrui tecta; locus inſinuat. In altiſſimi Montis ad Ortum [Settifradis, appellitant] ilijs, domicilia, tuguriorum formam præferentia, ſaxis, & terrea, compacta circumcirca [olim degentes in ſæculo] vidimus: nec magalia quidem hæc nec paſtorum caſulæ, iſthæc fuiſſe demonſtrant, niſi latitantium ibi gentiũ munimenta. Montani ſiquidem, Calaris maximè, Arboreæ, Sarabos, & Olaſtæ cãpeſtribus adeò infeſti; vt locorum anguſtias inſidijs occupatos, ſtatiuis excubijs obſeruantes; non modò greges, verùm & gentes quoq; finitimas, viatoreſq; adorientes, diutinas prædas, per abditas montium ſemitas, ad proprias tranſmitterent ſedes. Pacatæ nunquam, nullatenus vnquam domitæ, ſubactæue, gentes iſtæ, nationibus cunctis aduerſæ: Carthaginenſibus inimicæ.

Romanis obnixæ, coinſulanis immites, inſidi. Tempeſtate hac, acies apud Montem nouum, cui fortalitium Romanorũ inexpugnabile inſedebat, directæ, cum Iolenſibus, & Ilienſibus, manus conſeruit, fortuna ſecunda conflixit, & vicit. Aſt non ſic impune Romani; quin ex ipſis immodicos pugna ſuſtulerit. Propugnacula multa paſſim, quò incolæ regionũ, atq; oppidorum cõfugiebant, per iuga ſpectantur. Ex ijs vnum, in Montibus Calaritanis, *Caſteddefromzia*; à lignis, & frondibus, queis in vertice ſtructum, ſic dictũ. Huc ea, quæ diruta, ſeſe oppida conferebant in altiſſimam, velut arcem, ſuapte natura, tutiſſimum locum, cum familijs, Carthaginenſium cum Romanis; quin & Sarracenorum cum Piſanis tempore præliorum confugientes: Saxis atq; miſſilibus obſiſtebant. Superatum olim iugum id nobis; perſpecti aggeres aliquot, manu facti; diſpoſita munimento, vectataq; iactũ ſaxa. Hoc anno conſtructa in partibus Iliaſtræ, ac Sarabos, præſidia multa quorũ hactenus extant rudera. Inſtituta ſunt quoq; Palilia cum templo; propter prodigia præteriti anni. Hæc à Romulo primùm, dein à Regibus obſeruata, hoc eq; anno per prouincias propagata. Eaq; die IX. Aprilis, quotannis ad ſoſpitandos greges armentaq; fiebant.

An. M. 3781. *An. D. 2226.*

SArdiniæ Prætor hoc anno. Cn. Menius. *Prætores inde ſortiti ſunt. Cn. Menio Sardinia obuenit*: Subditq; inferius ibi Deca 4. lib. X. Liuius. *Cn. Menio priuſquam in Sardiniam prouinciam traijceret, vltra decimum lapidem per fora, conciliabulaq; decreta.* Hic, & alij, Magiſtratum idibus Martijs inierunt: atq; veſtibulo veris olentis, iniunctum de veneficijs aggreſſus laudabiliter munus expleuit. Cumq; dilatio ſibi diſceſſum in prouinciam, impediret, Romam literas, aut ſibi deferendã; aut dimittendam eſſe Sardiniam, deſtinauit. *A Cn. Menio*, inquit Liuius, *Prætore cui prouincia Sardinia cum eueniſſet, additũ erat; vt quæreret de veneficijs, longiùs ab vrbe, decem millibus paſſuum: Litteræ allatæ, ſe iam tria millia hominum damnaſſe: & creſcere ſibi quæſtionem indicijs, aut iam ſibi eſſe deſendendam; aut prouinciam dimittendam.* Ruptæ ſic moræ: èq; veſtigio ſuam prouinciam, nempe Sardiniam, adit Menius: eoq; Prætore, vt Sardis publicè fandi latinè præconibuſq; latino idiomate vendendi ius eſſet, permiſſum, conceſſumq; eſt. Siquidem in prouincijs nuper obtentis, latinè, loqui fas non erat, quò à Patribus, indulgeretur. Eò itaq; anno multis intra, extraq; Italiam conſtitutis, haſceq; inter, Sardiniæ Prouinciæ, Latinum idioma, publicè loqui poſſe, ſolemni diplomate donum fuit, Mens non læua, rationum (quæ auctoritatum ſunt baſes) fulcris innixa,

mendacium procul inhibet: dum contra mentem ire, mentiri; mentitum nunquã, dum contra mentem non itum; nunquã itum, eundum nunquam. Æquiuocum Liuij dictum,de defendenda,dimittendaue prouincia Menio,Henricus obiter sic emigrat. *Aut prouinciam dimittendam. Menij prouincia erit Sardinia; dubium igitur, de ea ne loquatur: an negotium veneficij prouinciam vocet. Sed indicet lector.* Iudicauit lector; prouinciam tunc dierum à Montanis eorum de more, calamitatibus affectam, Menio defendendam vrgeri. Siu autem,dimittenda esse,vt alius mitteretur.

An. M. 3782. *An D.* 2227.

PRætor L. Valerius Leuinus: *L. Valerius Leuinius Sardiniam prouinciam sortitus est.* Liuius Deca 4. lib. x. Hocce auctoritate Liuij,rogatio primùm lata est ab L. Iulio Trib. Pleb. quot annos nati quenq; Magistratum peterent,caperentq; Romani. Vnde cognomen Familiæ Iulianæ inditum,vt Annales appellarentur. Satis fit mirum Sigonio: cum Liuius ipse lib.25. de Scipione tradiderit, petenti ædilitatem,cum obsisterent Trib. pleb. negationem eius habendam esse,quòd nondũ ad petendum legitima esset ætas.

An. M. 3783. *An. D.* 2228.

PRætor hoc anno T. Ebutius. *T. Ebutio,* ait Sigonius in Scholijs, *Sardinia obtigit.* Ilienses, & Balari ingentem bellicarum rerum apparatum hoc anno fecerãt, armisq; Insulam impetentes,tumultuum turbine subuoluere. Misit iccirco Ebutius ad Senatum, filio gerulo, literas, rei nuntias. habesq; Liuij Decade quinta, lib. verbis ijs. *Eodem tempore, & in Sardinia magnum tumultum esse literis T. Ebutij Pretoris cognitum est, quas filius eius ad Senatum attulerat. Ilienses, adiunctis Balarorum axilijs, pacatam Prouinciam inuaserãt, nec eis inualido exercitu, & magna parte pestilentia absumpto, resisti poterat. Eadem, & Sardorum Legati nuntiabant, orantes vt, VRBIBVS saltem iam enim agros deploratos esse, opem Senatus ferret. Hæc legatio, totumq; quod ad Sardiniam pertinebat,ad nouos Magistratus reiectum est.* Superstes in Sardinia Balari genus,tametsi nominevio lato. Balahensis regio, sibiq; finitima Balaros habet, *Baddari.* seu *Addari,* dictos. *Allari,* seu, *Allai,*genus,& oppidum: *Bauladu Baratali,* multi volunt esse corruptam à Balari,& hoc genus alia.

An. M. 3784. *An. D.* 2229.

SArdiniæ Prætor C. Mummius. Hoc anno facta est Sardinia, prouincia Consularis,eamq; sortitus T. Sempronius Gracchus. Audito Liuium vbi supra. *Consules creati, C. Claudius Pulcher, T. Sempronius Gracchus. Postero die Pretores facti: C. Mummius; Mummio Sardinia euenit. Sed ea propter belli magnitudinem prouincia Consularis facta. Gracchus eam sortitur.* Dein subdens ait: *Idibus Martijs, quo die Sempronius, Claudiusq; Consulatum inierũt, mẽtio tantũ de prouincijs Sardinia, Histriaq; & vtrisq; hostibus fuit, qui in ijs prouincijs bellum conciuissent. Postero die legati Sardorum, qui ad nouos Magistratus dilati erant, L. Minucius Thermus, qui Legatus Manij Cõsulis in Histria fuerat, in Senatum venerunt. Ab his edoctus est Senatus, quantum belli ea prouincie haberent. Prouincie deinde quę in bello erant* [subdit Liuius] *Sardinia atq; Histria decreta. In Sardiniam due legiones scribi iussę i. quina millia in singulas, & deceni pedites; treceni equites & duodecim millia peditum sociorum nominis Latini; & 600. equites, & decem quinqueremes naues, si deducere ex naualibus vellet.*

Rei euentum Auctor ipse [verus in quã Liuius, etsi vllus inficias ierit] correptis habenis gerens,ita prosequitur. *Et ab altero Consule Tib. Sempronio, in Sardinia prospe rẽ res geste. Exercitum in agrum Sardorum Iliensium induxit* (planicies Bariensis hic ager) *Balarorum magna auxilia Iliensibus venerant. Cum vtraq; gente, signis collatis, conflixit. Fusi, fugatiq; hostes, castrisq; exuti; Duodecim mill' armatorum cęsa. Postero die arma, lecta contici in aceruum iussit Cõsul, Sacrumq; id Vulcano cremauit. Victorem exercitum in Hiberna Sociarum vrbium reduxit.* Diuidebat exercitus collis ille, vulgo Cuaddazzonis; Romanus hinc, Iliensis illinc. Confluxerant enim Balares per Phocorum interiuga; Locrensium tractus operientes, cõbellibus sese iunxere. Phocos autem regiuncula illa, *Perdas de fogu:* Locrenses, verò, ea *Locheri,* Sardoa lingua, dictæ, populos continebant.

An. M. 3785. *An. D.* 2230.

HOC anno Prætor Sardiniæ destinatus, M. Popilius Lenas, nec prouinciam suscepit, nec minus iniuit. Quippe qui

qui patres ne obstet, orauit: exauditusq; est. *Pratores sortiti sunt; &c. Duo deprecati sunt, ne in prouincias irent M Popilius in Sardiniam. Gracchum eam prouinciam pacare: & T Ebutium Pretorem, adiutorem ab Senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minimè conuenire. Inter traditionem imperij, nouitatemq; successoris; quę noscendis prius, quàm agendis rebus, imbuenda sit, sæpe bene gerendę rei occasiones intercidere. Probata Popilij excusatio est.* Prætor igitur āni huius is ipsemet T. Ebutius potius prorogatus, quàm Popilius, fuit. Mitescente hyeme, semel, bis, atq; iterum Gracchus in certamen cum hoste descendit; eumq; secundis contudit prælijs. *Et T Sempronius eodem tempore in Sardinia, multis secundis præliis Sardos perdomuit; XV. mill. hostium sunt cæsa* [pensa lector quàm plena tum gente, vt regiunculæ duæ [Iliensium, Balarumq; duntaxat] tot agmina glomeraret in acies. Fuere siquidem pugnatores ad 50. millia propè numerum: quin vrbes, earumq; finitimos populos, arces, & oppida computaris] *Omnes Sardorum populi qui defecerant, in ditionem redacti. Stipendiariis veteribus duplex vectigal imperatum, exactumq; cæteri frumentum contulerunt. Pacata Prouincia, obsidibusq ex tota insula 230. acceptis: legati Romā, qui ea nuntiarent missi; quiq; ab Senatu peterent, vt ob eas res, ductu, auspicioq; Tib Sempronii prosperè gestas Diis immortalibus honos haberetur: ipsiq; decedenti de Prouincia, exercitum secum deportare liceret. Senatus in æde Apollinis, Legatorum verbis auditis, supplicationem in biduum decreuit, & XXXX. maioribus hostiis Consules sacrificare iussit. Tib. Sempronium Proconsulem, exercitumq; eo anno in Prouincia manere.* Hucusq; Liuius. Hinc, T. Sempronium annum in Sardinia, elicitum, absoluisse: eoq; cum ipso T. Ebutium Proprætorem. Qui tametsi nouus in Prouinciam successor aduenerit; in ea Sempronio iugis remansit adiutor.

Negat Stadius in Comment. Flori, lib. 2. cap. 6. Sempronij huius in Sardinia Cōsulatus imperium: fatus hac serie. *Tib Sēpronio Graccho quidquam hoc Punico bello in Sardinia imperii fuisse; haud facilè inuenias. cum neq; Pretura functus sit: & Pratores hoc tempore solum in eam Prouinciam (erat enim in prouinciæ formam ante hoc bellum, anni 14. redacta per M Matbonem Cōsulem) mittebantur. Nam hunc Gracchū in Aedilitate Magistrum equitum, à M. Iunio Pera dictatore dictum fuisse, Liuius testatur; inde mox Consulem designatum, anno 538. iterumq; biennium cum Q Fabio Maximo Consulatum cepisse, & semper illi bellum cum Annibale in Italia, idq; in Lucania mandatum fuisse, quosq: Proconsul ipse, anno 541. hospitis Lucani sui fraude, insidiis circumuētus, à Magone Pœno interfectus est. Sed Consularis facta est propter belli magnitudinem Sardinia, an. 576. hoc est annis 41 post huius belli initium, eamq; tunc sortitus est Sempronius Gracchus Consul, huius, de quo diximus, nepos; deq; iis Proconsulem Gracchum triumphasse testantur triumphi Capitolini. Quod si rem tanto interuallo gestam, cum hoc Punico bello cōfūdit intolerabilius est, anistoresia* i. absq; historia. *Verū isto, quo cū Annibale bellatū est, tēpore rē bene gestam aduersus Pœnos, & Sardos in Sardinia, à T. Manlio Pratore, qui Q. Mutio Scæuola valetudinario successor datus est, Liuius testatur: vt qui captos à Manlio Asdrubalem, Magonem, Annonem Pænorum: Harsicoram, & Hiostium, Sardor. duces, cæsos esse scripserit. Insanorum etiam Montiū Liuius meminit; quos Ptol. Manomena ori* i. mons fatuus. *lib. 3. Geograp. vocat.*

Tota vis rei, circa, Tiberius nomen versatur: ac si nequierit Gracchus iste Tiberius etiam appellari, prout reapse appellatum norimus in Plutarcho, Francisco Barbaro interprete; ibi de Tib. & C. Graccho: vbi Tiberium hunc Caij fratrem indicat, dicens: *Atqui opinio magna obtinuit, C. Gracchum summū & absolutum fuisse popularem; multoq; in ea re, iudicio populi, Tiberium fratrem anteisse. Quod verū non est; sed necessitate potius compulsus, quam iudicio animi, se ad Rempub. contulisse videtur. Scribit Cicero orator, C. Graccho omnes Magistratus repudianti, & in otio viuere cupienti, fratrem Tiberium in somnis visum, dixisse. Quid tardas Cai? Nulla est fuga, sed ambobus vnam vitam, & vnam morte pro populo Romano certantibus. Fata statuerunt.* &c. En tibi, stadi [si nepos, si eius quem asseris, filius] hic quoq; Tibarius; cesset ambiguitas. Habenda fides Liuio, Deca. libroq; prædictis. Profectò habenda Cornelio Nepoti de Viris Illustribus, qui sic ait. *Tiberius Sempronius Gracchus; &c. Pretor Galliā domuit. Consul Hispaniā, altero consulatu Sardiniam, tantumq; captiuorum adduxit, vt longa venditione, res in prouerbiū veniret.* Credendum Sebastiano Corrado in Comment. M. Tullij Ciceronis, in lib. Brutus: itemq: in lib. de nat. Deorum: quin etiam, lib. 1. de Diuinatione: hunc in modum fato. *In primo quidem*

Consō-

Consulatu Sardiniam prouinciam obtinuit; quam eum perdomuisset, & supplicationem obtinuisset Iussus est proconsul in Sardinia manere; de qua tandem triumphauit, vt Liuius lib. 41. bis verbis ostendit. Eodem anno tabula in ædis Matutæ, cum Indice hoc posita est. T. Sempronij Gracchi Consulis imperio, auspicioq; Legio, exercitus pop Romano Sardiniam subegit. In ea prouincia hosti um cæsa, aut capta supra 80 millia. [hinc quàm fuerit Insula gẽtibus numerosa, deducas] *Republica fœlicissime gesta atq; libertatis, vectigalibus, restitutis; exercitum saluum atq; incolumem, plenissimum præda reportauit, itẽrum triumphans in Vrbem rediit. Cuius rei ergo hanc tabulam dono Ioui dedit. Hosce triumphos Cicero, in Oratione pro Plancio, nominat. Ex his apparit error Auctoris libelli de Viris Illustribus, Hispaniam ab eo Consule domitã cum satis constet, ei Pretor Hispaniã citeriorem obtigisse: deinde propagatum imperium, ita vt postea Propretor de ea triumpharit. Et sanè Liuius, & Orosius eum primũ pretorẽ, deinde Liuius etiam Propretorẽ vocat. Vt mirari quis possit, quare qui scripsit Epitomas in Liuium ab eo dissentiat: cũ Proconsulem appellet; nisi sciat eundem Pretorẽ, & Proconsulem à Scriptoribus dici, vt alibi ex auctoritate Asconij potissimum ostendimus. Quin vero idem sit T. Sempronius Gracchus, nemo potest dubitare, qui seriẽ historiæ apud Liuium legerit, & viderit eundẽ Gracchorum patrem à Cicerone, & Floro vocari. Auctor quidem libelli de Viris Illustribus ita scribit. T. Sempronius Gracchus, in altero Consulatu Sardiniam domuit. Id vt verum esse credã facit ipse Cicero, qui scribens ad Q Fratrem, qui tunc erat in Sardinia, sic ait: Habet profecto quiddam Sardiniæ appositum ad recordationẽ preteritæ memoriæ. Nã vt ille Gracchus augur, posteaquàm in istam Prouinciam venit, recordatus est, quid sibi in Campo Martio accidisset. Sic tu mihi videris in Sardinia recogitasse.* Habenda deniq; fides alijs decumanæ dignitatis viris, qui Gracchum hunc, Tiberium nuncupant.

Exercitum Gracchus in Socias vrbes reduxit? Quænam Sociæ Vrbes? Calaris Vrbs Ciuium Romanorum, è socijs maxima. Huc, & Sulcim [Olbiamq; fortasse] reduxit, Calarim tunc dierum Vrbẽ Ciuium Romanorum fuisse, auctoritatis eximiæ Scriptores, innuunt: dum, Vrbẽ Vrbium vocant; dumq; de more, prouincijs nuper obtentis, colonias inuehebant; Sardinia verò, Rom. pop. prouincia princeps, quod cæteræ nactæ, carere non debuit. Quòdq; Socia fuerit Calaris, prælibatis è locis habetur. Quò se Mãlius recepit? Quò nam classis eiusce subducta? Quò iam tandem Pœnus Hasdrubal dirigebat?. Extat supra dictum retro. Vnde amabò Calaris, quàm sibi Fara defectio fingit, irrepsit? Mirum planè sed prorsus imbelle figmentum, commentum. Proponimus eius hic Somnium: quo sibi tempestate hacce visa. Calaris rebellasse. Proponimus verba Faræ, præcipua.

Anno, postea, sequenti, Calaritani, & nonnulli alij defecerunt [in margine velut insigne præcipuumq; notatu, *Calaritani deficiunt*, exarauit] *Tantum enim in quasdam vrbes sæuitum fuit, & præcipuè in Vrbem Calaris, illiusq; gentem, quam vt tradit L. Florus, & Iornandes contumacem repererat.*

Hæc, si pauca, si à periodo diminuta, essent verba, Codicem taxaremus: manu subdolam, si prelo sub alio gemuisset, [à Fara proculdubio dissentaneam] censeremus, adiectum. Est enim sole meridiano clarius, mendum esse; Nullus etenim, tam è priscis, quàm è posteris Romanarũ, Sardiniensiumq; rerum vindicibus, id opinatus, nedum, scriptis consignasse, deprehenditur. Prælibamus Florum: *Sardiniam Gracchus arripuit; nihil illi gentium feritas, insanorumq; [nam sic vocantur] immanitas montium, profuere. Sæuitum in vrbes, Vrbemq; Vrbium Calarim: vt gens contumax, vilisq; mortis, saltem desiderio patrij soli domaretur.* Hæc ille lib. 2. Proponimus Iornandum de Regn. ac tẽp. success. *Sardiniam Gracchus arripuit; nihil illi gentium feritas, insanorumq; (nam sic vocantur) immanitas montium profuere. Sæuitum in vrbes, Vrbemq; vrbium Calarim: vt gens cõtumax, vilisq; mortis, saltem desiderio patrij soli domaretur.*

Conuictus Fara nil verax de Calaris defectione; eiusq; dictum carpitur merè fictum: Quia vetus recensue nullus hanc prodit, saltem nec innuit. Vnde cum solus sit ipse, qui nouus, & recens, auctorq; suspectus, exploditur. Patet, solus, alio nemine, vno dempto ipso, apparente Scriptore: patet nouus, & recens; prodijt enim anno 1580. codice teste: patet ex ijs quæ subdimus, esse suspectum. Citat Florum, & Iornandum: verùm ipsi, quàm Fara citar se aliter habent. Quippe hęc Fara *Tantum enim in quasdam Vrbes sæuitum fuit.* Florus, & Iornandus? *Sæuitum in vrbes, vrbemq; vrbium Calarim.* Quàm, *vrbes* à *quasdam*; quamq; distet, *vrbemq; vrbium Calarim*, à, *præcipuè in vrbem Calaris illiusq; gentem*

tem: vel cęcus videt. Quin & ea quæ subdit. *Quam vt tradit L. Florus, & Iornandes, contumacem repererat.* Aſt iji ſic fati; *vt gens contumax, viliſq; mortis, ſaltem deſiderio patrij ſoli domaretur.* Ecquis adeò captus lumine, vt iubare clariùs non agnoſcat, verba illa *gens contumax*, non ſolùm ſupra Calarim, ſed etiam ſupra Ly, *Vrbes*, appellet? Si enim in vrbes, Vrbemq; vrbiū Calarim ſæuitum; contumax ſola Calaris nequicquam erat; ſed vrbes, eiſq; cum, vrbium Vrbs Calaris. Alioquin vrbes in ſontes: quæ ſi ſic: cur in eas ſæuitum? Seruantiſſimi Romani æqui in vnam [nedū in omnes] immeritò, ſæuituri non credēdi. Contumaciæ igitur nota, ſola Calaris inurenda? Demeruerè quid aliæ? Quòd ſi, *vrbes*; etiam contumaces: quo nam pacto domitæ? Calaritani, an ſoli proprij deſiderio? Profectò alieno vulnere quis occumbit? Reuera nec pœnas dederint vrbes: dum Calaritanum duntaxat in ſolū, deſæuitum. Quod ſi dicas: Calaris, quia vrbs vrbium, velut caput, edomita, concludes ęgerrimè; nunquam inferes: ſolā Calarim contumacem.

Animaduerti fas duo: rebellatum, bellatum: idq; primum, idq; ad gentem illā ferinam, Ilienſium inquam, Balarorum, aliorumq; ipſis hęrentium montanorum, ſpectat: vt iidem Florus, & Iornandus oſtendunt ijs verbis. *Sardiniam Gracchus arripuit; nihil illi* [nimirum Sardiniæ, parte pro toto ſumpta] *gentium feritas* [Ilienſium Balarorum, Iolenſium, Taratorum, Aconitorumq;] *inſanorumq; immanitas montium profuere*. Calaris, Sulcis, Nora, Pupulum, Olbiæ, Cornus, Turres, Vſellus Tarrus; aliæq; Sardiniæ vrbes, montium nunquam huiuſmodi immanitate cinctę, munitæq; ſunt. Cæterum Calaritani, Turritaniq; vrbiciq; coloni, quando ferini? Nonne Calaris vrbs ciuium Romanorū? Nonne Turres nonnullæq; vrbes Coloniæ Romanorum? En verum: quòd non de vrbicis, ſed exteris oppidanis alpeſtribus feritas hæc intelligenda. Rebellatū: haud nouum eſt: ſemper enim Ilienſes, Iolenſes, Balareſq; rebelles, indomiti: habes apud Diodorum, alioſq; in re antiquaria ſummos Viros: dictum iam retro. Bellatum verò ex Liuio, prælibato, pleniſſimè conſtat, non vrbicos ſed barbaros hoſce monticolas, pacatam inuaſiſſe Prouinciam, eoſq; ad contundendos, & cohibendos, ſe cum exercitu in Sardiniam contuliſſe. Hactenus Calaris, vrbeſq; cæteræ prorſus, inſontes, belliq; culpa ieiunæ.

Secundum eſt contumacia, de qua Florus, & Iorundus, & hæc ad Calarim, vrbeſq; alias Inſulæ [non quaſdam vt gloſſat Fara] attinet: eaq; non defectio, non rebellio fuit, ſed vectigaliū grauitati obiectio intolerabilium oneri oppoſitio tributorum. Tangit. Liuius, ſuperius adductis Deca 5. lib. 1 verbis illis. *Stipendiarijs veteribus duplex vectigal imperatum, exactumq; cæteri frumentum contulerunt.* Idêq; propemodùm Sebaſtianus Corradus in M. Tullij Ciceronis Comment. propulſans, ait: *vectigalibus reſtitutis, exercitum ſaluum atq; incolumen pleniſſimum præda Tiberius ſemper Gracchus reportauit*: Expendendum *vectigalibus reſtitutis*, cum ijsquæ ſupra; *ſtipendiariis veteribus duplex vectigal*, &c. Cato ſiquidem dum Sardiniæ clauo aſſideret, Inſulam magna ex parte leuauit: ſuorumq; prædeceſſorum inhumanitati oppoſitus, exactionum ſeueritati temperiem dedit, extorſionum auertit ingenia. Dictum iam: conſulas. Hinc illud, *vectigalibus reſtitutis*; eorum nimirum, antea pergrauantia, rigorem, impietate reduxit.

Eſt qui, Faræ dictis fulcrum adhibiturus, à Ioannis Zonaræ hiſtoriæ, tom. 2. Calaris huiuſmodi ſomniatam defectionem, afferat, habuiſſe. Atqui nullum hacce de re Zonaras, in tota hiſtoria, fecit verbulum, nec tale noſtris vnquam ſeſe obtulit oculis: & quidem apud nos extant Zonaræ labores: euoluimus, eluſtrauimus, nilq; ampliùs, quàm ea quæ ſubdunus, prodidit verbis iſtis. *Sardi perpetuam Romani Pretoris præſentiam ægrè ferentes ſeditionem mouerunt, ſed denuo ſubacti ſunt.* Non ait, Calaris, ſed *Sardi*: non rebellionem ſed ſeditionē, impropriè ſic loquutus, pro tumultum, ſeditionem ponens. Huiuſmodi tamen fandi improprietatem T. Liuius, vt tradimus, Deca 5. lib. 1 corrigens, *eodem* inquit, *tempore. & in Sardinia magnum tumultum eſſe, literis T. Ebutii Prætores cognitum eſt*. Tumultum, inquam, ob intolerabile vectigalium onus: quibus verbis alludit, Iy, *vectigalibus reſtitutis*. Arundineum igitur Faræ fulcrum; quandoquidem Zonaræ verba nil fulciunt, nihil fouent: at officiunt: Vnde patet Faram marte ſuopte, volutum, vt Calaritanam vrbium Vrbem, defectionis infamia dehoneſter. Patet ex actius Sardiniæ vrbes, nec omnes, nec quaſdam defeciſſe: patet næ, Sardorum ex ea, quam Liuius adſtruit, legatione. Hanc autem ſi oppidani non emiſere: qui? Nequiquam hi:

Deſi-

Deficientibus enim vrbibus, oppida quid legarint? Influit membris caput, subijciuntur capiti membra suo. Legatos illos Romam Calaris cum alijs Insulæ ciuitatibus ablegarunt. Politica suadet, ratio cogit credere rebellato vrbi, oppido rebellatum. Non itaq; Sardorum Legatos Romam pagani destinarunt, sed vrbici. Cum autem Calaris Vrbs esset vrbium cunctis alijs, vti membris caput, influxit: Legationis videlicet munus ab ea velut à capite deriuauit.

Præterea verba Liuij. *Eadem & Sardorum legati nuntiabant, orantes vt vrbibus saltem, iam enim agros deploratos esse, opem senatus ferret*: insinuant vtiq; Calaritanos, ciues inquam [de ijs enim loquitur Fara, stat enim pro celebriori æquiuocum illud nomen] minime defecisse, quandoquidem à Senatu auxilium, vrbibus imploratur: quæ si defecisset, nequaquam se cum cæteris vrbibus apparasset: nullatenus opem ipsa met sibi, nec illi ciuitas alia flagitasset. Rebelli, apud cui rebellatum, opitulandum? Standum Liuio: nullam ex vrbibus defecisse; saltem vrbibus opem ferri, à Legatis orato: introductis, expeditis: in vrbes reducto exercitu.

An. M. 3786. An. D. 2231.

PRætorem anno isto Cn. Cornelium Scipionem ex Liuio tradit Fara. Liuius autem, quòd viderimus, non Cn. Scipionem, sed Cornelium tantùm nominãs *M.* inquit, *Attilio Prętori prouincia Sardinię obuenerat; sed eam legione noua, quam Cõsules conscripserant quinq; millibus peditum; 300. equitibus in Corsicam iussus est transire. Dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, vti obtineret Sardiniam.* Cornelium autem Scipionem inter ciues, & peregrinos ditione pollentem; Cn. Cornelium, Flaminem Dialem inauguratũ, assignat inferiùs.

Tyberius Sempr. Gracchus Romam rediens, caprarum greges, captiuorumq; portat. *Tib Sempronius Gracchus, Gracchorum ex Cornelia Africani sorore pater, Proconsul Celtiberos in deditionem accepit, ac monumentum operum suorum Gracchorum oppidum in Hispania construxit, vt Liuius refert. Consul in Sardiniam nauigans, inde caprarum greges, captiuorumq; victor portauit.* Volaterr. in Antropologia, lib. 16. Triumphato, tabulam, in qua Sardiniæ forma erat, in æde Matris Matutæ, Sempronius collocauit, hoc indice. *Eodem anno tabula in ædem Matris Matutę cum indice hoc posita est. T. Sempronii Gracchi Consulis imperio, auspicioq;, legio, exercitusq; P. R. Sardiniã subegit. In ea prouincia, hostium cæsa aut capta, supra 80. millia. Republica felicissimè gesta, atq; liberatis vectigalibus restitutis, exercitum saluum, atq; incolumem, plenissimum præda, domum reportauit. Iterum triumphans in vrbẽm Romam rediit: cuius rei ergò hanc tabulã, donũ Ioui dedit. Sardiniæ Insulę forma erat, atq; in ea simulacbra pugnarũ picta.*

Hæc Liuius V. Deca lib. 1. Sabellicus, Ennea S. lib. 8. velociter migrat: non nisi bellatus memorabili satis non. *Per tẽpus* [hęc T. Semper Gracchi fatur] *aduersus Sardos bellatũ; ceterùm parum memorabili euẽtu.* Auius quidem ijt: standum Liuio;

An. M. 3787. An. D. 2232.

PRætor Sardiniæ C. Cicereius *Prouincias*, ait Liuius, *sortiti sunt, C. Cicereius Sardiniam.* At è vestigio, neq; isthic Insulam gubernauit: quippe qui iussus in Corsicam vti M. Attilius, transgredi bella gestum. *Ad hoc mille, & 50. pedites Romani cum centum ęquitibus scribi iussi: cum quibus. Prætor, cui Sardinia obtigisset, in Corsicã transgressus bellũ gereret: iterim M. Attilius vetus Prætor prouinciã obtineret Sardiniam.* Eisdem Deca 5. lib. 2. Liuius. Corsica itaq; bella gessit Attilius labenti anno, cuius imperio Cornelius locum tenuit: eadem pari modo arma, Attilij supplemento, Cicereius arma, Sardiniæ Prętor exercuit: queis, non absq; hominum cęde plurima, iam peractis, in Sardiniam, functurus officio, transmisit, vt Liuius Auctor est, ibidem sic: *C. Cicereius Prętor, in Corsica signis collatis pugnauit; septẽ Millia Corsorũ cęsa: capti ãplius M. D. cc. Vouerat in ea pugna Prętor ædẽ Iunonis Monetæ. Pax deinde data petentibus Corsis; & exacta cerę ducenta Millia pondo. Ex Corsica subacta Cicereius in Sardiniã transmisit.* Hanc Monetæ Iunonis ędem, tametsi alibi, in sua Prætura, nempe Sardinica, Cicereius creditur extruxisse: quęq; Genoni, municipium, Iunoni sacri existimat, nequaquam abiicimus mentem: Carthaginensium opus, qui asserant, non obstantibus: potuit enim Romanus, vt Carthaginẽsis vestigia raderet, litareue nuper, augereue denuò, structam alij, Iunoni ædẽ sacrare Monetæ: sic, a monitu Romanorum auribus intonante, *cauete hostes*, appellitatæ.

*An.M.*3788. *An. D.* 2233.

PRætor hoc anno Sp. Cluuius. Ita Liuius. *Sortitus Sp.Cluuius Sardiniam.* Dec. 5. lib. 2.

*An.M.*3789. *An.D.*2234.

PRætor, L. Furius Philus. His Sardis imperatas binas decumas, in Macedoniam ad Romanum exercitum, Patrũ mandato, subuexit. *Commeatus classi Legionibusq; vt ex Sicilia Sardiniaq; subuehrentur, Pretoribus qui eas prouincias sortiti essent, mandari placuit; vt alteras Decumas, Siculis, Sardisq; imperarent; vtq; id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C.Caninius Rebellus est sortitus; L.Furius Philus Sardiniam.* Liuius vbi supra.

*An.M.*3790. *An.D.*2235.

PRætorem hoc anno, M. Recium Fara ex Liuij Dec. V. tradit. Nos verò, reuoluto sæpius codice, nil aliud, quã quod subdimus potuimus inuenire. *Interim M.Recio Pretori mandatum, vt edicto Senatores omnes ex tota Italia, nisi qui rei publicæ causa abessent, Romam reuocaret, qui Romę essent, ne quis vltra mille passuum ab Roma abesset.* Hęc Liuius Deca V. lib. 2. Inter Lucij Furij Phili prędicti, & P.Fonteij Capitonis infrascripti, præturas, asserta, & exarata: quorum intermedium alius Sardiniæ Prætor non apparet. Vnde, vel prorogatus Philus, pretermissus ve à Liuio Phili successor existimandi sunt.

*An.M.*3791. *An.D.*2236.

PRætor hoc anno P. Fonteius Capito. Habes in Liuio: *Siciliam Serg. Corn. Lentulus, Sardiniam P.Fonteius Capito sortiti sunt.*

*An.M.*3791. *An.D.* 2237.

PRætor hoc anno, C. Papirius Carbo Sardiniam gubernauit. *C. Papirius, Carbo Sardiniam est sortitus* Liuius Deca, V.Lib. 4.

*An.M.*3793. *An.D.* 2238.

PRætor hoc anno Aulus (non Marcus vt Fara scribit) Manlius Torquatus ex Liuio, Deca 5.lib.5. *Aulo Manlio Torquato Sardinia obuenerat, nequijt ire in Prouinciam, ad res capitales quęrendas ex S C retentus.* Hinc certum; Papirium alium ue pro Aulo gubernasse.

An.M. 3794. *An.D.* 2239.

PRætor, M.Fonteius: Liuius, decad.5. lib.5. Deinde *Pretores postero die, M. Fonteium* &c. Hęic suam claudit quintam Liuius Decadem; hic pressit vestigia Liuius, hęic Prætorum cathalogo, tot annis totidemq; Prætoribus desideratis, finis im positus.

An.M. 3810. *An.D.* 2225.

MArcus Cato, Sardinię Prætor apud Alexan. ab Alexandro lib. 2. cap. 2.cap.15. Genial. dierum: Volaterranũ, Plutarchum, aliosq; Scriptores extat. Hĩc verò Vricensem (seueritate ac disciplina Stoica, seniorem Catonem auum, referentem) tutius arbitramur, & credimus.

*An.M.*3835. *An.D.* 2280.

LVcius Aurelius Horestes Consul in Sardiniam, contra Iliensium Balarumq; tumultus, erupit: ibiq; secundo marte subactis, cum imperio substitit: Consularemq; ipsam Prouinciam administrauit. Tangit obiter in suo Epitome Liuij Abbreuiator, lib 60. *Aurelius*, inquiens, *Consul Sardos subegit.* Sardos, intellige Ilienses, & Balaros, pro toto parte sumpta. Hocce met anno, Caius Gracchus Sardinię Quęstor fuit: ita Plutarchus, Cornelius Nepos de Viris Illustribus, ita multi. *Caius Graechus Sardiniam Quęstor sortitus*: ait Nepos. Sabellicus verò Ennead. 6.lib.1. Ita de illo fatur. *Post Fratris interitum eum admodum adhuc iuuenis esset (erat enim nouem annis minor Tyberio, Patritijs certantibus adhuc impar, vt procul foro & rostris abesset, libens in Sardiniam Quæstor Horestis Consulis profectus est. Hic (vide licet in Sardinia) multiplex eius virtus extitit, audacia, & promptitudo in hostem; iustitia in subditos, in Consulem obseruantia, temperantia tanta, & industria, vt ętate prouectos, nedum æquales longè, anteiret. Quo contigit, vt à Iugurtha legati ad Senatum missi præter cętera nuntiarent, Regem suum* (Iugurtam intellige) *frumentum in Caij Graechi gratiã ad exercitum in Sardiniam misisse: & Sardinię ciuitates, eius suasu, vestem militibus dedere* Ioannes Cuspianus anno Romæ 625. ita de Graccho, & Horeste. *Plutarch.*

X *in vita*

in vita Gracchorũ scribit; Horestem Consulem in Sardiniam nauigasse, eiusq; Questorem fuisse Caium Gracchum Tyberij fratrem.

An. M. 3836. *An. D.* 2281.

LVcius Aurelius Horestes, met ipse, Sardiniam moderatus est Consul; *Horesti*, ait Sabellicus, *prorogatum est, in sequentem annum, imperium.* Graccho pariter Quæstur, eadem prorogata est, eadem Sabellico referente. Quod quidem ex Aulo Gellio, in Noct. Acticarum, constat; dum ipsi, ad populum concionanti, biennem Sardiniæ Quæsturam assignat, vt inferiùs est videndum.

An. M. 3837. *An. D.* 2282.

SArdiniam gubernauit .... Caius Gracchus interanno Romam è Sardinia, ante Horestis Consulis decessum redijt. *Caius Gracchus*, ait Nepos *Sardiniam questor sortitus, non veniente successore, sua sponte discessit.*

Sabellicus Ennead. 6. lib. 1. prælibatis, de Graccho isto sic enarrat; *Verum quo maiores in eo eminebant virtutes, eo indies Senatui suspectior fiebat; qui vt diutius domo abesset, Horesti prorogatum est, in sequentem annum imperium. Sensit ille Patritiorum artem, eaq; iniuria instructus, non expectato Consulis decessu Romam redijt: vbi ad Censores accusatur; quod ante Consulem Questor Prouincia decessisset XII. se annos militasse ostendit; cum lex ceteris decem tantùm in necessitatibus definiet. Impleuisse ad hęc Queæsturæ tempus; tulisseq; secum plenos pecuniarum sacculos, vacuos reportasse; cum alij epoto, quod in Prouinciam extulissent vino, plenas auro, & argento reportarent amphoras; valideq; per hæc apud Censores purgatus. rursus in aliud incidit discrimen*, &c. Exin multa in Sardiniæ gratiam potes eliccere. Primùm: quòd prouincia Questor morbosi ac pestiferi, vt Nepos innuit, aeris ergo, sed iuris sui, & honorificentię gratia ante Consulem non decessit. Aliud; quòd Romani Consules, Prætores, Quæstores Insulam deglubentes, eam quisq; auro argentoq; queis fœlicissima tellus ipsa scatebat, & scatet, pœnitus exuebant. Vltimum: quòd amphoras illas Vini, nõ quia Sardiniam vinis pretiosis, & optimis carebat; sed vt suam cupidinem palliarent, auro argentoq; replendas, in Sardiniam deferebant. Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 15. c. 12. Caium Gracchum, Romam ex Sardinia reuersũ, sic ad populum orasse, scribit. *Versatus sum in Prouincia, quomodo ex vsu vestro existimabam esse; non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar: nulla apud me fuit popina, neq; pueri eximia facie stabant; sed in conuiuio liberi vestri modestius erant, quam apud Principem. Post deinde hęc dicit. Ita versatus sum in Prouincia, vt nemo possit verè dicere assem, aut eo plus in muneribus me accepisse; aut mea opera quempiam, sumptum fecisse. Biennium enim fui in Prouincia; si vlla meretrix domum meam introiuit aut cuiusq; seruulu propter me solicitatus est, omniũ nationum postremum, nequissimumq; existimate. Cum à seruis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis vestris vixisse. Itaq; Quirites cum Roma profectus, Zonas, quas plenas argento extuli eas ex Prouincia inanes retuli. Alij vini amphoras, quas plenas tulerũt, eas argento plenas, domum reportauerunt.* Hactenus Gellius.

Plutarchus de Gracco isto sic. *Fortè euenit, vt Questor in Sardiniam cum Oreste Consule nauigaret. Id enim munus Caio fortè impensum inimicis eius gratum fuit, sibi vero non ingratum. Vt pote qui nosset non inferiorem se bello esse, quam in foro. Praeterea adhuc rostra, suggestumq; perhorrens, nec plebi amicisq; rogantibus, denegare suam operã volens, omnino profectionem illam libeter suscepit. Atqui opinio magna obtinuit Caium Gracchum summum, & absolutum fuisse popularem, multoq; in ea re iudicio populi Tyberium fratrem anteisse.* Subdit Auctor. *Cũ vero in Sardiniam venisset, ibi omnifariam virtutem ostendens, audacia quidem in hostes, iustitia in subditos, beneuolentia, & obseruantia erga Consulem, ceteram iuuentutem, temperantia, & industria etiam seniores anteibat. Vehementi atq; pestifera hyeme exercitum opprimẽte, cum Consul à ciuitatibus veste militibus peteret, & illę misit ad Senatum legatis, se à praestatione vestium excusarent; nec alium de vestiendi exercitum facultas Consuli permitteretur: magnopere ob eam rem milites afficerentur incõmodo, adiens ciuitates, Caius, effecit, vt ipse sponte sua vestem exercitui donarent. Ea Romæ nuntiata, cum popularis gratię viderentur initia, Senatum turbarunt: & prius quidem ex Lybia venientes Micipsæ Legati ingratè accepti fuerant à Senatu, quod dicerent Micipsam Caij Gracchi gratia, frumentum in Sardiniam misisse. Vt igitur Gracchum diutius in Sardinia detineret. vt militibus successores mitterentur; vtq; Orestes Consul in Sardinia remaneret, decreuerunt: vt sic*

Caius quoq; remanere compelleretur. Sed ille re intellecta, statim ob iram è Sardinia nauigauit: Romeq; ex improuiso conspectus, non solùm inimicis, uerum etiam amicis reprehensionis caussam aduersus se prestitit: quod contra Maiorum exempla, Questor ante Consulem è Prouincia decessisset. Attamen cum de hac re apud Censores accusaretur, ratione habita, sic mentes omnium mutauit, ut magis iniurias parum iudicarent. Hucusq: Plutarchus.

*An.M.*3838. *An.D.* 2283.

LVcius Aurelius Proconsul Sardiniam moderatur: M. Æmilius Scaurus senior in ea facit stipendia, Nepote sic fato. *Marcus Aemilius Scaurus nobilis pauper sub Oreste in Sardinia stipendia fecit* ibi de Vir. Illus. & M. Aemil. Sca.

An.M. 3843. *An. D.* 2292.

MArcus Æmylius Scaurus iunior, M. Æmylij Scauri Filius, Sullæ priuignus, Sardiniæ Prætor. Fecit hic in ædilitate sua. Theatrum temporarium, vix 30. dies duraturum opus maximum, quæ fuerant humana manu, non temporaria mora verum etiam æternitatis destinatiotione. Scena ei Triplex, altitudine 360. columnarum; ima pars eius è marmore fuit: media è vitro: columnæ imæ duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas fuerant 300. numero. Cauea ipsa cepit hominum 7000. Ita Volaterr. ex Plinio. De Sardiniæ verò regimine, idem Auctor in Antropol. lib. 19. in hunc modum ex Pediano scribit. *Hic ex Pretura prouinciam Sardiniā obtinuit: in qua cum satis abstinenter egisset, & valde redargueretur, quod genus morū in eo paternū videbatur: cū cetera industria nequaquā esset par, erat enim aliquando inter patronos caussarum, cū Romam reuertisset ad petendū consulatū, accusatus a Sardis repetundarū, a Cicerone una cū quinq: alijs defensus est: Pedianus*: Extat Ciceronis testimonium in fragmentis Orat. de Bastare Norensi, qui ob Scauri accessum è Sardinia fugam arripuit.

*An.M.*3849. *An.D.* 2294.

MArcus Metellus, ex Onuphrio, Eutropio, Sexto Rufo, & Cuspiniano, heic à Fara, de Sardis triumphator inseritur. Attiam retro de Metello dictum. Et quidem in Sextum Ruffum, *quod autem*, inquit, *Festus hic dicit Lucium Cecilium Metellum vicisse Sardos, & de iis triumphasse, Liuius hoc in 17. Lucio Cornelio Scipioni attribuit.* Vertat suo genio lector: nō enim hæc Metellus de Sardis triumphator sed potius Pretor arridet. Qui si triumphator non de Sardis quidem sed de Iliensibus, Balarisq; duntaxat censendus est. Cauendus iccirco Fara ibi *bellum cum Sardis renouatum est, de illisq; M. Metellus triumphum egit*. Sardi namq; omnes comprehendit Sardiniæ populos: quod non verum. Tunc enim, Iliensibus Balarisq, seclusis, omnis in pace, Romano sub Iugo Insula quiescebat, fidelis alumna: illarum hinc gentium infestarum, tumultus reuolutionesq; perpessa rebellis apud illos, parte pro toto sumpta, chymericā traxit infamiam.

*An.M.*3879. *An.D.*2324.

SArdiniæ Prætor, Q. Antonius: ex Epitome Liuiano lib. 86. *Lucius Philippus legatus. Sill. Sardiniam Q. Antonio Pretore pulso & occiso, occupauit.* Ortum hoc æuo ciuile illud apud Historicos celebratum inter Syllam, & Marium, bellum primum. Romam ingressus Sylla victoriæ laurea redimitus, Dictatorem se fecit. Exin is ipse ad Sardos Lucium Philippum pulso ex ea, enectoq; Marianę factionis Antonio, tunc Prætore, Insulam occupauit.

Syllanos Sardiniæ populos eo conditos tempore credit Fara, Plutarcho etenim teste, plerasq; fecit Sylla colonias. Qui credat nec deest, Syllanas colonias Montibus Calaritanis ad Austrum, tunc illatas, desertumq: nunc penitus, Sollai oppidū, tunc extructum: corruptoq: à Syllaij, vocabulo, Sollay genus, enatum.

*An.M.*3883. *An. D* 2320.

HOC anno Q. Luctatius, seu Catulus, Consul Syllanę factionis assecla Sardiniam regens, à M. Æmilio Lepido Consule, qui Marii partes agebat, bella molito, infestatus est: Scribit Cuspinianus hoc modo. *Lepidus enim Consul Sylla acta rescindere tentauit. cui cum aduersaretur Catulus, Italia pulsus est; & in Sardinia frustrà bellum molitus, perijt. Quomodo autem Lepidus ex morbo distillationis perijt, ut Appianus: ut verò Plutarchus, quod intellexerat*

xtrat vxorem adulteram,ex vtrisq; disce. Habes apud Plutarchum in Sylla,& Pompeio; agit Liuius lib.90.Florus lib.3 tit.23. *Lepidus vi pulsus in Sardiniam nauigauit; vbi non multo post distillationis morbo decessit. Alij nuncio de adulterio coniugis accepto eum mœrore confectum perijsse credunt:* ait Sabellicus Ennea. 6. lib.3. Sebastianus Corrado,in Commentario M. Tullij Cic. lib. *Brutus*, in hunc modum scribit. *Sunt etiam orationes L. Aurelij Orestis,qui cum M. Aemilio Lepido Consule,anno ab V. C. 628. fuit,& Sardos subegit, quod Liuius lib.60.scripsit.* Obiit Sylla,quin studijs suis expectatus contingerit exitus.

An.M.3893. *An.D.2330.*

PIratæ, per idem hoc æui,Sardiniæ,alijsq; maritimis ingruentes,incredibilia damna inferebant: ad quorum insultus,irruptiones, incursiones, & impetus coercendos, Gneo Pompeio creditū fuit bellum. Perlustratum omne Sardoum pelagus: oraq; Lentulo, Marcellino, & P. Attilio tributa est contuenda: qui paucos intra menses,fugauit,absterruit latrunculos vniuersos,tutumq; vt Faræ vtamur eloquio,nauigantibus mare reddidit. Sabellicus hac de re, Ennea. 6. lib. 4. sic ait. *Pompeius ita legatis partitus est prouinciam: Ibericoram vsq; ad Herculis columnas,Tyberio Neroni, & Manlio Torquato tutandam tribuit: Gallicum mare,& Ligusticum, M. Pompeio. Libycum,Sardoum, & Corsicum, cum interiectis Insulis,Lentulus Marcellinus, & P. Attilius obtinerent. Singulis certus est nauium numerus attributus: & maritimum bellum ita est datum per partes administrandum. Pompeius cum 60.lectis nauibus Tyrrheno mari,Lybico,Sardoo, Siculoq; prius lustratis,quod 40.dierum spatio effecit,in Ciliciam Piratarum arcem iturus, Romam ex Brundusio diuertit: quod Piso Consul inuidia naualem soluerat apparatum.*

An.M.3894. *An.D.2331.*

POmpeius, vt in eius vita Plutarchus tradit, ingentem ex Sardinia congestam, administrationi huiusmodi, frumentariæ inquam,ex munere solus incibens, frumenti copiam transuehi fecit:an nonæq; angustiàm hac leuauit. Refert Fara.

Per hæc tempora,duas Colonias in Sardiniam deductas: ad Turrim Libysonis, Septemptrionem versus: Vsellumq; ad Vrbem, Orientem versus sitam: de quibus Plinius, Ptolomeus,Onuphrius,& Sigonius,Calarim tunc vrbem ciuium Romanorum factam, Tibulamq; Septemptrionem versus à Tiburtinis extructam: à quibus per compositionem populos Tibulatios,dictos fuisse, credit Fara. Credimus,deductas hasce ad Turri, Vsellūq; vrbes, colonias; Calarim verò tunc fuisse recentè Vrbem Ciuium Romanorum, (vti prius dudumq; iam factam) inficiamur,abijcimus. Cæterùm Sardos quàm plures,ob eorum merita,virtutesq; ciuitate Romana donatos,ex M.T.Cicerone,in Oratione pro L.Cornelio Balbo, sub id æui cum Fara sentimus.

Æquat cælo,patriæ ductus amore Iacobus Pinto,Iesuita, Turritanam vrbem,vti primariam velutq: auream,regionem Logudòro; Ecquid mirum? Pugnandum pro patria. Isthic nobis emorandū,haud ægrè ferentibus,sed mirantibus, vnde tanta talisq; Iacobo supellex. *Turres*, inquit, *quòd ego legerim Sardiniæ prima,& nobilissima Septemptrionem versus: in ea Insulæ prouincia nobiliori, quæ inde facto nomine Turritana, & item à loci amœnitate,& poli soliq; bonitate locus aureus, vulgo Logodoro dicta est, a Turrenis Vetulonicis, primis olim post diluuium, Hetruriæ,ac Sardiniæ incolis,Beroso teste,habitari cœpta,& turribus cincta atq; Hercule Libyo, Sardi patre,aucta, & Libysoson dicta,idest Hercules Libyi Augusta, vt & à suis turribus, Turrenisue fundatoribus, Turres. Quam quidem,primam deinde Romanorum coloniam factam, nec longè ab vrbe dissitam,& si Romanus splendor,& gloria, mirum in modum nobilitarit: quippe quem M. Valerius, Mutius Scæuola, Manlius Torquatus, Papyrius Carbo, M. Porcius Cato, is qui Græcas isthic literas ab Ennio didicit: Gn. Cornelius Scipio: C. Gracchus: T. Sempronius Longus: P. Lentulus, M. Metellus: Q. Fabius Pictor, alijue, vt Liuius Gusspianus, & Polybius referunt, ex Catonibus, Fabijs Pisonibus, Lentulis, Scipionibus, Metellis, Attilijs, Milonibus, Porcijs, Aemilijs, Seuaris, Asinijs, alijsq: nobilissimis Vrbis Familijs Prætores clarissimi coluerunt: & Prætorianis ædibus (quarum hucusq; ruinæ,& item Familiæ vt Catones, Pisones, Longi, Carbones, Porcij, Milones,& alij perstant) Statuis, Stemmatis, columnis ædibus, titulis, notisq; marmoreis, ac porphyreticis, alijsq; in ea relictis, effossis indies monimentis clarissimis illustrarunt.* Hæc ille lib.3.in indice autem, *Turres*, ait, *qua nunc Sacer.* Expendamus.

Turres quòd ego legerim Sardiniæ prima:

vide

vide Faram Episco. Bosan. lib 1. ex Ptolom. Plinio, Solino, Pausania, alijsq; & Vico Altea in hist. Sardiniae.

Vicus Altea, quam citat Pinto, historiā in lucem non edidit, prælo non dedit, elucubrationes eius, si quæ sunt, in publicum non prodiere: referre non licet, & si libeat, manuscriptum, Auctore viuente: posset forsitan allegari defuncto; viuit Altea, citatur incassum.

Fara Turres primariam Sardiniæ vrbē, neq; asserit, neq; innuit. *Hoc tempore* inquit, *ab ipso Hercule Turrium præclara Ciuitas, nomen Turris Libysonis sumpsit: vt à Plinio, & Ptolomeo vocatur, & ob id vrbem Augustam Herculis fuisse existimatur: nam Libysonso, teste Annio, Herculis Augustam significat:* Tota vis ibi: *præclara*: ac si totā supra Insulam appellaret, cum re satis vera distrittus illius, Regionisq; Septēptrionalis, referat esse præclaram. Quod de Calari nequit inferri: quotquot enim ei primatum iure optimo tribuunt, non regionis sed Insulæ cunctæ primariam, præclarissimam, antiquissimam, Vrbem vrbium, tandemq; Vrbem Ciuium Romanorum, prædicant, & proclamant. Tactum iam supra: ingeminatio vitio verteretur. Enim verò, si antiquissimam, præclarissimam, vrbem vrbium, &c. Scriptores expromūt, quo pacto, iureq; Turres primaria? quo fūdamento, qua fide nituntur, qui tot grauium decumanorum, & in re antiquaria supremorum Virūm elogiis obluctantes, huiusmodi dignitatis præstantia, vrbem illam à Veterum, Recentiumq; neminc huiusmodi titulo celebratam, decorare non verentur? Nec animo, de hoccce qui scribit Auctore, quicquam partialitatis insurgat, nec alio quàm veritatis officio fungi quid suggerat: habitum enim, & professionem attendimus, reueremur: altò pendimus omnemq; diligimus patriam indifferenterq; erga ipsam nos gerimus. Ausa quippe foret, tàcelebrē, tam q; solis expositam oculis veritatē inficiari; temeritas nobis esset, Viros tam magnos, atq; egregios mendi arguere, impugnare, paruq; q; in perlustrando; veroq; per Veterum manus, & ora, indagando, taxare solertiæ. Nō ne Romanis, vt apud Historicos videri potest, antiquissimus obseruantiæ mos, & cō suetudo fuit, præātiquas, atq; præcelebres Prouinciarum, quas obtinebant, vrbes, Romana ciuitate donandi? Vrbesq; ipsas, Ciuium Romanorum titulo decorandi? Et quidem vērum non nisi in ciuitatibus Decumanis, per quasq; nimirum Prouincias vna, Capitolium, Collossæum, seu Amphitheatrum, aliaq; hoc genus (celebritatis inquam, atq; præstantiæ Vrbis illius immortalia monumenta) construc̄e Romanam potentiam consueuisse. Cęterum, quantum nerui habeat, illud Faræ verbulum, *existimatur*, vel cęcus videtur dicet lector: nec ipsemet Fara, vti se veritatis nodis astrictum agnoscens, Turrem Herculis augustam asseruit, nec firmauit; sed ei cum etimon arrideret, patrię tractus affectu, solo *existimatur* contentus, posteris ansam dedit. Ex iis liquet: Pinto labasse prolapsum: dum se legisse professus, vbi legerit, non ostendit.

Turres quæ nunc Sacer.

Si Sassaris, eodem, vel propè saltem locum, vbi Turres extitit, sita esset, optimè dixisset is Auctor, *quę nunc Sacer*. ita vt Saguntum nunc Monuiedro: ita vt Palma, nunc Maiorica; ita vt Pausania, nunc Terranoua, & hoc genus aliæ ciuitates, quæ vel modicum, vel pene nihil à pristino dissitæ situ, antiquiori læso in alind abicere vocabulum. Ast Sacer mill. XII. Turrium distat ab vrbe: oppidum à Tartaris conditum, teste Fara; taleq; vt Gregorianus testis est codex, ad plura Salutis vsq; sæcula perstitit. Quonam igitur modo, Turres Sacer? Tarrusne ita, nunc Arborea, quia Tarri saxis ornata, illustrata, auctaq; fuit?

A Turrenis Vetulonicis primis, olim post diluuium, Hetruriæ, ac Sardiniæ incolis, Beroso teste, habitari cæpta, & Turribus cincta, atq; ab Hercule Libyo, Sardi patre, aucta, & Lybisoson dicta.

Primi vetulonici non aliam quàm aduersam Insulæ regionem, Calaritanam, inquam, tenuere. Nec vero simile, à Viterbiensibus oris nauigantes, posteram Sardiniæ dorsa, Vetulonicos circuisse, ingruisse. Deerat forsitan struendi capacitas, locus in frontibus? Antiquissimam, & primariam Auctores prędicant vrbem Calarim: neq; imus inficias, Turrenos, vrbes condidisse, vt superiùs elibauimus; at nō primam primos Turres, sed primos primariam, Protopolim Calarim, Cadasone, ipsis à conditoribus appellatam; à qui postmodùm tota insula denominata est Cadasone, velut à Maiorica, vrbe prçcipua insula Maioricæ: ab vrbe Minorica, ab vrbe Iuissa, insuleq; quàmplurimæ à ciuitatibus decumanis nomina contraxere, Cadasone, crepida humanum ue sonat vestigium, & quia Sardinia figura huiusmodi prædita, & insignita est Calarim vrbem, totius

totius Insulæ præcipuam, in Sandali, humaniue pedis formā dispositam, construxere. Habuit proculdubiò Calaris crepidæ stemma: quod & Claudianus, *tenditur in longum Calaris*, profatus indixit. Vnde hoc, petet quis, nobis? Ab antiquissimis monumentis, annotationum stylo congestis, Domini Casenouę Calaritani, ad nostras has manus perductis: prętiosissima hęc manuscripta cum Astrologica, quàm historica potius, Calaris descriptione: quā ipse dum Romæ, literaria facultate, linguarum peritia persulgeret, ediderat.

En isthic penes nos. Interiectis discerniculis, in Tetrapolim, vti Caput, & Regni Principem, nimirum in quatuor partes, redacta est: nempe Arcem, quæ propriè Calaris à Recentioribus nuncupatur; Villānouam, Stampacem, Leapolim, vernaculè la Marina. In has eam Cosmographi, & Geographi diuidunt: præsertim Adrianus in Theatro Ciuitatum orbis, cap. de Sardin. Regn. ijs verbis. *Diuiditur Calaris Metropolis Insulę in quatuor partes: media quæ fortissimo septa est muro propriè vocatur Calaris: ea quæ Orientem spectat, appellatur Villa noua: ea vero pars quę Meridiem respicit atq; mare mediterraneum, vocatur la Marina: & quæ ad Occidentem vergit, Stampax nominatur*. Quòd Regię Vrbes, Regnorum Principes, in quatuor partes prisco de more diuiderentur, Xenophon de Æquiuocis, fol. 36. Franciscus Sansouino, ad verbum, Tetrapol. fol. 36. 42. 51. 59. 66. Caius Sempronius, fol. 59. M. Portius Cato, fol. 66. Marsilius Lesbius de origin. Ital. ibi de Tyrrhe fol. 3. 4. 42. Q. Fabius Fictor, de orig. Vib. Rom. fol. 51. Insinuant, & ostendunt.

Animaduertendum, non obstante vrbis Calaris longitudine, iuxta illud, *tenditur in longum Calaris*, quattuor eam sëpertijsdem partibus constitisse; quæ cum oppidò sint contiguę, murorum tantummodo interstitio distinctæ, à crepidæ forma parum, vel nihil vrbem differre, & discrepare faciebant: maximè quia tunc sæculorum, Arx ita illuc ad Boream, vt postea, hæc ad æua protracta erat. Abijt exin paulatim, corruptela contracta, Cadasone vocabulum, in Carados, quò in Caralim: hoc autem non ex læsione, sed ex propria conditoris, vt diximus, impositione. Ceterū, si qua historiæ Calaritanæ, quæ apud nos manuscripta extat, fides accomodanda est, (vti nimirum inter Mortales adhuc Auctore degente) Turres à Turrenis extructā neq; opinandum, neq; censendum; atq; nullatenus est credendum: robustissimis vti argumentis, rationibusq; strenuissimè comprobatum. Haud istiçe nobis sese obtulerant, quum de re hacce retro cēsuimus: Queis nunc vincti, ad veriorem sententiam propendentes, Turres vrbem à Verulonicis titubamus extructam: Aliud etenim quicquam probabilis, verisimilisq; apud Auctores, qui in quod Faram allexit, etimon, reperire nequiuimus. *Amicus Plato, magis amica Veritas*. Auctores clarissimi, antiquissimam, primam, prēclarissimam, Vrbem vrbium, Vrbem Ciuium Romanorum, contestātur, & prædicant: Neq; nos hæic retardare, reuocareq; censendi; quatenus eo, quo de re isthac scripsimus tempore, rationes, & fundamenta quibus historię huiusmodi Calaritanæ Auctor lib. 1. cap. 13. nititur, comperta nobis nondum erant. Romanos hic Turrium conditores fuisse iam improbat: Pisonisq; nomine decoratam: Bisonis enim Ptholemæus eam nuncupare, adducit: Celtiberosq; Libysosona, seu Libysoson, Libysocam, Lybuncam, Lyborram in Herculis honorem condidisse ex Beroso, lib. 5. de Hercul. Mela, Ptholomeo, Sansouino, Annio, alijsq; quàmplurimis. Consule Auctorem hunc, qui & si recentior tēpore, historica strenuitate, longæuus. Hinc iure optimo, quantum sibi ex arte promeruit, animi dotibus affluenti, tribuimus, ius pendimus, obsequentes.

Quamquidem primam deinde Romanorum coloniam factam nec longè ab Vrbe distitam.

Pugnat Pinto secum ijs verbis, *quam Romanorum coloniam factam; & nec longè ab vrbe distitam*. Si Turritana vrbs Colonia Romanorum erat, quomodo extra vrbē ipsam colonia erat? Extra fuisse, asserit, dū inquit, *non longe ab Vrbe distitam*. Intelligat sese Pinto. Aut erat colonia, aut nō: si erat, cur distita ab vrbe? Si distita ab vrbe quo pacto colonia erat vrbs? Ad verbum illud, *primam*, complodimus: nonne Calaris, *Vrbs ciuium Romanorum*? Negari non potest, cum Scriptoribus Fara clamāte: vnde igitur prima Romanorum colonia, Turres?

Quippe quam M. Valerius, Mutius Sceuola Manlius Torquatus. Papirius Carbo, M. Portius Cato, is qui Graecas istic literas ab Ennio didicit. Gn Cornelius Scipio: C. Gracchus: T. Sempronius longus: P. Lentulus. M. Metellus. Q. Fabius Pictor: alijque, vt Liuius Guspinianus, & Polybius referunt, &c. vsq; ad *voluerunt*.

Nunquam Polybius, Liuius, Guspianus, pręli-

prælibatos Romanorum proceres, Prætoresq; Sardiniæ, Turres coluisse, dixere; nunquam dicere somniarunt: ostendant autem, qui aliter sentiunt: Percurrimus opera Liuii, Polybii, Cuspiniani, inq; re antiquaria summos viros, supra centum: nullum autem inuenimus, qui vel dicat tangat, vel saltem innuat, Prætores ipsos, Turres inhabitasse, eamq; sua residentiali præsentia illustrasse. At nec Faræ talis vnquã ausa: marte suopte absq; verisimilis fundamento, Scriptoris elogio, probabilitatis argumẽto, rationis vestigio, cõgruẽtięfatus Pinto Prętores si quidem prouinciarum, non qualemcumq; sed primariam, præsignemq; vrbem, in curiam eligebant. Hãc pro viribus, & posse obtinere, præ cæteris nitebantur: obtentam, Romanorum, Ciuium vrbem consecrare Romani solebant. Penes Historicos isthæc patent. Vnde, cum vrbem Calarim, ante cæteras, vti caput, Carthaginensibus arripere sint conati, vt ex dictis vberimè liquet, eamq; principio debellarint, meridiano sole clarius est, & pręcipuam, pręsignemq; fuisse. Annuit Fara ibi fol. 54. ijs verbis *Sardi eni Cęsaris imperio cedentes, M. Cottam Prætorem, ex vrbe Calaris; & Insula eiecerunt.* erat igitur Calari residens Pretor? Turres Colonia Romanorum non fuit, vsq; ad annũ 3394. ita perhibet Fara, fol 53. Calaris autem iuxta Historicos, vt in superioribus dictum probatumq; habes, vrbs vrbium erat, & sociorum Romanorum agri; Calaritana campestria, nuncupata sunt à Liuio: Romanorumq; more, vrbs Ciuium Romanorum effecta est à sui vestibulo debellatus; nec est qui oppositum scripserit, ad hos dies, vno secluso hesterno, Pinto inquam. Non igitur Prætores, Consules, Quæstores, &c. Turres, nondum Coloniã posthabita vrbe vrbium, Romanorum socia, imò Romanorum ciuium Vrbe Calari, Regiam sibi curiam delegisse, neq; opinandum, neq; credendum.

Romanorum hostes ob Sardiniam qui? Nonne Carthaginenses? Carthagini quę aduersa, Calaris, aut Turres? Hęc non illa sic hostilis ad vrbis Carthaginis frontem posita. Quoniam igitur, militię, imperij-ue iure, potioris periculi loco pręsidii, atq; imperij neruum subtrahi, Romana solertia, prudentia, sagacia debuit?

Cæterùm, quod Ennius Græcis literis M. Porcium Catonem, Turribus instituerit, nec ante, nec post, & hunc hesternum, Pinto scriptor vllus dicere somniauit. Exciderat mente, Diodoro, multisq; alijs, quin, & Fara, testibus, Iolaum Græcum Calaritanam regionem gymnasijs magnis, & sumptuosis Deorum templis erectis, illustrasse. Et quidem verum: neq; finximus, neq; hàc illac ex crustulis, atq; frustulis mẽdicauimus. Si vniuersitas studiorum Calari à Iolao erecta erant, & hęc magna, vt Fara scribit, dum fol. 14. *Gymnasia, inquit, magna, & sumptuosa*, &c. dicat amabò quis quando eruta, deletaue Calari Turribusq; translata gymnasia hęc? Non dicet: quia dicendi aditum non inueniet. Ennius igitur publicus Calaritanę Vniuersitatis magister fuit: tantum enim Vir, non in angulis quidem pedagogum agens, docuisse credendus est, sed in supremo ludi literarij atrio. Insuper M. Porcius Cato, Pretor erat, alibiq; quàm Calari, minime resi debat: Græcasq; ab Ennio Turribus didicisse literas à ratione dissentaneum, alienum prorsus à verò, tenendum est

Et Pretorianis ædibus, quarum huiusq; ruinę.

Oportebat hic Pinto, quas affert, Prætorianarum ædium inscriptiones inserere, vt ex ijs qui legit, agnosceret, ruinas illas, non quidem vulgaris structuræ vestigia, sed Prętorum fuisse Regię monimenta, Quippe qui nihil roboris, ad ijs, quas asseuerat rebus habendam fidem, maximè in re iam graui, præstat: credi nullatenus debet. Dixisset saltem, *traditio est*, potuissemus fortè traditionis elogio nos subscribere: atqui, nullum insinuat credentię fomitem, fides nulla habenda est. Quid si ruderà illa veritatis argumento fustulta, Prætorianas ędes fuisse, signassent? Sequeretur inde Prætores Turrium vrbem procoluisse? Profectò non: Prætor enim, vt supra ibi de M. Por. Catone diximus Prouincię loca visitans, resq; peragens circũibat. Habet Sassaris domum Regiam, vt statis ibi mensibus Prorex habitet: neq; id circò Prorex Sassari residet, sed potiùs, prisco more, Calari: vbi sedes, & Curia magnumq; iudiciarum Insulę forum.

Cæterùm: ædibus Regijs quoduis Regnum, ac Principatum scatere compertũ: nec inde vllum oritur inconueniens. Testes Hispaniæ: Scorialem, Campillum, Pratum, Valsayn, Arengesum, Torreziliam; Hispalis Valcasarium, alieq; prouincię Regias plures habent. Galliæ itidem, quin & Magni Ducis Etrusci Principatus inclytus, quales, & quantas? Habuerit Turres Prætoriam aulam: ecquid inde? Habet & Sassaris, ecquid inde? Nonne, vt ex historia S. Gauini, Fondago vernaculè nuncupata

pata

pa'a deducitur Ardaræ Turritanis Iudicibus fuit Curia ?

Et item familiæ, vt Catones, Pisones, Longi, Carbones, Porcij, Milones, & alij perstant.

Et item familiæ vt Catones, Pisones, Longi, Carbones, Porcij, Milones, & alij perstant Calari. Catones, vetustatis obuer sio, t, gramma in .d. transtulit, Cadoniqs prolæsum tribuit. Pisones, dupliciter idioma vernaculum profert; Pixoni: & Piso. Longi, eadem perstat integritate vocabuli. Habuit æuo nostro matercula Mara, venatorem insignem, Petrum longu: qui in senectute bona, aluearij nostri custos in Sarrabensi regione obijt. Hic ad quietioris vitæ statum reductus, rusticorum exẽplum fuit. Victitabat venatione: quam sæpius pauperibus erogabat. Quodã die, dum ex altissima rupe bombum, in Ceruũ arboreis cornibus constitentem, emisisset: canis, cuius lorum ad cingulum præferebat, in prædam vti assuetus, sese velocissimo ferens motu; herum secum ad ima fune, quo erat ligatus traxit arreptum. Iacuit Petrus dies, exoluto vertebrarum contextu, curuoq; in posterum corpore perseuerans, aluearij custos laudabilẽ cũ mortevitã cõmutauit: iacetq; in Parocchiali Ecclesia Murauere. Scatet Calaritana regio Carbonibus, Caijs qui & Cau, Porcijs, qui & Porcu; Milonibus, qui & Meloni: Mãlijs, qui & Mallus; Mutijs, qui & Musiu; Æmilijs, qui & Milia: Syllis, qui & Siddi: Titis, qui & Tidu: Lellijs qui, & Lallu: extãt apud Lin. Romani, Dida, Lecca, Pera, cõpluresq; alij: quos eadem Calaritana prouicia hucusq; seruat. Leccas & Didas habet Mara: Sinai, Sãtouito, Leccas: &c. Habent Peras, qui & Perras, multa eiusdem districtus oppida. Non igitur, eo quòd ex Porcijs, Longis, Carbonibus, cæterisq; prædictis Romanorum Familijs, in Turritana prouincia reperiantur, ipsa fuit Romanorum prima, & colonia, & sedes, & curia. Sic enim, & matercula Mara fuisset.

Stat solida: mens non læua: Elogium, *Antiquissima*: titulus: *Vrbs vrbium*: præeminentia tam antonomastica, *Vrbs Ciuium Romanorum*. Vniuersitas à Græcis ad Latios Literarum: magnum forum: Capitolium, de quo Fara fol. 76. Amphitheatrũ Via sacra: Lapis Milliarius, qui alibi nõ apparet extasse: Si autem Turribus contendatur extasse: ostendant contendentes, vbi fuit Sextus, Septimus: Quartus Decimus, ab Vrbe lapis: vt Calari fuisse, imò hactenus esse, patet) infinitus prope Martyrum numerus, (existentis equidem ibi indicij monimentum) portę Capenna, læsò Romena: pro Romana aliaq; plura, præter illustrium Virorum testimonia qui eam totius Insulæ prędicant; Princi pẽ, Calaritanã cęteris præferunt Vrbibus. Quorũm Pinto ?

An. M 3895. *An. D 2232.*

Sardiniæ Prętor, T. Albutius; *T. Albutio Sardinia obtigit*. ait in Scholijs Liuij, Carolus Sigonius, lib. 41. Quæsturam hoc ipsomet anno egit, Cn. Pompeius.

An. M. 3896. *An. D. 2333.*

APPius Claudius, Sabellico, & Plutarco testibus, Sardiniam Prætor obtinuit, eamq; administrauit. Adiit isthic ex Gallia iam reuersum, & in Ciuitate Lucensi C Iulium Cęsarẽ existentem, ibiq; cum Pompeio Crasso; cum Nepote, Hispaniæ Proconsule, inuisit, obseruantia prosequutus. *Inde*, inquit Plutarchus, de Cęsare, *Galliæ rebus optimè dispositis in Cisalpina hyemauit; illic res Vrbanas apparatarus. Sed etiam clarissimi, & amplissimę auctoritatis Viri complures, ad eum Lucam peruenerunt Pompeius Crassus: & Sardiniæ Prętor Appius: & Nepos Hispaniæ Proconsul.*

An. M. 3897. *An. D. 2334.*

MArcus Cotta Sardiniæ Prætor, annũ cum dimidio gubernasse. eiusce Prętturam tradunt. Orosius lib. 6. Dio. Cassius lib. 48. Appianus, & alij.

An. M. 3898. *An. D. 2335.*

Q. Valerius Prætor Sardiniæ. *Quintum Valerium Sardiniæ elegit*. Appianus lib. 2. Hic à C. Iulio Cæsare Romanæ Relp. Dictatore, in Sardiniam delegatus, eam Calaritanorum gratia, propulso Valerio, pro Cæsare gubernauit. *Cesar mittit in Sardiniam cum Legione vna, Valerium legatum. Sardiniam obtinebat M Cotta. Calaritani simul ac ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia sua sponte ex oppido eijciunt. Ille perterritus, quod omnem prouinciam consentire intelligeret, ex Sardinia in Africam profugit.* Caius Cæsar, de bello Ciuili, lib. 1. Ferit hic Cæsar eos, qui Turribus vrbi Prętores ascribunt, vt supra diffusè. Habemus oppositum penes Auctorem hunc: qui dum Calaritanos oppido, vrbe videlicet sua,

Marcum

Marcum Cottam Pretorem eliminasse affirmat, tradit clarissimè Calari residere. Quod & fulcit ijs verbis: *Calaritani simul ac ad se Valerium mitti audierunt*: ergo Valerius Calarim destinatus est Pretor adire? Confert plurimum Auctor, omnem Sardiniam cōsensisse, dum asserit. Ecquid mirum? Capiti membra parent, eiusq; nutui cernua, ab eo non dissident.

Verùm, quòd ly, *ex oppido*, sit ex Vrbe, apud amplissimę dignitatis: Auctores clarissimè patet. Pla. in Persa, cum Eleusipolim sæpius vrbem vocasset, subdit, *Eleusipolim Persę cepere antiquum oppidum*. Cicero, 5. In Verr. *Segesta*, inquit, *est oppidum peruetus in Sicilia*. Virg. 4. Eglo. *Quę cinxere muris oppida*. Ser. Sulp. in epist. ad Cic. cum numerasset multas insignes vrbes, subdit: *quę oppida florentissima fuerunt*. Opitulatur Fara, isthanc versans rem fol. 54. *Sardi enim Cęsaris imperio cedentes, M. Cottam Pretorem ex vrbe Calari, & Insula eiecerunt*. Dioni autem de Rom. hist. nō eiectus sed profectus videtur Cotta. Ita enim lib. 41. scribit. *Praeterea Cęsar Sardiniam, Siciliamq; Insulas, excedentibus Presidijs earum absq; pugna occupauit*. Appianus Alex. *Q. Valerius cum alijs missus occupauit Sardiniam frumenti feracissimam*. Orosius tandem, lib 6. non à Sardis, sed ab ipso Valerio Cottam pulsum tradit. *Postbat. ait, Curio Catonem Sicilia expulit: Valerius Cottam Sardinia.*

An. M. 3899. *An. D.* 2336.

PRetor Sardinię Sextus Peduceus: ita Appianus Alex. lib. 2. vbi Cæsarem, cum dies XI. Dictatorem egisset, abdicatoq; Consulem sese nouum designasset, sibiq; Pompeium Isauricum collegam asciisset, Pretores in Hispaniam M. Lepidū, in Siciliam Aulum Albinum, *in Sardiniā Sextum Peduceum*, & in Galliam Decimū Brutum misisse, naueisq; Sardinię tutelares ab vrbe Brundusio destinasse, eisq; Insulam muniuisse commemorat.

An. M. 3904. *An. D.* 2341.

SArdiniam administrat . . . . Q. Varronem, & M. Catonem, hic est Vticensis, aliosq; perplures Pompeianos, magna nauium classe hoc anno infestasse ex multis habemus; refert ex Dione, Sabellico, & Cęsare Fara. Dionem, autem, & Sabellicum ita prefatos inuenimus. *Quippe & Varus Iubaq; rerum ibi potiebantur, & Cato, Scipioq; cum ijs qui ipsos sequebantur, eodem (quemadmodum supra dictum est) confugerant: communicatoq; inter se bello, non continentem modo terram ad id accomodauerant, sed Siciliam quoq; Sardiniāq; classe infestabant: naues abducebant: ita & arma, & ferrum quo indigebant, inde parabant*. Dion. lib. 42. *Pompeius ita Legatis partitus est Prouinciam: Gallicum mare, & Ligusticum M. Pompeio: Libycum Sardoum, & Corsicum, cum interiectis Insulis, Lentulus, Marcellin⁹, & P. Attilius obtinerent*. Hęc Sabellicus Ennead. 6 lib. 4. libro autem 7. Varrum, dehinc Quintilium Varrum nominat. Varronem autem tunc Hispaniam obtinentem, Sardoas cum M. Catone Vticenti nisi apud Faram, quod legeri, mus, non apparet. P. Varrus Africę tunc pręerat, Sabellico ibidem teste; potius hic ce quàm Varro Sardinię littora infestabat. De Catone nil anceps, Vticensem esse, qui cum Scipione, & Iuba bellum in Africa sustinebat. Refert Boccatius de gestis Roman. ibi, *nam cum Pompeij*. Conradus Abbas Vrspergensis in Chron. P. Corn. Scipionem, M. Petreium Varrum, M. Porc. Catonem cum Iuba Mauritaniae Rege bellum Cęsari apparasse, eosq; vicisse, scribit. Bellum hoc ciuile inter Cęsarem, & Pompeium, totum ferme terrarum orbem vna ruina inuoluit. Nam hinc vndecim legionibus, Cęsar: inde decem, & octo Pompeius, cunctoq; Italici Sanguinis robore se inuicem adorti, bellum per annos multos duxere, quod varijs orbis regionibus gestum e. I. Italia, Gallia, Hispania, Epyro, Thessalia, Ægypto, Asia, Africa, postremò in Hispania finis datus. Cum n. Crassus genere, diuitiis, dignitate floreret: Cęsar eloquentia, spiritus animiq; dotibus; Pompeius super vtrum q; emineret. Remp. inter se partiti sunt: Cęsar in Galliam, Crassus in Asiam; Pompeius in Hispaniam profecti.

An. M. 3906. *An. D.* 2343.

C. Iulius Cęsar, armis in Pompeianos effulgurans, in Africam die 39. Decembris iuxta Sigonium traiicit, ibiq; se gerens prosperrimè, triumphalem de hoste reportat victoriam. Priusquam tamen Libyam ipse contendat in Africam: sua Romanęq; nobilitatis pręsentia, Sardiniā condecorat: ex eaq; commeatum auxiliumq; suscipit militare. Refert Franciscus Fara. *Itaq;*, inquiens, *Cęsar, qui ex Sardinia auxilium commeatumq; habuit, in Africam*

eam profectus, eos vicit: & inde in Sardiniã reuersus, Insulam lustrauit: ly *reuersus*, prius aduenisse, innuit: exprimit commeameatum. Ter, haud semel, Sardiniam Cęsar accessit. Primò quum Herculis ad columnas vsq; ingenti classe deuectus, per Atlanticum mare exercitum transferens, strenuissimè præliatus est. Tangit Plutarchus Cheronęus ibi de Cæsare, sic profatus: *Deducitur Cæsarem, classe in Sardiniã iusso, cum Occiduum classe ingressus Oceanũ, perq; Atlanticum pelagus, ad belligerandum transportans exercitum, ad nauigare cæpit*; In illo, *cæpit*, nauigationis initio Sardiniã aduenisse, liquescit. Secundò quum in Africam velificauit, vt Fara innuit. Tertiò cum ex Africa rediit: vt subdimus. Ast & opem non semel sed bis ad Afrum prælium Cæsari tulit Sardinia; ex vrbe siquidem Lepti auxilia, & cõmeatus accersijt. Ita Sabellicus Ennead. 6. lib. 7. *ille*, inquit, *ab Adrumeto digressus, Lepti voluntaria deditione potitur; ex Sicilia. & Sardinia auxilia, & commeatus accersit*. Latiùs C. Iulius Cęsar de bello Africo, lib. 1. *Cęsar interim, nuntios in Sardiniam cum literis, & in reliquas Prouincias finitimas dimisit, vt si auxilia, commeatus, frumentumq; simul ac literas legissent mittenda curarent*. Hinc, vti benignam, altricemq; piam, ad milites concione, quam habuit, frugiferam Sardiniã Cæsar appellat: vt Sabellicus, præadducto loco meminit.

Peracto quadrimestri Africę bello, ex Vtica vrbe idibus Iuniis, in Sardiniam sibi admodum pretiosam, cum triumphãtis; partaq; victoria gloriosæ, classis maiestate deuenit: & ciuitatem Calaritanam, vti principem, Insuleq; Reginam ingreditur, tertiaeq; pręsentiæ suæ fauore cumulat, honorat, illustrat. Calarim Cæsaris præsentia insignitam, silentio Fara præterijt. Nam ita fatu. *Inde in Sardiniam reuersus Insulam lustrauit, & composuit. Stetit in Sardinia dies decem, & octo & abijt Romam*. Citat Dionem; Sabellicum; & Cæsarem attestanteis. Cæsar autem, Dion: & Sabellicus, lustratam à Cæsare Insulam, neque asserunt, neq; signant: Imò signat. Imò contra Cæsar de bello Africo lib. 1. Calarim ex Africa aduenisse, Calari substitisse, ex eaq; Romam repetiuisse, clarissimè tradit his verbis. *His rebus gestis, Idibus Iunijs Vticæ classem conscendit: & post diem tertium Carales in Sardiniam peruenit Ibi Sulcitanos quod Nasidium* [Pompeianum ducem] *eiusq; classem receperant, copijsq; iuuerant. H. S. centum millibus mulctat: & pro decumis octauas pendere iubet: bon is paucorum vendit: & ante diem tertium Calendarum Quintilis naues conscendit: & a Caralibus secundum terram, duodetrigesimo die, eoquod tempestatibus in portubus cohibebatur, ad vrbem Romam venit*. Enuenisse, mãsisse, discessisse, Calarim, Calari, & ex ea, celebritatis eximiæ, amplissimæ auctoritatis vir, C. Iulius Cæsar, asserit Cæsarem. Qui vt Calaris emphasim, & antonomasiam exprimat, Calares, vti Parisios, Pisas, Senas, Puteolos, maluit, quàm Calarim, dicere. Dionis autem verba isthęc lib. 41. *Rebusq, in Africa, quàm potuit breuissimo temporis spatio constitutis, ad Sardiniam vsq: tota classe prouectus; inde copijs in Hispaniam aduersus Pompeium cum C. Didio missis ipse Romam petijt*. Calari Sulcim expiat: Calari Magnum forum. Calari mittit copias; Calaritani sunt copię. Classe illuc tota: Romam prouectus tota. Vnde in Hispaniam copiæ? Calari, vrbe Ciuium Romanorum. Augustinus Ortica Oppii interpres, de bello Afric. sic vertit. *Hauendo spedito queste cose in Vtica monto nell'armata alli 15. di Giugno, e nel quarto giorno peruenne in Sardigna doue condanno li Sulcitani in cento mila Sestertij*, &c.

An. M. 3907. *An. D. 2344.*

VT ventum Romam, Cæsar omnium sibi animos, munificentiæ mole conciliat: qua, sic eum Romana plebs tulit in oculis, vt quãta fieri potest maxima, obseruantia, prosequeretur, & cultu: quin ex intima viscerum sede, amore comprehenderet, beneuolentia complecteretur, eiusq; ad nutus animum aggregaret, morem gereret voluntati. Tangit Philippus Bergomensis in supplem. Chro. lib. 7. dicens: *tunc Cęsar liberam omnem Italiam habens; Romam iteratò ingressus, vt populum sibi demulceret, ex Sardinia Siciliaq; Insulis multam annonę in Vrbem conuexit*.

Adstipulatur Sabellicus Ennead. 6. lib. 7. dum ait: *Populo Romano epulum dedit, in quo duobus, & XX millibus triclinorum est accubitum: Ciuibus viritim denos frumẽti modios, totidemq; olei libras, trecentosq; nummos diuisit. Ludos regionatim in vrbe dedit, per omnium linguarum hystriones*. Tunc, Cæsari Phamæa, Sardiniensis vir celebris carus euasit, Romamq; vnà cum nepote Tygellio Hermogene Musico, ab ipso Cæsare deuehi iussus est. Cælio, Q. Fabio Gallo, Q. Pomponio Attico, & M. Tullio Ciceroni, cunctis necessitudinis causis cõiunctus

iunctus fuit. Postmodùm verò M. Tullio inimicus effectus est, vt ipse in suis epistolis meminisse non latet. Cicero enim Consulatus,fastigium Phamææ adminiculo sperans attingere,suscepta pro Phemea in Octauianos pueros causa diem fefellit ac desiit:quare Phamææ gratiam prorsus amisit. Frumentariam hanc,qua Romam demul sit copiam,ex octauis illis,quas pro decimis,iussit pendere Sulcitanos, congesserat;aduectariq; deinde congẽs, alijs ex Insulæ partibus aggregatum,vnà cum Siculo,Romanis horreis, Cæsar inuexit. Canit Prudentius, à Iulio Cæsare frumentum isthoc ex Sardinia iussi deuehi,vt testis est, *Notitia Occidentalis Imperij*, Guido Pancirolio Scholiaste, ibi de Præsidibus Sardiniæ,& Corsicæ,per hæc verba. *Frumentum, & ipsa Romæ pendebat;cui Hirctus de bello Africo,itemLiuius, IuliusCæsar pro Decumis octauas frumenti imperauit; vnde Prudentius lib 2 ad Symmachum,Ne dat vela fretis,Romana nec horrea rumpat; Sardorum, congesta vehens granaria classis.*

An M.3908. An.D 2345.

CÆsar sexennes ferme,Sardiniæ moderatus habenas, LVI.annos natus, xxiii. vulneribus sauciatus, vti Romanarum rerum historiæ contestantur, oppetiit: ciuileq; bellum,fuit è vestigio reparatum. Erectæ postmodùm aræ Cæsari, gestorum ob molem Diuùm choris adscripto.

An M.3910. An.D.2347.

OCtauianus Cæsar, Lepidus,& Antonius,circà Labinium Fluuium,Felsinensis agri,castra conferunt, triduoq; in Fluminis insula,de summa rei loquuti, societatem,& fœdus inineret,vt ad arbitrium suum Remp. administrarent, ita inter se prouincias partiti; *vt Antonius Gallias teneret vsq; ad Pireneos Montes; Lepidus Iberiam,& Lybiam; Octauius Italiam cum Sardinia,& Sicilia.* SabellicusEnnea.6.lib.8. idq;primum inter ipsos percussum fœdus. Caij Iulij Cęsaris nepos sororius eratOctauianus, quem sibi adoptionis filiatione sanctum, testatum hæredem, fuorum animi, fortunæq; dotibus præditum,suarum fortiter gestarum rerum specimen,viuumq; mortalibus dedit exemplum. Floruit,& hoc, à C. Iulij Cęsaris, tempore, M. Tigellius Hermogenes,Musicus Vir pręsignis, Sardiniensis,Phamęæ,vt diximus, nepos: qui Iulio ipsi,Cleopatreq; ob artis pręstantiam, carus fuit. Infensos habuit isthic M. Tullium Ciceronem,& Q. Horatium Flaccum: illum vti Phamęæ nepos: huncverò (vt in Commentarijs ad 2.& 3, Horatij Satyram, Porphyrion,& Acron referunt) ob inconcinnè carmina decantata,& à Tygellio censura meritissima castigata, aduersarios est perpessus. Hinc Tullius Sardoi Phamęæ pręstantię,cuius gratię, studijs,& fauoribus inhiabat, oblitus, Tygellium *patria sua pestilentiorem*, oblatrauit allatrans. Inde HoratiusSaty.3. lib.1.rauco gutture sic occinuit.

Omnibus hoc vitiũ est,cãtoribus inter amicos vt nunquam inducant animũ cantare rogati iniussi nũquam desistant: Sardus habebat ille Tygellius hoc; Cæsar, qui cogere posset si peteret per amicitiam patris,atq;suam non quicquam proficeret:Si collibuisset ab ouò vsq; ad mala citaret,Io vacce modo summa voce modò hac resonãs,quę cordisquatuor ima nil æquale homini fuit illi sępe velut qui Iunonis sacra ferret,habebat sępe ducentos sępe decem seruos,modo Reges, atq;Tetrarchas õia magna loquor modo sit mihi mẽsa tripes & concha salis puri,& toga quę defendere frigus quamuis crassa queat:decies cẽtenâ dedisses huic parco paucis cõtento quinq; diebus nil erat in loculis, noctes vigilabat ad ipsum mane;diem totum stertebat.nil fuit vnquam sic impar sibi.

Hocce à Triumuiratus anno, Octauiani Cęsaris cum grauioribus antiquarijs, imperium computamus. hinc, ad saluberrimum Virginis partum eiusce desumimus Monarchiam.

An.M 3911. An D 2348.

OCtauianus, & Antonius cum Sexto Pompeio in colloquium veniunt: fædusq, ictum secundum: vt Octauius, *Siciliam Sardiniam. & Corsicam præsidio obtineret,ac mare tutum a Pręaonibus redderet, mitteretq; Romam ex Insulis certum tritici numerum*; ait Sabellicus, Ennea. 6. lib. 8.

An M. 3912. An D. 2349.

SExtus Pompeius,posthabito prorsus fędere,cum Murco (non Marco) & Domitio Ænobarbo, 260. nauium classe pelagus intercludens,Sardiniæ oras,cedibus rapinisq; deuastans; vndiq; vetitat commeatum. Meminit Appianus lib 4,Dion. & plures Alexander Fraccius. *Percioche* inquit, *non possono hauere il bisogno del vitto, ne di Sicilia,ne di Sardigna, ne di Barbe-*

gna,ne di Spagna per rispetto di Pōpeo di Murco è di Enobarbo, i quali con dugentosessanta naui banno loro interchiuso la commodità del mare.

An. M. 3913. *An. D.* 2350.

CRudescente inter Antonium, Cæsaremq; Marte, Sextus Pompeius Antonij sequens partes, eiusq; fautor, ex suis Prefectis vnum, Menodorum, superba classe, Legionibus quatuor instructa furentem, in Sardiniam mittit. Ingruit Menodorus eamq; facillimè consequutus, duas sibi quæ ibi erāt, Legiones arripuit: Referunt Dio: Sabellicus, Appianus; & alij. *Pompeius perlibenter Menodorum cū valida classe, & quatuor Legionibus misit in Sardiniam, quæ tum erat Cæsaris; vbi duas Legiones in suas partes pertraxit: attonitas, metu coniurationis eius cum Antonio.* &c. alt Appianus de bell. ciuilibus, lib. 2. Alexander Braccius sua vernacula lingua sic loquitur. *Pompeo mandò in Italia Menodoro con vna potente armata in compagnia di quattro legioni, e nel cammino occupò l'Isola di Sardigna, la qual ob: diua ad Ottauiano, & preso il gouerno di due Legioni, ch'erano in detto luogo, lequali dubitando che Antonio non hauesse fatto lega con Pompeo, non fecero alcuna resistenza.* Idipsum Dio, aliiq; priscarum rerum vertices, perhibent. Verùm Ioannes Frāciscus Fara in suo tractatu de rebus Sardois, fol. 55. non Pompeium, sed Antonium, Mennam in Sardiniam cum classe misisse, testes Dionem, Appianūq; referens, asseuerat. Eodem anno Lucij Coccei opera, vt idem Appianus lib. 5. scribit, pace cum Antonio resarcita, recēs initi fœderis ergò, Sardiniam Cæsar recuperauit. *Lucius Cocceius communis amborum amicus:* &c. Sabellicus Ennea 6.

An. M. 3915. *An. D.* 2352.

SExtus Pompeius, ad se Antonium Cæsaremq; edito nuper fœdere, con fœdatos, peruento, Menodorum eundem, quē alij Mennam vocant, iteratò ingenti naui um classe pollentem, in Sardiniam mittit; qui disposita in terra acie, cum Marco Lucio, Sardiniæ tunc Pretore, confligens, prima pugna corripit fugam; deinde conuersus in hostem consequitur palmam: Insulamq; Lucio cedente recuperat expugnatione quidem Calari, deditione verò vrbibus arcibusq; cæteris, occupatis. *Mennas, inquit Dio. lib. 48. bis actis in Sardiniā nauigauit; ibiq; cum Marco Lucio, Insulæ Prefecto confligens, primo pulsus est: deinde inopinato conuersus in hostem, inconsideratè insequentem victoriam recuperauit; Insulamq; Lucio cedente occupauit, deditione cætera; Aradin* (Fara Calarim) *quo ex pugna cōplures confugerant, expugnatione. Captiuos cum alios, tum Helenum Cæsaris libertū, eiq; maximè carum sine pretio redemptionis dimisit. Beneficium hoc multò ante apud Cæsarē deponens, & profugium sibi, si res ita ferret, apud eum præparans. Romæ, Sardinia amissa cum ora maritima populationibus vexaretur, annonæ commeatus interclusus esset, fames vectigalis multa:* &c. Refert Fara quàm optimè, & de Heleno Cæsaris Liberto, sic ait. *Calarim postea obsidione cepit* (Mennas videlicet) *& in ea Helenum Cæsaris Libertū; cætera quoq; oppida, arcesq; ex concordia obtinuit, & ad Cæsarem Helenum dimisit.* Aradin apud Dionem, Calarim apud Faram, & alios, lectitandum. Ast qui Calari residebat, Helenum, Prætorem Sardiniæ fuisse minimè dubitamus: cui Mennas successit, Calariq; ad insulæ sedit clauum. Agit de hac re Appianus lib. 5. eiusq; interpres Alexander Braccius, alijq; Scriptores.

An. M. 3916. *An. D.* 2353.

MEnodorus, qui & Mennas, Sardiniæ prętor, Pompeiana classe minacior in omneis fulgurans partes, Martias flammas euomit, intestinis atq; exteris ignem vibrat, orasq; maritimas ambit prędo. Quin etiam mare totum citro vltroq; cursitans prędis infestat: inhospitum reddit, vrbemq; Romam, commeatibus impeditis, penuria, fame fatigat. Ad hoc in dies classem Pompeius augebat, latrunculos glomerabat, verrebat æquora, pelagus, explorabat, commercia dissoluebat. Obrulit se Antonius, vrgensq; rem paci, vt Pōpeius Sardiniam possideat, sacrosancta lege concludit. Ita Plutarchus, Sabellicus, Dion: diffusè Appianus lib. 5. per mediū.

An. M. 3917. *An. D.* 2354.

POmpeius temerator pacis, latrocinijs mare fœdat, piratis euoluit, indiesq; deteriùs egrassatur: *conuersus in latrocinia omnem orā Italiæ cædibus, rapinisq; vastauit. Sicilia prærepta commeatibus impeditis Romam fame affecit.* Oros. lib 6. Mēnas pro eo Sardiniam Pretor habebat: in cuius fide, suspecti veluti, nihil Pompeius statue-

flatuebat. Vnde legatis ad eum è Sardinia reuocandum, missis, voti nullatenus compos euasit. Si quidem,& nuntios vita exuit,& Philadelphum, Octauiani Cęsaris libertum,qui tum conuectandi frumenti gratia Sardinię aderat, ad Cęsarem ipsum mittit eiq; Insulam cum tribus legionibus,& sexaginta nauium classe obtulit. *Eo tempore Philadelphus Octauiani Libertus,qui ad frumentum invrbem conuectãdum icrat; vbi erat Menodorus accessit, cui amicissimus erat,eiq; rem posse confidere cognoscebat: suasitq; illi, vt relicto Pompeio, ad Octauianum transiret; pollicens ei ex parte ipsius,Corsicam,& Sardiniam, cum tribus legionibus*; & quę subdit Appianus, lib. 5. vt quidam ex Neotericis versum affert. Dion:& alij. Cumq; ad Cæsarem Philadelphus accessisset, remq; ipsi aperuisset gauisus est Cæsar; moxq; in Sardiniam misit, qui à Menodoro Prætore, oblatas legiones nauesq; acciperent. Sabellicus Ennea.6.lib.9. *Octauius Italiæ littoribus prę sidio firmatis,in Sardiniam,& Corsicam misit,qui à Menodoro legiones,& naues, quibus prærat,proditione acciperent. Is à Pompeio, leui quadam de causa alienatus,ad Octauium transiturus,tres illi legiones,& naues, quibus prærat tradidit. Atq;ob id meritum, ex libertino est ab eo ingenuus declaratus,iussusq; ijs nauibus præesse,quas secum in partes adduxerat.* Idq; met ferme Appianus, lib. 5. scribit: idipsum Alexander, eius fidelissimus interpres idiomate patrio, fatur. *Octauiano, hauendo al tutto deliberato Pompeo dinanzi, mandò alcuni in Corsica, & in Sardigna à riceuere quelle cose,le quali Menodoro desse loro. E già haueua posto le guardie a tutti i luogghi maritimi d'Italia, accioche Pompeo non gli occupasse vn altra volta. In questo mezzo Menodoro fuggì da Pompeo, è fu riceuuto da Ottauiano gratissimamente,e fatto libero e fidelo Capitano di tutte le naui c'haueua condotto seco.*

*An.M.*3918. *An.D.* 2355.

CÆsar Insula recuperata, præsidijs firmioribus eam munit,neq;in posterum hostiles in eam passus est pedes inferri; adeoq; in possessione constitit,vt ea vi nulla deijci nequierit, exturbari. Tunc ad suam Cæsar cogitationem deduxit, tã celebrem,opulẽtam,frugiferamq; à Iulio Cæsare tanti habitam,Insulam visitare; animoq; rem isthanc diutiùs fixam implere constituit: vt ex Suetonio alijsq; deducitur.

*An.M.*3925. *An.D.* 2362.

DIutino Sardiniam peruisendi studio Cæsar incensus, ex Sicilia tandem statuit iter aggredi. Pompeius enim qui tunc Siciliam obtinebat, Cæsari bello cedens,fugatus est,cumque ditione pacifica subsistentem,victoriæ gloria,imperij prædītum incremento,delusò fato reliquit. Hinc præcipua,ex Sardinia Siciliaq; partis, alacritate suscepta,ac si digito cęlum attigerit, Siculis pastis auris, Sardis ardentius frui peroptans,classem apparat,iterq; molitur: aduersitate tamen cęli pelagiq; tempestatum turbine conuoluti, ad certum naufragium crudescente,Cæsar destitit ab incæpto. Tangit Suetonius ibi de Octauiano Cæsare lib. 2. *non est,inquiens,vt opinor prouincia:exceptis duntaxat Africa, & Sardinia,quam non adierit. In has, fugatō Sexto Pompeio traijcere ex Sicilia apparantē continuæ, & immodicæ tempestates inhibuerunt; nec mox occasio aut causa traijciendi fuit.*

*An.M.*3945. *An.D.*2382.

CÆsar, postquam multis à præliis respirauit, Romam triumphali cum maiestate ingressus,eam vt penes Scriptores habemus,ædificiis inclytis illustrauit, aqueductus,aliasq; publicas structuras edidit; nec modò ad Romã, verùm & ad Prouinciarum quoq; plurium moles incumbens,huiusmodi ædificiorum ornatibus decorauit: totoq; suę vitę curriculo, eos perduxit ad exitum,quaq; cæpit processit accuratione. Hoc tempore Sardinia structuris faberrimis decorata almis Legibus instituta: donis amplissimis à Cæsare cumulata est. Hæc inter sic acta ingẽtibus strata lapidibus, Via lata à Capitolio Calariq; ad Turritanam vrbem coaptata, adæquataq; fuit. Protracta hæc via,vltra 135. passuum millia, magniis impendiis effecta est. A Capitolio inquam: (Romæ siquidem Via lata, vt Franciscus Sansouinus de Origine Vrbis Romę, fol. 87. ex aliis tradit,à Capitolio incipiebat:vnde in cunctis prouincis S. P. Q. R. huiusmodi Viælatæ,non secus ac Romana, cuius ectype,ac res aliæ, congruebant, deduci, produci,sterni;solebant) Tunc & aquæductus,altitudinis sex cubitorum,& longitudinis XII. mill. pass.per quẽ fons aquæ nitidæ, à valle sancti Martini, vsq; ad vrbẽ Turrium deducebatur, constructus fuit: cuius

cuius pulcherrimę partes, ad hæc vsq; tempora perseuerant. Tunc etiam aquæductus Calaritanus, in ampliorem magnificentioremq; formam redactus est. Tunc Fonsnouus, qui prope Capitolium effluebat insigniori artis præstãtia fistulis, Nymphis, Sirenibusq; marmoreis illustratus enituit.

An. M. 3947 *An. D. 2344.*

HOC tempore Austus Cęsar, *duas Prouincias, Asiam; nimirum & Libyam fecit; Præturas in Europa Insulisq; adiacentibus, de. em eam scilicet quę vlterior Iberia dicitur, Celticam Narbonensem, tertiam Sardiniam cum Cyrno*. Ita Ioannes Nauclerus in Chronica. Qui, & si initio quo imperauit, Cæsarem hasce fecisse, retulerit, initium ipsum, non à Triumuiratu, sed ab insignioribus Europæ, Asiæ, Libyeq; locis edomitis, sumpsisse decerpitur. *Tertiam*, inquit, *Sardiniam cum Cyrno*. Hinc Corsicam, velut antea, Sardiniæ sub vnius prouinciæ titulo, nunc annexam, eiusq; appẽdicem ab Augusto factam fuisse patet. At non tertiam, maritimarum prouinciarũ; sed post Iberiam, atq; Celticam, Sardiniã, Cyrno tertiam, fuisse censendum: Præturis extra Vrbem, Italiamq; omnibus antelatam.

Nascitur Deipara Virgo.

Hoc anno, iuxta computum Hæbreorum, Bedę, aliorumq; sequacium Chronistarum, Regali ex progenie Dauid Maria inter Mortales, ipsi alma, exorta refulsit: cuius, & polo, & solo iucunda natiuitas, gaudium annuntiauit vniuerso mundo: ex ea enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster: qui soluens maledictionẽ, dedit benedictionem, & confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. Natam hoc anno Alphonsus Tostatus, in cap. 2. Math. quęst. 91. quem vltrò sequimur, asserit. A transmigratione Israelitarum in Babiloniam anno 576. Ab. V. C. 738. Herode Idumæo Iudeorum Tiranno: Marco Druso, & Liuio Pisone Coss. vt Damascenus orat. 1. de Nat. Virg. tradit, quicquid velit. Baronius, tom. 1. Ann. c. 1. fol. 25, Orta est Stella ex Iacob saluberrima Virgo, nimirum ex Ioachim, & Anna: Ecclesia teste; Septembris mense: die Sabbatho, iuxta multos, qui de ipsius Virginis ortu scribunt. Non quidem, iuxta Auctorem libelli de ortu Viginis in ciuitate Nazareth: non in Sepphero [oppido à Nazareth per 3. Leucas distante] secundũ Abulensem in cap. 2. Matth. q. 91. Sed Hierosolimis iuxta piscinam Probaticam, vt Christianus Adricomius sentit: cuius sententię adstipulatur D. Damascenus, Orat. de Nat. Virg. & q. Orthod. fidei, ca. 15 progressa est materno ex thalamo, quasi Aurora consurgens, pulchra, vt Luna, electa vt sol terribilis vt castrorum acies ordinata; flebili hominum generi, mundo lugubri terris oppidò tenebrosis, vultum quo cęlum, tempestatesq; serenat, ostentans. Multa Deus Optimus Maximus in eis cõceptu, & ortu magnalia operatus est. Parẽtũ XX. annorũ, Diui Hieronymi, Nicephori, Petri Chrisologi, Bedæq; testimonio sterilitate fæcundata. Precibus tot annorũ, iuxta Epiph. hæres. 79. Greg. Nissenum, or. de Christi Nat.: ad sic nobilem promerẽdam prolem fusis, audītisq;. Quadragenaria, priusquàm suscepta, ducta inedia, vt Germanus Patriarcha Constantinopolitanus affirmat. Annuntiatione per Angelum facta parentibus, vt Epiph. & Damas. tradunt: per Angelum Gabrielem, secundùm D. Panthaleonem. Coniunctione parentum non quidem ad sensualem appetitum, sed ad obedientiã Dei, eis ab Angelo nuntiatam exequendam, adhibita. Enimverò copula illa, adeò fuit, deiformis ratione finis, pura & casta, vt eamet foret Protoplastorum coniunctio, si felicissimo statu illo, in Paradiso genuissent, priusquam Dei mandatum transgrederẽtur: doctrina est Dionysii Richelii, de laud. Virg art 6. Petri Galatini, lib. 7. cap. 8. Conceptionis Immaculatę nitore, per gratiam præuenientem, originalis culpæ fuligine prorsus absterſæ. reatus communis immunis exitio. Peccati fomitis, non quidem, vt in nonnullis aliis Sanctis, ligati, sopiti, vel impediti, sed prorsus extincti diuinitus munere: vt Ricardus de S. Victore, lib. 2. de Eman. pa 1. cap. 26. Virtutis omnigenæ, vnà cum iustitię originalis, in statu fęlici innocentiæ scilicet, Protoparentibus impertitæ concessione: vt Cardinalis Nicolaus de Cusa lib. 8. Ioannes Mayor, in 2. cap. Lucę, aliiq; recentiores, piè disserũt piè credunt. Confirmatione in gratia magis heroicè, quã in aliis, quibus isthoc charisma diuinitus est collatum. Siquidẽ alii Sancti venialiter peccare potuerunt. Maria verò, cùm tanta soliditate fuit in gratia confirmata, vt nec venialiter vnquã peccauerit. Anticipatione vsus rationis in ea nobiliùs quàm in Precursore Ioanne, vt optimè tenet Dionysius Richelius, lib.

lib. de laud. Virg. art. 2. Signifer nominis Iesu Bernardinus Senensis, tom. 2. serm. 51. cap. 2. & tom. 1. serm. 61. asserit Iacobus Episcopus Christopolitanus, super verba, *fecit mihi magna qui potens est*: Contemplationis extaticæ in vtero matris, excellentia: per quam vsus rationis in ea otiosus nequicquam fuit, sed statim incœpit amare; atq; instar aquilæ Regię, mentis aciẽ in illo iubare sacrosancto, ita fixit, vt absq; allucinatione, & palpitatione, aut conniuentia, sphæræ illius splendorem aspiceret: ita inquam, vt tunc temporis, vel instantis quo eius benedicta anima Spiritus almi diuitiis ditata, & cumulata fuit, votũ Virginitatis emiserit? Deoq; sacrauerit. Piè sic credit Iacobus Episcopus prælibatus, super verba illa, *quia fecit mihi magna, qui potens est*.

Nata Maria eo met anno quo furibundus, vt ait Canisius lib. 1. de Deip. cap. 11. simul & stolidus, Diuini cõsilij impugnator Herodes, Regium Dauidis genus extinguere, ne quisquam Messias procreare tur, conabatur vi summa. Vnde in communi fere omnium desperatione: & quũ Sathan Diuinum perturbare decretũ maximè nitebatur; Ioachim, & Anna, ex Dauidis stirpe superstites, coniuges, qui Messiæ matrem lectissimam, vel inuitis Herodianis, in lucem proderent, vt realiter prodidere.

An. M. 3950. *An. D.* 2387.

CÆsar Augustus effractis hostibus, eisq; prorsus extinctis, S. P. Q. R. assensu, consensu, voluntate, voluptateq; Romanum sibi imperium, Suetonio, & Onuphrio testibus, omneisq;, Sardiniam aliasq; prouincias vndecim, ipsi S.P.Q.R. administrandas disposuit, stabiliuit. Augustus consalutatus [quod antea cunctis inuiolatum, illucq; vsq: cæteris inausum, dominis tantùm orbis licitè vsurpatum, apicẽ declarat Imperij: atq; eodem die summa rerum ac potestatum penes vnum esse pit esse, mansitq; quod Græci Monarchiã vocant] nomine consecratus, ęternum posteris, Romanis inquã Imperatoribus, comparauit. Eò sic ducta: gestorum fortiter moles, & gloria, vt ab Orientem in Occidentem, à Septenptrione in Meridiẽ ac per totũ Oceani ambitum, cunctis gẽtibus vna pace compositis, Iani tertiò portas obstruxerit. Quas æuo per XII. fere annos quietissimo semper obseratas otio, ipsa etiam rubigo signauit: nec prius vnquam, nisi extrema senectute Augusti, pul satæ Atheniensium seditione, & Dacorũ commotione, patuerant. Clausis igitur Iani portis rem publicam: quam bello quæsierat, pace enutrire, amplificareq; studens leges plurimas statuit, per quas humanit genus libera reuerentia disciplinę morem gereret, dominiq; fastosam appellationẽ declinans omnigenas hominum adulationes repressit. Vidimus in MSC. tempore pacis huiusce in Calaritana vrbe, iuxta Praterias, delubrum pacis extructum: sed vnde Auctor id habuerit, non apparet: amplectimur tamen, atq; recipimus: Enim verò, tunc temporis per orbis latitudinem, statuas Augusto erectas, templa, delubraq; recens structa, dicata, historię perhibent. Tunc & Calari Turris Romana, nouis ornatibus, aurea Aquila tholis adhibita, inscriptionibus illustrata, non læta quidem mente, vt ex aliis, eorum diem tic dierum, vbiq; terrarum & gentium effectis structuris, graphicis, marmoreis stemmatibus in Cæsaris decus effectis, elicitur.

An. M. 3951. *An D.* 2388.

AVgustus in Hispania constitutus apud Tarraconem, citerioris Hispaniæ vrbem, vt scribit Orosius lib. 6. curiæ figit anchoram: moras protrahit. Huc omnes propę, nationes, & gentes ad Cęsarem confluentes cum muneribus, Lous, Indus & Scytha Boreus orauere. Nationum harum Legati, toto orbe transmisso exquisitantes, nec inuenientes, tandem ibi inuenerunt, vltra quòd iam quærere non possent: resederuntin Cæsarem Alexandri Magni gloriam, quem sicut Hispanorum Gallorumq; Legatio in medio Oriente apud Babylonem, contemplatione pacis adiit: ita hunc, apud Hispaniam in Occidẽte, vltimo, supplices cum donis, atq; muneribus adiuere.

Quinquennali bello, Cantabrico inquam, gesto, totaq; Hispania in æterna pace, cum quadam respiratione lassitudinis reclinata reposita, Romam reuersus est Cæsar. Hocce sed anno singularum prouinciarum censum agi orbemq; censeri atq; describi, Tarraconis in vrbe, lato iussit edicto. Fuisse autem huiusmodi edictum Tarracone sancitum, vniuersalis apud Hispanias, æuis à priscis, hucusq; traditio viguit. Asserunt Franciscus Tarapha lib. de R. R. Hispan. Doctor Palatios Rubios, tractatu de insulis, & tract. de retentione Regni Nauaræ: Rabbi Gerundensis lib.

10.

io: Chron. Quin & addit Gerundensis; in eadem Tarraconẽsi vrbe edictum fuisse primitus promulgatum; & in Romanis Annalibus exemplar edicti eiusce originale repertum, expeditionem eiusq; datam Tarracone continere. Refert in Monarchia noster Pineda, cum aliis multis auctoritatis eximiæ Viri.

Hispani, Cæsaris gratiam aucupaturientes, ab eo, adhuc Tarracone constituto, in eius honorem templum in ipsa ciuitate erigendi facultatem instantissimè postularunt: eandemq; aliæ cunctæ gentes petieresq; qua permissa, prouinciarum vbiq; Augusto extructa sunt templa. Tradit Cornelius Tacitus lib. 1. dicens: *Templum vt in Colonia Tarraconensi strueretur Augusto, petentibus Hispanis permißum; datumq; in omnes prouincias exemplum*. Apud Sardiniam, prædicto iam loco, insigne tunc illi templum constructum est. Neq; enim Sardorum legati, qui Tarracone Cæsarẽ cæterarum gentium more, dona ferentes, orarent: imò plus pluribus, atq; prius: tum ob Insulæ vicinitatem, cum etiã ob eius maximam antiquitatem: Siquidem Sardinia, extra Italiam omnium, Cæsari, ac & auunculo Iulio, ac vt antea S. P. Q. R. Augusto, fuit prouincia prima: vt ex fidei monimentis antiquæ, retro perhibitis, constat. Verùm & ipse descriptionis edictus in Sardinia potiùs quàm[Iberia dempta] alibi, diluculauit. Eaq; primitias ortæ pacis finitimis gentibus intimauit. Et hæc de Annalium parte isthac.

FINIS PRIMAE PARTIS.



FR. SALVATORIS VITALIS,

DE MYSTICA SARDINIAE FERTILITATE.

EGLOGA I.

Mel. TITYRE frondenti fecornis rupe gigantem
Oftentans ouium, princeps in cornua Lunæ
Tortus, & vnus eris, hec te parit altera tellus
Tityre, qui patulę recubas fub tegmine Quercus
Syluanam choream exerces, ad pafcua damas
Ducis, & ante fequens Amaryllida, Pana canentem,
Montanum afpiras genium, fub marte iugali.
Nos patrios fines, & dulces linquimus auras:
Fugimus hanc patriam, te Tityre patria gaudet:
Cornua flexa rigent, annos trahit afpera Lana.

Tit. O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit:
Hæic dedit ipfa frui, iuga iunia, pafcua læta:
Namq; erit hęc iugiter pecudi, pecoriq; voluptas
Terra, ferax, femperq; virens, & femine fęta,
Diues odoriferis pratis, & vallibus altrix;
Hinc & nofce boues pingues, vt gramina carpant:
Luxurientur aquis querulis fæcunda marito
Vacca: exin foliti redimitos cornua tauros
Romani, tractos pingui de Monte Barati,

Noranisq; iugis, ex vbere Serpellidi,
Sternere cæruleo Regi, magnoq; tonanti
Amphitryonadi, nec non tibi pulcher Apollo:
Tunc Via sacra, decor sacris generosa triumphis
Tum Capitolinæ Calaris mugitibus arces.
Concussæ: tum summa Deûm lasciuia libis:
Nunc Deus ille Deûm nobis, qui hæc otia fecit.

Mel. Vrbem quam dicunt Calarim, Tityrę putarim
Oppidulo nostro similem; ceu Turribus olim:
Sic nos pastores ouium persæpe solemus,
Et canibus catulos similes, & matribus hædos:
Sic arces aulis, sic alta palatia furnis.
Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna Cupressi

Tit. Ecquæ tanta fuit Calarim tibi causa videndi?

Mel. Artis amor fandi, studiumq; venire coegit.
Aula vbi me Rethorum tenuit, docuitq; bienni
Impluuien spatio, sub Mostelline Magistro
Petro: ibi me rapuere chori ad solemnia cantus
Thespiadum facilisq; mihi data fistula ludi:
Quicquid conabar dicere, versus erat.
Ad nos tum gracilis venisti Tityre, vellus
Nullum humeris, dorso curuo; cœlestia donec
Fata tulere tibi candentem Matris honorem,
Ambrosium vellus; tunc exin Tityrus alto
Sydere, magna ausus, modò qualis es, ipse fuisti:
Lætitiam pariunt animo: cor nuntia famæ
Dulce mihi tenuere dies, mensesq; priores.
Te non mirabar? viso te Tityre Quercus,
Ipsos te fontes, ipsa hæc arbusta vocare.

Tit. Diffitear nunquam? vultum, vocemq; recordor,
Et cecini tecum, congressus Marte Latino,
Vici & vicisti: sed nec Victoria laudem
Artis in æua dedit: me post Hispania cælo
Aequauit, sociumq; dedit, qui lumina mundi
Inter clara micat: fulgêntem lampada terris,
Incrementum ingens, firmamentoq; Penatum
Immortale decus, Mercedis præmia nostræ:
Argæum pignus, quem Sanctum Sydus adorat
Prona Valentinum pietas, gratissima votis.
Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces;
Ante Colostrao iunget Marepontus Alosas,
Aut Calaris Thorsum bibet, aut Gallura Thoosum,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

Mel. Fortunate: Deus tibi fortunauerat annos,
Quum te nigranti è Sylua Syluana fugauit
En tua rura manent, Calarinaq; pascua læta
Grex tuus en fruitur: saltum in Monte gemelli

Non

Non insueta graues tentabunt pabula fetas,
Nec mala vicini pecoris contagia lædent:
En Capitolini, quondam queis Lucifer Vrbis
Pastor morte dedit nomen, dant pascua campi:
Florida prata vides, hinc inde virescere semper
Luxores agros, æterno gramine lætos:
Oblectare tuis fatis: ipsisq; potire:
Hic inter Myrteta choros Amaryllidis almæ
Spectabis fœlix: hic inter flumina nota
Et fontes Sacros frigus captabis opacum:
Hinc tibi, qua semper vicino ab limite sepes
Hybleis apibus Florem depasta salicti
Sepe leui somnum suadebit inire susurro:
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras:
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aerea cessabit turtur ab Vlmo.

Contagia hæreticorũ nunquam Sardiniã læsere.

Tit. Florentes campos memora, floresq; recense
Florentes campos, & fulgida prata Smaragdis,
Quæso reduc animo; mentiq; reflecte fodinas,
Atq: Piroporum venas, gemmaria Diuûm.

Mel. Fabor inops fandi parens. Feror arduus antrum
In Sulcitanum (premit altum corde dolorem
Vranæ pietas, ne antiqua piacula mentem
Obsidant, habeantq; aciem, plectrumq: retardent)
Curuo genu Medico Sancto; palmeta cauernæ
Cernuus aspecto, palmisq; iugalibus vrnas
Sacratas, vereorq: Ducem, qui Regis Olympi
Arcibus explicuit, vexillum nobile, Sulcis;
Mauritanum equitem, torque, & calcaribus aureis
Solemnem, Heroem magnum, cui magna potestas
Præstita, cui Triton sistit: mare temperat iras,
Adq: suum nutum venti se in tecta ferentes
Maturare fugam sueti, parere coacti,
Aduersas agitare rates, & mergere ponto.
Quippe super fluctus visus persæpe furenteis
Dorsa premens candentis Equi naualia castra
Profligare: metuq: fugam rapuisse triremes.
Et veneror sacros cineres: inuentaq; nostris
Ossa diebus ibi Antiochi redolentia Mauri
Vestibulum ante ipsum, primisq: in faucibus antri,
Marmoreis Aula titulis, altare sub ipso.
Verum corpus habes ò Græcia, nobilis Afri
Martyris Antiochi: tibi debita talis ab annis,
Ecclesiensis, erat, Sacra vrbs, ea gloria primis
Has quibus ille tuas Garamantum à finibus auras
Aduenit: populisq; tuis alimenta salutis
Palmai, Corniq: tulit. Quàm Lilia pulchra,
Quàmq: rosas vernas fert Sulcitanus agellus:
Hic Rosa Diua parens halat, funditq; vapore

Errantes animas, & læuas aere mentes;
Partum Ichnusai Gnatum. Dehinc pergama bello
Eruta iam longo lustrem, iam mænia Castri
Aequa solo videam; tumulataq; marmora, quondam
Sueta loqui titulis; rerum spectacula fari
Martia facta Virum; sed mittere cogitur agros
Desertos animus: peruisere prata Iacori:
Pignus vtrumq; meum Iacorum,& Iaumæum:
Lampades Ecclesiæ; quæ Sydera pronus adorat.
Cynnama spirantes reueretur cernua tumbas
Alta fide pietas, & munificentia cultus.
Salue magna parens frugum, generosa metallis
Afflua delicijs, opulentaq; & aurea tellus
Vereq; perpetuo felix, Heliconia Tempe.
Vndiq; fert Psyches almæ telluris honores:
Et passim magno Syluano altaria fumant:
Aegerijsq; ferunt passim fragrantia lymphis
Oscula Mæoniæ; resonant magalia cantu
Nocte dieq; salit per roscida pascua taurus
Et pecus atq; pecus tondens pretiosa viroris
Luxuriatur agris, balantes montibus agni
Nonne ea tu felix, quam Dux Astorgius vrbem
Vectigale Deo statuit propriumq; dicauit
Prædium eique pijs adscripsit Manibus hornos
Fructus ipse tuos Princeps? Candentibus armis
Suppetias Venere accincti in prælia terror
Eusebium contra Siculum; fugitq; repentè
Agmina fulgureas altò spirantia flammas,
Trinacres pauidus rediens inglorius oras.
Salue Graia sophos enixa Academia Reges,
Rebus in aduersis Sardoæ gentis Asylum
Musæum Aonidum, arx Palladis, ara Mineruæ,

Astorgius Ecclesiarũ Dux

Tit. Stillat ab ore tuo nectar Melibæe: cucurrit
Dulce voluptatis flumen. Iam montibus vmbræ
Nocte cadente ruunt: mecum tellure quiesce,
Graminea: vel sub tuguri duo culmine somnos
Capiemus Cereale decus, nec munera Regis
Alcinoi desunt, tremebunda coagula lactis
Castaneæ molles, & carnes victus aprinæ:
Dama veru querno: fert nobis copia cornu
Quicquid opus. Dum vicinis Philomela sub vmbris
Argutos edens modulos concentibus auras
Mulcet: plena micat roseo dum Cynthia vultu
Membra sopore quient. Sub prima crepuscula lucis
Arripiemus iter Pupulæ; Noramq; superba
Mole triumphalem quondam, spectabimus vrbem:
Huc nos fata vocant: animos trahit Ephysus alto
Axe tonante poli, sub mæsta silentia noctis,
Insignitus eques Crucis omnipotentibus armis

Ibimus

Ibimus: inuitat Calarita, videre, Potite
Iunus inane tuum plenum virtutis odore,
Ambrosiaq; vomens antiquæ faucibus auras,
Pignoris erepti mittunt spiracula fumos
Et memores reddunt plebes, gemitusq; piales
Cordibus, & lacrymas oculis educere sueta.

EGLOGA II.

Mel. HIC aderas formose puer; tibi lilia plenis
Hic tibi cælestes Nymphę Potite tulere.
Pallenteis Violas, Narcissum, & olentis Anethi,
Iungentes florem: virgo tibi candida Nais
Immortale decus nostrum, fragrantibus ornans
Frondibus, intexens alio tibi gramine suaui
Serta, venustabat, tua circùm tempora Lauros
Aeternum seruans Amaryllis. Corpus honore
Alme Potite manens hac en tellure sepultum',
Secula multa dedit nostris miracula terris.
Heic, tua dum cælo se tollens gloria, famam
Nora, choro plectrisq; dabat, sancti Alites alto
Allapsi pompale melos, pompale canebant
Nocte dieq; decus: roseo galaxia patebat
Tramite Lucifluę turbæ: volitare puellos
Pennatos illa, descendere sæpe videbas
Mausolæa super Diuûm: Sardinia quorum
Flebilis implorat numen venerabile Pisis.
Quàm tum Cadasones Romana potentia molem
Ferre sub astra: suis Romanam iuribus vrbem
Præsignem Calarim, summis educere metis
Feruida! Saluete æternùm, Saluete Penates
Ephyse Martyr aue, cuius cruor ista rigauit
Prata, solum truncus, zenit, caput, hocce piarunt
Cuius palma Crucem gestans in prælia palmam
Disposuit, fera castra, euertere gentem
Illam: queis, animam bellacē, in vulnere, sæua
Natura seruare datum. Calarinia pubes
Marte Potite potens inferni Luridus horror,
Eumenidum furiantum armis adamantinus Atlas,
Cui cœlo charitum Caluiso in littore torrens
Ingruit, atq; animam, specie quę visa columbæ
Pergeret astra via candenti, gurgite mersit

Vnda

Vnda voluptatis, salue inuictissime Martyr?
Progenies Atlantis aue, Potite potitus
Pace, quiete, melo æternis, vbi vere perenni
Fortunata cohors Vitanis pascitur auris;
Sol vbi perpetuò lucet, totumq: per annum
Durat aprica dies, thiasiq; choriq; virorum,
Carminaq;& populis quorum iam nulla cupido.
Cantus vbiq; vigent, resonant prædulcè volucres,
Fert Casiam non culta seges, floretq: per agros
Tellus alma rosis: illic pretiosior ætas:
Aurea progenies habitat: nec mollia desunt
Prata illo Zephyris iugiter melioribus halant,
Perpetui flores, atq: aurea lilia, campo:

Tit. Huius amæna pius duo numina montis adorat
Cætus ab antiquo: non iam tibi pignora, tellus
(Spiritus exuuię, qui iam super ęthere gaudet)
Quippe his orba manes, ô Iberica, dic Melibæe
Xenia quò pretiosa tulit quis, talia nobis
Dona quis eripuit? Vacuas en cernimus vrnas.

Mel. Pisani rapuere, pauor Mauortius orbis,
Sardiniæ rerum domini: dum Rege sub armis
Museto extincto, sub amica silentia noctis
Sacrum onus Imponunt Naui, Corisq: secundis
Deueniunt Arni fauces: Cleroq: paratis
Præsule turrito, coram fulgente corona
Magnatum, populis, & maiestate Senatus
Mole rogatorum, sacratum funus ab vndis
Eductum, cantante choro, mulcentibus auras
Omnigenis fidibus redolente vaporibus ora
Alma in tecta ferunt & Sanctæ Matris eburna
Virginis æde locant: aulam circa illa templi
Forniceam condunt: inclusas murice, & auro
Stellatis vrnis, Ephysi, de more Piorum
Relliquias Danai, Calaritaniq; Potiti,
Custodita feris, munitaq: clauibus Ossa,
Antiquo pro iure tenent, pro iure tuentur.

Corpora SS. Ephisij, & Potiti translata Pisas anno M. 88.

Tit. Magnus erat quondam Pisis florentibus vrbe,
Erga isthęc zelus clarissima lumina mundi,
Potitum, Ephysium: quin, & solemnia, soles
Festa, per octo (solent: olim meliora solebant)
Sueta celebrari, miris illustria signis.
Quorum inter moles, dum Sacræ munia laudis
Matuti na choro soluunt, ex ordine ritus
Pisani feriali inito inuitamine primo;
Regem Martyrum Dominum venite adoremus
Angelus intonuit. Multis quià lapsus ab annis
Festus erat, nullusq; diem natalis ouantem
Vsq: illuc animo tulerat, memor omnis abesse
Visus: abintegrò diuinitus actus ab alto

Aliger

Aliger æthereus, digna ſe voce triumphum
Reſtituit celebrandum hymnis, feſtumq; renatum
(Luce micare tholos, feſtaſq; accendere tedas)
Semper honoratum, ſolenneſq; ordine pompę,
Annua vota pię rediere: altaria donis
Sanctorum cumulata ſuis. Mihi deniq: nondum
Mens quiet, hinc Primas monumenta inſignia rerum
Surda vetuſtarum, contraria ſacta reuoluat.
Surreptos nobis, alto mærore, Penates
Proſequimur lacrymis: non inſula iuris honore
Surripiare: decus manet alta mente repoſtum
Viribus Herculeis, ſumma ratione tueri

Mel. Martyribus noſtris laudes, quas prima canebant
Tempora Piſani faſti, moliſq; ſuperbæ,
Titire tu neſcis; eſto has audire voluptas.

Hymni quos Piſana Eccleſia dum Reſp. illa victorijs aucta floreret, cantare & recitare ſolebat in feſto Sanctorum Martirum. POTITI, ET EPHYSI.

Die 15. Menſis Nouembris.

AD MATVTINVM.

Plaſmator hominis Deus,
Hos preſes Vrbanus reus
Necat: quos hilarat rigor:
Rerum Deus tenax vigor:

O Lux Beata Trinitas,
Fidelium lex, firmitas,
Paſſorum das ob vulnera
Æterna Chriſti munera.

Telluris

TElluris ingens conditor,
Norę locus, fit credita
Horum Sarda prouintia
Summę Deus clementia.

IESV lux vera mentium,
Pisanis sic latentium
Tumbas reuelas, socius
Ales diei nuntius.

TE lucis ante terminum,
Nauta citum Nauigium,
Nurram ducit Sardinia
Splendor paternę gloria.

IAM Christe Sol iustitię
Patres nostrę lętitię
Portant ad tua limina
O gloriosa Domina.

Ad Laudes, & Vesp.

EXultet cœlum laudibus
Resultent Pisa plausibus,
Dentur per hac solemnia
Beata nobis gaudia.

FElix per omnes cardines
Sit festum inter homines
Cordis cantus in carmine
A solis ortus cardine.

IN cœlesti collegio
Sanctorum festat legio
Gaudens quod auget numerum
Rex gloriose Martyrum.

SVmme Deus clementia,
Vasa sunt ij iustitia,
De quibus fit hic mentio
IESV nostra Redemptio.

IESV

IESV Saluator seculi,
Vita Potiti Ephysi
Ducamus cum ijs viuidi
Ad cænam Agni prouidi.

Ad Magnificat Antiph.

PVllulantes flores, vernant in cæleſtibus; prouidi Rectores; nos replent virtutibus, quos Sancti Doctores ijs commendant laudibus: Ephyſus, Potitus dati nobis cælitus, ſint in cunctis actibus noſtris Protectores.

Ad Magn. alia Antiph.

EAmus ad areolas aromatum; reliquias veneremur Sanctorum: veni Piſana Ciuitas, felix tantorum Sanctitas, quam ditat Patronorum; Ephyſi membra poſſides, Potiti quoq; obſides, habes Regis cęlorum; quos Dei Matris menia, ſeruant per quos ſit venia nobis, & fons donorum.

Ad Benedictus Antiph.

IAm roboratur fides Catholica, ac propalatur doctrina cęlica, dum illuſtratur proles Italica, Ephyſus fatur gloriæ cantica: Potito datur vita Deifica; turba malefica, & gens hęretica propulſatur.

Alia ad Benedictus Antiph.

FLores flagrant in Thuſcia, vrbs Piſana neſcia errorum, in odorem curramus: ij ſunt Ephyſus, Potitus eius ſocius, ſequentes Florum Florem; natus

Ephyſus Liſtrię, docetur Antiochię, in fide Chriſtiana: Martir fit ab Ephyſijs, ad nos meant nauigijs de Nurra Turritana.

ORATIO.

PRopitiare, quęſumus Domine, nobis famulis tuis per horum Sanctorum Martyrum tuorum Ephyſi, & Potiti, qui in præſenti requieſcunt Eccleſia, merita glorioſa; vt eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per Dom.

Tit. SImplicitate vetus pietas qua prędita fandi!
Nequicquam Aeſchyleo munus pompale cothurno
Sueta, nec altiſono Diuùm præconia cantu
Vranæ mos ferre piæ.
Sed iam fare: velit, quid nobis innuat illa
De Turritana Nurra?
Numquid Nurram habuit quondā Prouincia Turres?
Talem nemo refert: nunquam dixere priores,
Nullus adhuc memoraſſe Recens patet. Omnia *Noræ*
Mauſolæa locant Ephyſi ſocijq: Potiti:
Turribus vnde Noram (ſeu læſo nomine Nurram)
Antiphona dedit? Non hæc, niſi turribus altis
Callaritana foret munita, fidelia rebus
Verba poteſt antiqua ſuis Piſana tueri
Eccleſia; & nemo defendere poſſet honore
Turritanus eques, Chreiaſtum impubere, cano,
Aduerſùm Clamante choro: prouincia Turris
En Calaris: noſtras Turrena colonia terras
Turribus extruxit, Melibæe.

Turritana dicta eſt etiam Prouincia Calaris; iuxta id qđ Antiph. recitat.

Mel. Miror? apex oleum ſuper imam connatat vndam
Vera ſuper menda. O iam nos hinc Tytire tolli
Fas erit: & *Noræ* tumulata cadauera Diuùm
Plura ſini: quo ſumma dies, fatalis, & ætas
Venerit, vt pateant. Calaris pergamus amænum
Muſęum Angelicum: dant paſcua rore ſalubri
Gemmata arua gregi Calarina: dat area diues
Aedis Apollineæ vernant Capitolia flores
Purpureos, niueoſq; & lilia cęrula campi
Luciflui: decus ambroſium Saturnia tellus
Omne afflat: generoſa parens, gratiſſima Diuùm
Terra ferax, geniale ſolum, geniale viretum:

Ver

Ver pulchrum, vario discrimine picta colorum
Sylua, serenatis fęcunda liquoribus, vber
Fontibus irriguum Arangesum, Pratolinum.
Ecce Caputerræ Sanctorum macta cruore
Ara, Sacrosanctis calefacta vaporibus olim:
En locus ingenter Sanctus, quo Barbara Virgo
Martyrio ceruica dedit, perpessa dolores
Vrbe sua Calari: post hunc manus impia montem
Detulit. illa mori felix gratata, triumphos
Laurigeros duxit, roseo super ętbera curru
Vecta, trophæa tulit. Sed longa obliuio famam
Sustulit, & cultum, lęua sat mente puellæ
Dioscoriadi, cui trina fenestra coronam
Turris inextructæ fabricauit, nomen, & aras
Applicuit. Tua, Martyr, erant altaria, Virgo
Barbara Diua: tibi Synai, Murauera q: templum
Struxerat: atq; tuę sunt omnes ambitus ædes
Callaritanensis: te, Barbara, nostra patrissa,
Nobilitate genus pollens, & sanguine claro,
Omnis auet regio: redeat pictura figuris
Prisca tuis laudisq; tuum pręconia nomen
Nuper in astra ferat; tua thure altaria fument,
Templaq; velentur ramis, & frondibus aureis

La Escapsada.

Tit. Ventum ad Gazarum sedes, vbi nascitur aurum:
Ad Psyches Indę cunas, vbi pascitur aura
Aetherea Syncerus amor, nutriuntur alumnæ
Purpurei mentes Chorę, Moriæq; cruenti:
Ventum ad Coralij patriam, fætosq; Pyropis
Attigimus campos, vbi cęli gratia rorat.
Nobile gemmetum Calaris, lapicina locuples
Iaspidibus roseis, Amethystis, atq; Beryllis,
Sardonychum conchyle, onycum generosa fodina:
Salue cara Deo tellus, Regale theatrum,
Quo mirabilium rerum spectacula soles
Tot videre; Duces, Proceres, tua gloria Reges:
Firmamentum astris, Carbunclis consitus orbis
Salue ò magna Pales; ò magna palæstra Gigantum,
Cæromanistarum, Calares vrbs inclyta salue
Adsit amor votis: mentes, & pectora terror
Mittat habere malis, metanęa piacula soluat.

Mel. Quàm bene, quàm pulchrę Calarinam concinis vrbem:
Vrbem omnes inter supremam: iuribus vrbem
Romanis fruitam, Romanis Legibus auctam,
Moribus instructam, cultu; fascesq; securesq;
Anteferebat ea. Prætor Calar vrbium in vrbe,
Maiestate graui, caput Insulæ, honore colebat.

Tit. Tu quoq:, quando fauet Pimplæa, canoribus orna
Dulcior accessum gratis, Vrbemq; saluta.

Mel. Mille salutaui, atq; vices tot, cornua Diuę

Constrepuere meæ: cecini dum vanus ouarem.
Versus, quos Squirro Sanctorum limine libat,
Qui latuere diu qui iam redire sub auras,
Hos ego deprompsi, quamuis inglorius, alto
Suppressus prælo: nullo dignatus honore.

Scande triumphales Calaris Regina quadrigas
Quas tibi nunc Squirro traxit amore tuus:
Aspice quàm pulchris aulæis fulgidas ornas
Floribus Ambrosijs, Angelicisq; rosis
Sternitur eius humus, qua florentissima tellus
Gignit, olent plausiuo lætitiora Dei:
Lilia, Caltha, rosæ Baccar, Lotos, Hyacintus,
Combretum, Pelion, Thimus, Anetha, Crocus:
Liria, Vacinium, Conuoluolus, Althea, Menta;
Phirema, Ciclaminus, Timbra, Ligustra, Coris,
Nardus, Anemona, Eppithimon, Narcissus, Acanthus,
Christis, & Cyminu, & Sanguinea virens
Cythemis, Aenanthe, Holochrysos, atq; Cherinto,
Lichnis, Amarantus, Casia, Melilotos:
Purpureiq; tori, Setureia, & Crigana, & Alga,
Ostraq; per latus en, currus & aura micant.
Affluat alma dies, qua non felicior vlla
Lætitia magna, gaudia festa chorus.
Nunc tua nobilitas, & magnificentia terris,
Itq; polis altis, terret, & antra Stygis
Ergo incede grauis, duplicem turrita per orbem
Aeternum salue, semper, & ipsa vale.

Alia eiusdem.

Salue Sancte Seraph, cui flammea Romphea dextra est.
Hortum quo nostrum protegis ense vigil:
Callareo florent sancto viridaria campo
Tu colis hos flores; tuq; tueris eos.
Iam tutor omnis abest, non horti lumina custos
Destitues, nullis hostibus ostium erit.
O fortunata gentes, proceresq; potentes
O Illustre Decus, Callaris atq; decor,
Quod tantum meruere virum sub imagine carnis,
Velatum cuius tegmine feruet opus.
Fers caput, & cuspide, feras dextramq; Leonis
Ignivomas acies, hoste tremente paras.
Herculis armigeris, crinitamq; anguibus asper
Medusam extinguis: Dux benedicte vale.
Plusq; Vale, vt valeas altas euertere moles
Altera quæ remanent Corpora Sancta dare.

Hippo-

Item illa,

Hippocrinas, Libetridas, Pimpleas
Pieridas, Castalidas, Ligias,
Heliconas, Aonias, Agnipeas,
Parnasidas, Eratos, Talias. &c.

Nosce tiarate Aonias ò Tityre nostras,
Quas se sustulerint; quali tua pascua cantu
Maluerint Iolæa sequi. Archiuio maiora videnda.
Ecquid opus quærulum? Faxit Rex maximus orbis,
Cara voluntatem referato pectore Mater
Grateris: Proles gratatur præmia Vitę.

EGLOGA III.

Mel. BASYLÆA cohors Hannonieq; phalanges,
Hieremea parens, Itorgia Barazina,
Et chorus Egasidum, tēpus maiora canēdi:
Luxores campi, inuitant Saturnia prata.
Aurea Phębi iam venit carminis ętas;
Regia Solis eras vrbs inclyta, Apollinis aula;
Cuius Aristęus proles te condidit Vrbem,
Incrementum ingens, tectis & mœnibus altis
Amplificans; igitur Phœbei carminis ætas
Aurea iam venit, soles Phębesq; canamus
Cogor apex fatis, hac parte laboris, ad auras
Aspirare magis puras, tenuesq; salubri
Mobilitate: dies facie, vultuq; sereno
De cęlo missoris Mortalibus orta piandis
Accedit fœlix, quo illuxit gloria terris,
Cunctis, ac totum late veneranda per orbem:
Fortunata dies omniq; beatior æuo.
Iam noua progenies cælo demissa superno,
Contra iura poli, nulloq; operante virili
Semine, Virginei fructus dignissimus alui,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Vir Deus Iesus.

Tu

Tu modò nascenti Puero, quo ferrea primum
Desijt, ac toto secum gens aurea mundo
Surrexit, Lucina faue, cole, pectore terræ
Applicito, reuerere Erato. Iam Roma triumphos
Martia Laurigeros spectat; pax fœdera Reges
Iungunt: Imperio totum iam subijcit orbem.
Iam de Cęsareis egressa penatibus altis
Per vada Neptumni sinuosa, per vltima terrę
Limina conscriptis currunt edicta tabellis.

Tit. Tolle caput Calaris, Melibæi carmina templum
Duc ad Apollineum: renoua Capitolia, & aras.
Lætitiasq; Dei, exerce solemnia festo,
Thura fer ad cunam, salue dic millia cantu
Astrigero puero: fer munera, dona Puello.
Adde: Puer, decus hoc æui te consule inibit:
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Tuq; Dei vitam accipies, Diuisq; videbis
Permixtos Heroas, tuq; ipse videberis illis
Pacatumq: reges Patrijs virtutibus orbem.
Hinc tibi prima Puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus
Mixtaq; ridenti Colocasia fundet Acantho,
Callaritana ferent calathis dignissima campi
Ipsa tibi blandos fundet gratissima flores;
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera: non magnos metuent armenta leones
Imò obturabunt ora.
Occidet & serpens, & fallax herba veneni,
Non modò Callarijs, sed cunctis occidet agris
Sardinięq; omnis Syluis genus omne veneni
Serpentisq; aberit, tali Insula peste carebit.
Quàm caruit plus, illa tuo felicior æuo
Tunc erit. Assyrium vulgo nascetur Amomum.
At simul Heroum laudes, & facta parentum
Isacidum rediuiua tuis florentibus annis
Incrementa ferent; laudisq; ingentia cultus
Munera, dona leges: flauescet campus arista
Purpurea tota Calaris regione triones
Alta ferent aratra caput; saltusq; rubescen,
Mella fluent colles, sudabunt roscida montes
Angelli, Geminiq; omnis feret omnia tellus.
Gaudeto Calaris, gaude Sardinia diues;
Nam te felices Auroræ tempore soles
Lustrabunt, lætis festisq; altaria ramis
Velabunt Nymphæ Baratinæ gloria vallis:
Tum florere nouò Saturnia rura videbis,
Et tua tum circùm rorabunt compita cæli.
Tunc æui iunitas annorum candida pubes

Patrum antiqua illis exordia sancta redibunt
Aequo iure omnes, tum sancto fœdere Reges
Conuenient gentes, & erunt mens vna cor vnum,
Gens ignara mali cum simplicitate columbæ;
Tunc Regina Deùm suaui reget omnia pace
Astrea incedet pompa turrita per orbem.
Cara Dei soboles magni Patris incrementum
Aggreditur magnos, quamuis puerilis, honores.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Belle puelle vide, lętentur vt omnia, tempus
præstolentur aues, intexant arbore nidos.

Tit. Quàm raperis Melibæe? Canis confecta futura,
Nonne Puellus amor Iesus præsepia fleuit?
Mellaq; sudarunt Quercus, & montibus altis
Ambrosium nectar fluxit? Quid vana laboras?

Mel. Instat opus melius, codicis pars altera nostri
Exoptata venit; ferimus donaria cunæ;
Nascentis nostris felix Annalibus ætas
Lętitiam peperit: quod, iam nos tędia rerum
Affecere diu leuium, spectacula belli
Horrida: quid mirum iucundæ ætatis ouantes
Historiam celebrem? Valeant.

Tit. Rite: Deo Sacra: Olli victima: pascua, flores
Pastori occurrant, Cultori: Sydera Soli,
Obuia sint thalamo venienti xenia Sponsi
Excipiat miles Regem: Pastoris ad auras
Balatum pecus emittat: gauisus herili
Hinniat aduentu Sonipes: res postulat vltrò.
Glisce tuis Erato modulis, Vrania cantum
Laxa claustra fibris; tu carmina carpe labellis
Dic Melibęe besus: mancosas arte magistra
Flato, Nicola, tuas: dum seruem Tityrus agnos.

Mel. Quæ facium pleno seruatis in vbere nectar
Callaris agros, pascua vitæ, rura salutis
Carpite rubricæ pecudes; balate gemelli
Sistite, hiate metro: vestrùm ad præconia state
Auribus arrectis Pastorum.
Vosq; iugo summo, vani custodia somni
Inscia, ferte animum laudi; spiracula lymphæ
Pandite Cyrrheæ; contextis frondibus æstu
Cantorem vetitate: inducite fontibus vmbras
Ioleides arces, & pergama, fortia castra,
Atericæ vineta, Paludis amæna vireta,
Quă longè latèq; Vrbi spectacula rident,
Inclyta supremum decus, Aristæia rupes,
Et quæ cingis eam totius gloria campi.
Lætitia mecum iactate ad Sydera voces.
Accedas prior Antistes Bonifacius Vrbis,
Sardiniæq; omnis, Petri comes, alter alumnus

Docto-

Doctoris magni Vitæ, morumq; Magistri.
Alipes ore, oculis Pyrois dum naribus ignes
Efflaret, vomeretq; tonans Orco horrida flammas
Aetna per has Cephas aura hæc mœnia Princeps
Lampade Seraphica succenderet, additus alto
Tute ministerio lateri indiuisus; abibas.
Post vbi Regna Dei vexari cæpta tyrannis,
Clarus in æthereæ insigni Capitolia curru
Fortunatus ea duxisti morte triumphum
Quæ tibi Martyrio peperit solatia vitæ,
Aeternos mansura toro fulgente per annos.
Hinc ad læta veni Aemili conuiuia pastor;
Adsis Prime, Sarab Martyr, Presulq; fidelis:
Sibila mitte gregi Pilymeni à vertice montis.
Erumpant speleo vndæ, morbosq; fluentum
Oblatos medicum propulset: & irriget agros.
Improuisum antro currens ad limina flumen.
Exulta Murauera parens, & filia dulcis:
Nostra equidem; leuat vnda malum: si vulnera turgēt,
Experieris opem medicam; quam protinus amnis
Vnda salutaris confert.
Spelunca illa fuit sedes, qua Prime docebas,
Ignaros populos, moresq; fidemq; salubres.
Tempore quo fidos in Sanctos Roma fremebat.
Doctor ibi fuerus clam gentem nocte silenti
Instituens, pastumq; olli, vitale ministrans
Dogma: Liturgiam cogens, fundensq; sacratę
Neophytum fidei prægnantem Numine Lympham
Artubus; ac tandem, vinctis post terga lacertis
Imperio latum Calares, mactare Capenna,
Te cantare decet, sublimi carmine dignum,
Et calamos inflare super tua, Lucifer, astra
Magnalesq; globos, rerumq; immane tuarum
Aequor; vt expuerit, teterrimus Arrius atrum
Faucibus horrendis virus, tu immobilis athlas,
Tu clypeus, thoraxq; trilex, tela aspera contra
Refliteris, dederisq; Patrum virtutis, & artis
Concilio specimen; quando te gloria Sais
Inclyta victorem, decussis vertice cristis
Hostis Auernigeni, pompæ, curruq; triumphi
Vexit in ętherię dignum Capitolia Romę.
Vnde mori nunquam potuit, tua laurea terris,
Nec potuere doli, tantas euertere moles,
Haud nomen delere tuum, nec lędere famam
Tot nimbis, Austrisq; inuerso turbine terror
Aduersarum armis, atramentiq; trisulcis
Millibus; nec iura valent: sententia causas
Æqua verens, Heroa tuum colat ægidis Hippon
Enantem Lethe sancto; nam Lucifer, vmbra,

Nubilus

Nubilus ille vapor Cocytius, horrida Smirnæ
Cimmerijs omnem tenebris inuoluerat orbem:
Numen idem simul esse Deo cum Prole Parenti,
Abnuit: infelix! absorbuit Orca vorago.
Tu Sempiternos alio felicia soles,
Cuncta per æua throno roseasq; si visceris auras
Et nunc ossa nitent, seruant virtutis odorem:
Quasq; fruuntur opes redolentes; meruere videre
Natalem Titana, iubar cum turbine lucis
Mænibus inferri patrias audire salutes,
Arridere lares, gestire per
Hinc læuo exutæ mentes, erroribus orbæ:
Lucifer, astra minora premens, emersit ab alto
Oceano, radijs oras, finesq; serenans.
Propterea Smyrnæ tegitur caligine cælum
Satyrius tanto splendit sub lumine pontus;
Faucibus obstruitur, ne sorbeat flumina gurges.
Salue sancte parens, iterum salue recepti
Sacrati cineres, nequicquam credite Teucro
Ante Palatino clarissima lampas Olympi,
Fax Orthodoxæ fidei: quo belua Nili
Trita mari vasto, triton: submersa per æquor
Concha sonans raucò, decussis cornibus Orco,
Hic iuuenum chorus, ille senum, te carmine laudat,
Fæcundę matres, nurus innuptęq; puellę:
Vt bello hæreticas olim disiecęris arces
Et Stygios angues eliseris: arduus ardor,
Entheus ille vapor, qualem se pectore anhelo
Voluerit, efflaritq; Deum, trinumq; sub vno
Numine Diuino, æterno qui fædere rerum
Temperat ipse vices, infixerit Orthodoxa
Mentibus (alma fides) Vt sub Constantio iniquo
Cæsare mille dolos, & mille pericula passus
Sæua: sub Heretico duros Turbone labores
Pertulerisq; graues odijs Etheropolis vrbe
Hostili pugnas. Qualem te gloria tollens.
Omnipotentis honor, sacro pendente sigillo
Mira potestatis natura horrente gerendi,
AEquarit summis: elinguem Zozima, terror
Parthenopes Antistem (Arri quem deuius error
Torserat humanæ deserto calle salutis)
Reddideris: quàm magna tuæ præconia famę!
Salue vera solæ proles decor addite Diuis:
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo,

Tit. O quàm Dulcè canis Melibæe Palilia, Panas!
Ecquid ego sileam tantis arrectus auenis?
Pascite rubricę, pingues errate per agros:
Nulla lupi formido: meos audite reuersus
Empyrei montis pecudes, aræq; beatæ

Hostia, pondus, honor, pretiosa morte bidentes
Ornamentum astris, patriæ decora alta supernæ
Eximiusq; decor terris; audite Penates
Gestis celeberrime Regis
Miles Gemine Christi:
Adsis quoq; Pompeiane;
Luxori nobilis heros
Oriens lux aurea terris;
Spiracula lucis amænæ
O belle puelle Giselle,
Camerine tenelle gemelle,
En pascua pulcher Adone,
En flumina Nupina vitæ:
Quadriennis Domne decennis
Longine decennis, amores
Vmbracula laurea spirant,
Vmbracula Myrthea fragrant:
Optanti optantibus opta
Celestia: posce Suyna,
Cæcilia Callaritana,
Speciosaq; Ginia Virgo,
O Restitute, fidelis;
O Restituta puella:
O Fortunataq; Martyr
Vrbani Martyris vxor:
Tu Pontiane quis? Alter?
Romanus forte. Quis annos
Scit post treis omnia vecta
A nostris finibus ossa?
Fortassis portio solùm,
Felix tu Buccina, fluctus
Quam circiter vndiq; latrant,
Tanti Patris hospita tellus.
Petrum sanctumq; Sisinum,
Restutam, vertice clauum
Gerentem pronus adoro.
O Martyr Acaie salue
Calaris tu Maxime proles
Aue Illustrissime Martir
Comes Iuliane; theatrum
Erexit patria sacrum
Loco, quo victima Christi
Moriens pretiosa fuisti,
Calaris prope mœnia templum
Tuoq; dicauit honori.
Aliam tibi Petra Phocęa
Cum templo condidit aram.
Tua est victoria Victor;
Vlmorum villa Sarappi

Non

Non est tua patria, non est
Templum Victoris eodem
Vlmeto Parocha sedes
Sita: Victi est, atq; Modesti.
Romanis Horrea quondam
Vlmetum: condere templum
Victo, Sanctoq; modesto
Voluit Romanus alumnus
Calariti montis ameni
Agnorum diues ouile
Generosa bidentibus aula:
Ouium sanctissima caula.
Magni pastoris amores
Quæ vellera lenia membris,
Velamina mollia nudis,
Animarum altaribus ostra,
Pretiosa tapetia templis,
Dedistis gaudia cælis
Et maxima iubila terris
Regionis gloria nostræ
Nostre solatia vallis;

Olim Vlmetum Sancto Vito.

Mel. Quàm Regale melos! Quàm princeps carmen ouantes
Excierit Musas! Ego Numine concitus alto
Pastores, tu pangis oues, & carmine trunco
Obtruncata canis balantum sacra, serena
Ad roseasq; auras, ad lucos lucis opacæ.
Munus adi Melibæe tuum primordia cantus
Ludit auena, reduc. Eusebius arbore pastor
Sub frondente sedet spatiatis vndiq; ramis
Vndiq; odoriferis, pomis pendentibus aureis.
Arbor onusta Deo, plantata in vertice Montis
Purpurei Moriæ, pulcherrima prole salubri.
Qua Bonus insidens pastor, quo territa tellus,
Sibilum oues ad monte vagas emisit ab alta,
Vocem, qua summi tremefacta est Regia luctus,
Mugijt omnis Auerna domus, Cocytia Lerna
Bullijt, ipsa fuit sedes: vbi cura, voluptas
Pastori studiosa gregis. Vercellia famam
Infulæ habet nomen: Calares natalis honorem:
Ortus in vrbe Dei; Procerum de sanguine Diuum:
Diua parens, diuusq; parens, soror & tibi Diua.
Eusebi, lux clara tuæ patriæq; corona
Ichnusæ diadema domus, frontisq; decoræ
Nobile stemma, lato Sydus, comes ora comantem
Luciferi magni sphærami splendoreq; molem
Obsectans. Cunis exordia diua tulisti:
Signa futurorum diuinitus inclyta fulgent,
Dumq; tui manibus te sacra Eusebius vnda
Clauiger æthereus, Christiq; Vicarius vrbe

 Abluit

Abluit in Romę, tenet Aliger vnus in vlnis,
Os humerosq: Deo similis, sub imagine formę
Hun anæ: res magna, ingens mysteria rerum
Indicium tanto referens. Magnalia fand
Natu ræ, dotesq; animi sermone quis æquet?
Haud iam nunc tandem breuis ad fastigia ducam,
Quam de Francisco cecinit quod Auernia Flores
Quibo fari aliud: mea sunt, repetita iuuabunt.

Eusebi

Non magis illustrant sydera clara polum,
Non magis illustrant veris amæna solum
Non magis illustrant stemmata, signa tholum.
Non magis illustrant ensis, & arma Duces,
Non magis illustrant pignora Diua Cruces
Non magis illustrant montis opima nuces.
Non magis illustrant ætheris astra cauum
Non magis illustrant roscida mella fauum
Non magis illustrant plumea vela Pauum.
Non magis illustrant Adria rura Fanum
Non magis illustrant aurea tecta manum
Non magis illustrant portio mentis anum
Non magis illustrant ostra superba Tyrum
Non magis illustrant fulgida mala Pyrum
Non magis illustrat coniugis aura virum.
Non magis illustrant picta tapeta torum,
Non magis illustrat nobilis vrna Porum,
Non magis illustrat vox generosa chorum.
Non magis illustrat Celten Iberus Ebur,
Non magis illustrat Flora Myrica Febur
Non magis illustrat Mæonis Assur, ebur.
Non magis illustrat Ngesius Ara Tagum
Non magis illustrant flexa meandra fagum
Non magis illustrat rus iubar axe vagum
Non magis illustrat prælia miles iber
Non magis illustrat spumeus arua Tyber
Non magis illustrat brachia docta liber.
Non magis illustrant Vogesa rura Mosę
Non magis illustrant verna roseta rosę.
Non magis illustrat viuidus ora color
Non magis illustrat candida littus odor.
Non magis illustrant pascua læta greges
Non magis illustrat Maia rura seges.
Non magis illustrat Muricis ochra lare
Non magis illustrat nocte Diana mare.
Non magis illustrat thuris aroma Sabam

Non magis illustrat fons Euphratis Abam.
Non magis illustrant lilia flumen apud,
Non magis illustrant florida serta caput,

Quàm tu Sardiniam nostras quàm lampade terras
Vercellosq; polos, atq; almæ mænia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo Numine læso
Quidue dolens Regina Cori tot voluere casus
Præsignem pietatem Virum tot ferre labores
Impulerit. Quàm longa forent exordia rerum,
Quàm via, quàm latæ series, ingensq; volumen!
Si memorare velim, quæ dum Vercellius heros
Carperet humanis consors mortalibus auras,
Gessit: onus vastum nostris & viribus impar.
Pone lyras alter pulset, canat alter Apollo;
Cæptam perge viam, laxis Annalia fando
Antiquę Sardoa prosis ætatis; & artis
Palladis, Astrææq; parum hospita Cyrrha chreistis:
Non Sepri mæandra iuuant placuere neq: ollis
Pocula nostra: gradum sistas; Heliconis ab oris
Chronissa, firmaq; pedem: fuge somma Vatum.
Caligabit enim dubij formidine sylua,
Pieridum cantante choro: choreasq; videbis,
Dum quatiunt agiles, fumantem puluere campum
Quæ pandis gestum. Calamos iam temne bipennes.

Musa

Seprus, vulgo flumendosa, sacer Musis, ob littorales, incolas, natos ad carmina.

Mel. Sternit agros Erato florentibus excita ramis,
Ornat humum sertis, insignit amasia currum:
Quàq: triumphalis turritæ sui bine pompæ
Vecta quadriga Deum, palmis laurisq; trophæa
Sacrosancta ferens, venit, exijt obuia Regi.
Cui se se curuant orbes, & cernua parent
Sydera cuncta, suos motusq: viasq: reflectunt
Nutibus eiusdem. Sit Tityrus arbiter Argo.

Tit. Arbitror, æqua magis resonent præconia digna
Quos pangis Melibæe, Ducum: iam sedula mater
Delicias Erato gaudet dare fontis amænas
Cedet Musa choro? Cedat, quum Tracia fastum
Malit mire Lyra: hic orsum pede curritur Austri.

Mel. Sistam? Culpa reum taxauitq: obliuia: quondam
Edideram, rapuere, melos: ingratus obirem.
Ni quantum largitur opus, largitur, & ordo
Prosequar. Huc, Hilari, Calaris certissima proles,
Tuta salus, tutela tuæ secura parentis,
Summus ades pastor vitas qui mille tulisti
Pro grege, pro Rege, & lege, & pro munere sancto
Obiectare animam, caput obiectare periclis
Intrepidus pingues per alacria iugera fęrus
Sedulitate minans, per septem cornua montis
Sacra Palatini, Galesio ditior, agmen

Ru-

Rubricatum Agni immaculati sanguine vellius,
Nocte dieq: vagus pascens, a faucibus orci
Eripiens armenta lupi. Decora inclyta Romæ,
Magnus Apostolicæ domus incrementa iuliti
Rerum opifex ingenium: ingens pietatis imago
Cælituum consors, Diuûm pars optima terris.
Tuq: Symaggis honor Siagni flos Arboris orę
Symmache pręsul aue Sardoæ gloria gentis,
Romana sistens immobilis arce columna.
Iluctibus in medijs concussa furentibus Astris
Allatrante mari, non expugnabilis vnquam
Fixa silex. Altina phalanx, infestus Orion
Prauus Theodoricus, vir perfidus, impius, impes
Marte Fidelissimum contra, sectatus iniquè
Succubuere tibi: tantæ victoria laudis
Eximijs celebrata Viris innotuit orbi.
O Cæli Cæli paradisi clauiger, arcis
Orthodoxæ olim custos, & ianitor, astris
Aequasti famam superis, molemq: tuorum
Hactenus ære ferunt, rediuiuaq: sęcula portant.
Insula magna parens gaude Sardinia Diuûm,
Insula fida Deo semper, nunquam infida tellus.
Lumina bina micant, vultumq: decore coronant
Hi duo Pontifices, ambo solemnibus aris
Addictiq: ambo votis. ô terra benigna
Sacra Deo, benedicta, ferax, vberrima gazis:
Nescia terra mali: tu quippe venefica gignis
Corpora nequicquam: tibi nulla est bellua: serpens
Squameus, aut cristatus agens lethale volumen:
In nullum mouet arma gregem lupus, horridus agnis,
Nec resonant noctu męstis vlulatibus vrbes:
Hic leo non rugit, non se rotat Vrsus arena:
Terra procul monstris, iuga sancta, cacumina lustro
(Seu naturæ Opifex, eadem seu iure piarit)
Fortunata cauo, stagno fæcunda salubri:
Intus aquæ dulces, foris herba, omnisq: voluptas
Armentis, arborq: impar sine semine nata,
Sponte nuces, & sponte sua nascuntur auellę,
Omnigenęq; soli gazæ, telluris amores.
Salue sancta parens enixa tot aurea cælo
Germina. Quot flores agri, tua littora pisces,
Caller habes regione tua tot corpora Diuum
Turritana scates etiam, prouincia felix,
Cælituum exuuijs tumulataq; corpora campis
Olbia quanta tuis iaceant per compita syluis
Explorare ligo posset, cum tempore, dente,
Pastorem Sanctum quo nam celebrare cothurno
Simplicium quirit Nympharum gloria Tormit.

Tomnus locus olbia sic dictus.

EGLO-

EGLOGA IIII.

Tit. SI Canerem Reges, & ouilia mitia vellem;
Aeneidas ouium præferrem Marte gigantum:
Quippe sedet cordi, Teneras in vallibus agnas
Vellera candentes, tergum violata cruore,
Signa ostentantes belli, partiq; triumphi
Igneus vrgerem, ni trunca pecunia prelo
Obstiterit. Laurens Martir Vincentius, illa
Turba Ducum cæli quot sub tellure quiescunt,
Insignita loco; pretiosi marmoris vrnis
Ossa Cathedralis cryptę sub fornice templi
Callaris vrbis, humo stellata, condita Conti
Ni datis ora fuga. Frueris quas aurea tellus
Diuitias cęli, Protus, Ianuarius, Anzcus,
Gauinus, Felix; & cetera Turrica turba
Laudibus affuerint, quando non altera maior
Staret apex premeretq; humeros prouincia rerum.

Mel. Auia quàm cęptis Erato! Fulgentia campis
Iolæis repetes, gemmetaq; laude sequeris.
Maure, Rudis, Vincens, Eliane Beneria Felix
Barbara, Thecla, Agnes, Aquila, Elia, Dorothęa,
Theodosia, Eugenia, Edicti, Catherina, puellæ
Callaris egregię, Benedicta, Nupinaq; lauro
Velate duplici; chorus omnis adeste Penatum,
Este duces nostri, nostras qui sanguine terras
Sacrastis & bitulasq; ipsas pietate rigastis.
Fortunatæ animæ, fortunatęq; solutæ
Compages; fulgore nouæ, vitæq; perennis,
Gloriæ & aspersæ radijs, & odore futuræ,
Carmeli nostri decor, agri gloria Saron:
Sardonices veri, qui tot Mysteria flammis
Pontificis Christi sutę portenditis armis.
Sardonichum virtus mira hæc authore Iosepho.

Lapides autem, quos ferre super humerum prædixi Pontificem, erant Sardoniches; eorum puto naturam amplius omnium, ad humanā notitiam venientium effulgere. Deus ergo

sacri-

sacrificijs cum adesset, alter, qui in dextro humero portabatur, micabat; & ex eo splendor ita exiliebat, vt etiam procul positis appareret. Cum prius hoc lapidi non inesset. Et hoc vtiq: mirabile est, his tamen qui sapientiam, non abiectionem, Diuinorum operũ nanciscuntur Hęc Ioseph. lib. 3. Antiq.

Haud natura dedit procul effulgere lapillum
Hunc: neq; fert natale solum: tulit Enthea vita;
Et cruor effusus pro Christi Regis honore
Inde sub arcanam visi splendescere noctem
(Horticolæ videre faces) Luxoribus orto
Lumine cælesti circùm, fulgentibus agris.
En vos Sardoniches; en Sardonicataq; fulgeț
Regia solis opum Calaris, Romana volupias.
Imus in antiquum Romæ Calagona tempe,
Condensam Diuùm syluam, nemus vndiq; lætum
Et caligantem sacra formidine lucum,
Thuscis fatidicum, Romanis vbera luxus.
Hęic mens ima; acies fixę penetralibus antri;
Materies alto iacet alueo condita Lethes.
Effodiatur humus circùm, lustræq; Basillæ
Omne pauimentum: per saltus compita templum
Omne Ceparassi: Cheremęa Solana, Lurya
Quales ferret opes Mara mater, Egasq; Petrissa?
Serargi, Quartiq; ęquor, littusq; Syarę
Si patefacta forent, quali te Cethina Diuùm
Augerent cumulo! Veniam loca fæta smaragdis
Aethereijs: patriæ lumen Sanctissimus heros
Marensis Martyr Stephanus, cui vertice clauus,
Ingens à summo infixus, super æthere palmam
Contulit, ecce meus: quem dudum pondere terræ,
Aggereq; immenso, dum grex mi creditus olli,
Eripiens, dederam paganis risibus omen.
Aggere Lethæę bellax emersit arenę
Cornu elato Aries, cornu quo tubera toruo
Impetit Aetnæo Poliphemo: annosaq; mater,
Felix morte tui Stephani, stephanitibus altis
Exornata caput, gaudes sua membra videre
Sanguinolenta comis, circumdata tempora lauro.
Vrbs antiqua, potens, & inexpugnabilis armis,
Vrbs antiqua Ducum genitrix, prætiosaq; Diuùm
Fortunata parens Heroum, & magna Gigantum
Regia, Diues opum, argentis proflua tellus,
Callaris Ichnusę princeps, Regina Penatum

Gloria

Gloria:vt immen so quondam splendore Deorum
Sic,meliusq:modò sanctorum prædita mole
Diuitijsq; Dei felicior, omnibus iluis.
Corallis tibi quale saluum scatet æquore toto
Reliquijs tibi tale solum, campania talis
Omnis abundat humus Diuûm prægnantibus agris
Thecis,atq: vrnis, quę sub tellure sacrata
Corpora tot seruant, quot nullo plurima lustra
Reddere posse modo crypte, glomerata sub antris
Prorsus inexhaustis testantur funera, mille;
Ingentem efficiunt aliam super altera murum
Affiæ: & ima iugi tendunt penetralia nexu
Mausolea. Stupor! visu mirabile magnum!
Atua repleta bonis cæli, gazisq: Deorum
Rura referta tua ò Calares vrbs inclyta salue;
Aeternumq: vale, neq: enim te spero videre,
Immeritus visu: indignus, tua gloria molem
Explicet hac ætate mihi: tibi iura rependo;
Debita soluo tibi gratatus munia matri.
Callaris, & palmis, assuetaq: terra triumphis,
Corde tibi commendo meos, commendo pupillos;
Insignis pietate mei obliuiscere nunquam:
A primis aluisti annis, dulcisq: tulisti
Excessus,dignata,meos in flore iuuente:
Parce benigna parens: & nostros excipe cultus:

Exortat Calarim Auctor.

Tit. Pasqua, pastores, pecudes, armentaq: Apollo
Monte ferat læto, quem prima ab origine proles
Magnus Aristæus sacrauit conditor vrbem,
Dedaleæq; nouam largitus mænia molem,
Sublimesq; tholos aduersas Martibus arces.
Ille sequatur oues premat vbera,tondeat vmbra
Iuxta fluenta tegat. Iuuet auscultare Melinum
Frumenti magnum congestoremq; Lyei:
Narrat agros, canit ipse hortos, frugesq; salutat.

Mel. Incipe Musa tuas Chiseria dulciter Ida
Agrestes pulsare lyras,ego dicere versus,
Veridicos, agitare choros; exilis alumna
Exiles incompta sonos, dat; pocula fontes,
Tenuia: fugit oues Lupus, atq; leæna gemellos;
Mala ferunt Quercus, Narcisso floruit Alnus,
Pinguia corticibus sudant electra Myricæ,
Cærtant & Cygnis vlulæ; rapuere columbas
Vnguibus accipitres; agnos pauere Molossi
Montibus in nostris cælorum gratia rorat.
Incipe Musa lyram pulsare,ego dicere versus.
Hic in Sardinia assiduum ver spirat amęnum
Flumina multa gradu placido spatiata per agros
Fæturas, leniq; rigant cum murmure campos.
Incipe Musa lyram pulsare,ego dicere versus.
Venit ab extremis terrarum finibus orbis

Rustice Sard. laudes

Alma Ceres, ferroq; docens inuertere terram
Orisim, nobis qui demonstrauit aratrum,
Tradidit: à quo omnes habuere exordia cultus.
Ecce puer nostris extemplo ruribus alba
Euasit barba, Syluanaq; terruit, vnco
Vomere perculsum dorso, regno expulit orbum.
Hinc Heros Cœę, coluit Iolæia rura
Seuit humum lignis, Calarim dum emunijt vrbem
Planiauit nemus arboreum; ditemq; deinde
Felicemq; sua fecere propagine terram
Fluctibus ambitam Triptolemi arte minores.
Perge Thalia Lyram pulsare, ego dicere versus.
Insula Sardiniæ cunctis pretiosior olim,
Insula Sardiniæ cunctis felicior olim,
Insula Sardiuiæ cunctis fęcundior olim
Insula Sardiniæ cunctis repletior olim,
Insula Sardiniæ cunctis pugnacior olim,
Insula Sardiniæ cunctis illustrior olim.
Perge Thalia lyram pulsare ego dicere versus
Insula Sardiniæ nunc mons Capitalia, Darda:
Insula Sardiniæ nunc Alyba, Cichria, Chrysa:
Insula Sardiniæ nunc Thracia, nunc Erithræa
Insula Sardiniæ nunc Hybla, & Hymetia tota
Insula Sardiniæ nunc Erimantia tellus.
Auris, argentis, armentis, mellibus, apris:
Incipe Clio Lyram pulsare, ego dicere versus
Insula Sardiniæ semper fuit ipsa fidelis
Insula Sardiniæ nunquam fuit ipsa rebellis
Insula Sardiniæ semper fuit intima Romæ
Insula Sardiniæ nunquam fuit hærese læsa.
Pergito Clio Lyram pulsare, ego dicere versus.
Sacræ pes crepidę, simulachrum nobile rerum
Orbita Sardiniæ præferri mysteria mater.
Hęic natura suas ostendit prouida dotes
Ingenijs vtriusq; poli: non Vmbria vastos
Gignere visa boues magis, aut Celadusia tauros
Hinc ad templa Deûm Romano more, triumphos
Candentes duxere patres, quin fluminis vnda
Perfusi Clitumne tui. Non Sardibus ales
Candidior luget cantu per amæna Caystri
Littora. Non plures nutrit Dodona columbas;
Volaterranum non aduolitauit ab alto
Gurgite raucus agrum sub tempestate palumbus,
Densior, in nostris quàm visus in agmina campis.
Sardiniæ Cerealis honor quàm tollitur astris?
Non Eleusis ita. An fructus Atlantis opaci?
An fruges, quas ille celebrat carmicen heros
Humana speciem planta se magna figurat
Insula, Sardiniam veteres dixere coloni
Diues ager frugum. *Claudianus.*

An

An fucos memorem madefactaq; vellera succis?
Purpuream quondam Romana potentia molem
Sępius è nostris textam, sutamq: tulisse
Sardois campis extat, monumenta Priorum
Hanc perhibent antiqua fidem. Calagonia circùm
Diuersos herbis producunt arua colores.

Tinctura Sardiniæ pro cruentatione. Nam insula maxima est Sardinia, vicina Italiæ: in qua nascuntur purpuræ præstãtes, et acutissima. Suidas in hist. interpresq; ipsius Hieronymus Vulfius.

Terra cruenta rubet, Sanctorum sanguine tincta:
Tinctura gignat, mirum? Ferat ostra quid ingens
Murice terra satur cœli?. Sardinia sedes
Inclyta Martyribus Diuinum prætulit omen
Natura parente: ferax dum cuna, trionum
Non ope, non cultu manus, arte, ac semine nullis
Talia sponte sua dedit, indefessa ministrat
Pergito Clio Lyram pulsare, ego dicere versus.
Vbertate viget canabis, liniq: Sabini:
Iuniperis Sepharath, Laurisq: potitur Olympi:
Diuersis alti gaudent (iuga consita) montes
Arboribus, densis cliuis nascuntur oliua
Sponte sua: Syluas oleæ, passimq: videres
Rura iugosa pyris, & lignis consita Teucris.
Vtriq: Hesperiæ inde pluunt Sicyon's aluię.
Omnes genus pecudum, & pecorum, venatile, campi:
Caseus hinc melior quondam quem Vestina, Luna,
Trebula quem laudant: hinc omnis gratia terræ,
Copia, & omnis humi gaza, omnis gloria belli
Vrbibus erumpit cunctis illustribus, Vrbi.
Quid Phaethontis equos, validæ quid fulmina pugnæ
Dicam, spem Martis Tartesi? Miles in armis
Strenuus ęqua fide statuat, firmetq: tuendo.
Incipe Calliope pulsare ego dicere versus.
Est in Sardinia assidui constantia veris:
Est in Sardinia longæua colentibus ętas:
Est in Sardinia procera, & gens robusta:
Est in Sardinia tota castissima pubes:
Est in Sardinia scortum diobolare sepultum:
Est in Sardinia præpostera nulla libido
Est in Sardinia contraria fæmina vino:
Est in Sardinia innuptæ execrabile vinum
Est in Sardinia hebdomada ter inesca Marię:
Est in Sardinia huic Mars, Mercur, Sabbata votum:
Est in Sardinia Sardus, sine milite liber:
Est in Sardinia armorum genus omne: fit illic:

Est in Sardinia naturæ incognita moles:
Est in Sardinia lapidum generosa scatebra,
Est in Sardinia pretiosa fodina Berilli,
Est in Sardinia felix Amethistica vena:
Est in Sardinia argenti mons diues & auri;
Est in Sardinia mare gemmis, terra lapillis,
Est in Sardinia mare piscibus, arida gazis;
Est in Sardinia tellus circumflua frugum;
Est in Sardinia tellus circumflua, capris;
Est in Sardinia tellus circumflua equorum;
Est in Sardinia tellus circumflua equarum;
Est in Sardinia Leporum circumflua tellus,
Est in Sardinia totum hoc sine iuribus vllis;
Est in Sardinia generosus origine sanguis,
Est in Sardinia genus altum à gente Gothorum,
Est in Sardinia Latium genus vnde Latinum;
Est in Sardinia virtus Romana superstes,
Est in Sardinia radix antiqua Mineruę;
Est in Sardinia radius fulgoris Athenæ;
Est in Sardinia Græcum, Latiumq; idioma,
Est in Sardinia linguæ inclyta vita Latinæ,
Est in Sardinia totum hoc nulla arte magistri:
Est in Sardinia circumdata turribus ora,
Est in Sardinia assiduum cum Mammete bellum,
Est in Sardinia cum Mauris fæmina bellax;
Est in Sardinia qui funem turbine torquet,
Est in Sardinia qui fune ita corripit hostem,
Est in Sardinia qui raptat fune Califfam,
Est in Sardinia, qui ab equo laquearia torquet,
Est in Sardinia, qui arreptum strangulat Alim;
Est in Sardinia, sonipes qui fulminat ignes,
Est in Sardinia sonipes qui dissipat ore:
Est in Sardinia Diuinus in ordine cultus;
Est in Sardinia Romanus in ordine ritus
Est in Sardinia Sanctorum copia diues;
Est in Sardinia pinguedo soliq; poliq;
Incipe Melpomene pulsare, ego dicere versus
Sirenuitate viget Sardoa potentia Martis
Quàm viget! Ante sile mea tibia facta Priorum;
Quæ fama monumenta Patrum sub sydera tollunt,
Hic age quæ fuerit naualis gloria belli;
Austricus ęterno quam princeps nactus ouantem
Aere manet cunctis obiectum nobile linguis;
Quòd, si quæ fuerit, tempus fari abnuat exul;
Fare, quibus fuerit tantę victoria laudis
Præcipuis, arte, & studijs, & robore parta.
Naualis belli victoria, gentis Ichnusę
Pars fuit illustris, pars extitit amplior olli.
Regia namq; Ducis; primaria Principis Austri
Militibus fuerat Sardis armata triremis:

Argu-

Argumentum ingens, quantùm Sardinia fida,
Quamq; Deo, Regiq; suo sit cara, fidelis.
Fabula, quod faris Musa? Verum: ardua fando
Gestá quid Elyrem? Neq; enim mendacia tali
Auderem egregio codici miscere poeta.
Hispanos habeo testes, mihi sufficit vnus,
Conditor historiæ, cunctis veracior Auctor.

En la galera de su Alteza iuan 400. arcabuzeros, sacados del Tercio de Cerdeña, los quales estauan à cargo del Maestro de campo, don Lope de Figueroa: allende de muchos Caualleros valerosos que en ella iuan. Prosequitur Historiam Auctor, Sardorumq; laudem clarius innuit, ita inquiens. *La Real empero de España, en la qual consistia todo el bien, o mal de la batalla, auia passado grandes tormentas: porque enuestida de muchas galeras, y no de las peores, mataron en ella muchos buenos soldados, y Caualleros: pero el fuerte de Figueroa, que era el Maestro de Campo del Tercio de Cerdeña, à quien el mas rezio del mundo en aquella sazon no pudiera detener, contra todo se presenta: y alli fieramente les assalta, y aun à las almas dentro dellos. El venzido Ali quando la muerte viò presente à sus ojos alçò la boz, y con mortal dolor assi dixo. O Caracossa (Caracossa (que fue el que dio relacion de la armada Catolica) traydor à tu Señor y nacion, vendedor de tu sangre, no plega à Mahoma, que pues tu falssa informacion, y enemigo consejo es causa de nuestra perdicion y daño del gran Señor, que escapes la vida: sino que con ella y con otra cosa que mas estimes, si quiça la tienes, pauges cruelmente tu maldad y traycion. Poco viuio mas el aquexado Turco de quanto esto tardò à dezir, porque deshecho todo su reparo, y presa su persona le fue cortada la cabeça, abatidos los estandartes, y la galera sugeta à la Catolica insignia, por donde su Alteza mandò poner en ella vn Crucifixo, y acordò con el señor Comendador Mayor que luego en aquellas galeras sus vezinas, con*

Strenuitate Sardorũ militum nauali bellì victoria acquisita fuit.

altas

altas voZes llamassen Victoria, Victoria. Hęc Hieronymus de Castiol. lib. 2. cap. 18. & c. 19.

Disce, quid Herculeum genus ausis prælia, possit
Fulgureis agitans, Iolcius indeq; miles
Nosce quid ostenti referat, quid laudis in armis:
Incipe Terpsicore pulsare, ego dicere versus.
Mara parens frugum Cereris per Compita votis
Erectas cumulans aras, frumenta ministrat
Hordea, olus pingue, & vitis prætiosus horno
Fert in amore decus, tellus primaria sancti
Ante Baroniæ signana Michelis opimæ
Fert ea vexillum. Quartus, Regalia iura,
Regia Villa ferax, quo non pręstantius vllum,
Vini: sed panis candore, sapore, venusta
Arte, laborati Mæandris, floribus, astris,
Non modò Sardiniam, Hesperias, terrasq; iacentes
Verùm & totum orbem cellit; non altera compar
Olli sub Sole. Egosynum, numerosa colonis,
Dilatata magis, Cidi, atq; per ilia Corę,
Nectare vitigeno, contextis vimine, fœno,
Armentis, gregibusq; fenum, iuuenumq; trophæis
Pollet, & incolumi cælo; quæ, paruulus olim
Vicus, Apellarum sedes, nunc aurea tellus,
Nunc locuples, generosa soli bonitate salubris,
Canicieq; fenum forma iuuenumq; venusta.
Serarges, Quartillus, Egas, & Pyrra, Palusq;
Queis late Calaris Campania consita terris
Pompalem se se alma refert, felicia magno
Incrementa ferunt cultu, spectacula Castro.
At non Vina Palus Maluatica: pinguia, nigra
Dat potiùs, panesq; vdes, & coctile saxum.
Cætera Campani tractus bona cuncta ministrant
Oppida: Serarges intexit arundine fissa
Horrea. Quartus habet formosas Regia proles
Pręstantesq: parit Synai pompofa puellas.
Figula se testis Traigueræ Decimus æquat;
Sarrubus edit opes mùltas, Farnacia vina,
Candida lina, fauos, canabes mirosq; pepones:
Et siccas vuas, ficus, & amigdala vendit.
Ante fores ollis infestus gloria clamor
Magna suum, glandesq; legi, festisq: diebus
Escas ferre sui de montibus agmine facto
O quoties ægre tulimus! Quàm ferrea virgas
Nec potuisse dolet. Gignit Sarabina poetas
Atq: poetissas regio, quoq: strenua bello
Corpora. Morbosa Vlmetum, supera Orria sospes:
Exhalat fumos languentes Putea cliuo,
Cui lethale malum, prolixa venefica barba.

Stagna

Stagna Coloſtrai piſcoſa, vberrima fœtu
Omnigeno: Sepri Cephalos habet alueus amnis
Ingenteis pingueſq: Luis infectus acerbis
Exanimes ripę prodit: ſed pęna triremis
Arcet aquas miſcere Lua: arbor lactea monte
Naſcitur. Anguillæ, ſuffectis arboris vndis
Lactigeræ ramis, Sardo more, Truyſcu,
Dictæ, mox animam ſpirant, & littore ſiſtunt:
Gignit equos validos. Suſalęa pedeſtribus Euris
Compactos, curſum fremitos, ad bella frementes:
Sardiniæ montana greges, aluearia, vaſtos
Nutrit; adeps olli, frumenti exilis aceruus:
Molis arundo grauis nodoſaq: naſcitur, aptæ
Organa conflari. Quæ Punica mala colorat!
Quos alit ambroſios Cydros Aeneia tellus!
Troianumq: forum, quę Panis munera ponti
Annua credit aquis Tyrreni, terga ſuumque;
Rara Talanæos Eluina ſat aſpera montes
Stryſailoſq: parens colit: affluit intima quernis
Barbaries epulis: oneratq: Iliaſtria naues
Omnigenis pecorum, & pecudum trans æquora gazis.
An Gallura mari cedit? Vectat magis omnis ab illa
Nautica lactis opes, & opus mirabile Lunæ,
Nobile figmentum, niueumq: ex vberę nectar
Preſſum dulcè boum. Sorium quid ſtrenua bello?
Liber amat colles: Maluaticus inde Lyæus
Solennes carpit frondes, & tempora laurat.
Angellinus ager? Non eſt præſtanior alter
Caulibus egregijs: hortorum ſumma voluptas,
Fontibus irriguis animos, & corpora luxu
Allicit: ille ſibi terrę deſpondit amores:
Ille omnes telluris opes, cæliq: ſalubres
Diuitias traxit, quem purpura Martia cultu
Inſignit: pharetram Gorgon Regina per orbem
Illum geſtat: humumq: rigat, quo profluit, imbre.
* Pergito Terpſicore pulſare ego dicere verſus.
Hic rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina, nec miſeros fallunt Aconita legentes,
Nec rapit immenſos orbes per humum, neq: tanto
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Hic draco non ſerpit, torquet nec ſibila cauda
Hinc procul omnis abeſt rabies truculenta luporum;
Vrſa hic non vncat: fortunatiſſima tellus?
Pontificum mater, Sanctorum patria felix.
Mitis ouis tondente ſilens paſtore ſub ipſo:
Capra fugax nunquam, clamoribus irrita nunquam,
Sardonichata gemella, Sacrato Sãguine Diuûm
Agna decora, nitens oſtro; tua colla corollis
Florigeris ornata ſonant per compita mundi
Tintinnis aureis: Paſtoris amaſia Sancti
Qui poſuit vitam pro ouibus: dedit, omne cruorem

Conamen

Conamen vitale, potens tot millia gutta
Ille vna saluare orbes, mundosq; piare.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem
Tot congesta manu congestis oppida saxis.
Fluminaq; herbosos subter currentia campos.
Adde lacus tantos: Marponti ò maxime tanto
Mugitu, sub te reboantis gurgite tauri
Qualem te te omnem, quali te gloria Tarri
Mole refers! Quanti piscaria tellus
Penderis Arborea? O quanto strepit ore Milisa
Laus tua; odoriferis spatia inclyta consita syluis.
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis, auro quoq; Cethinæ fluxit
Hæc: genus acre Virum: Syluas, pubemq: Cetrillam,
Melones, Requesens, Seruelonesq: furenteis,
Mauortesq; Loes, Casteluinosq; feroces,
Molinas acres, & nobilitate potentes
Sardos equites plures, quos lurida Lethe
Sorbuit: & famam tenebris Parca abdidit atris.
Iam Salue Regina maris, circumflua tellus.
Hesperiæ vtriusq; vber. Tu ianua, clauis.
Galliæ, Iberię; murus, qui Regna tueris,
Anteq; murale: o Salue cantata palæstra
Orbis athletarum Romani cara Senatus
Custodita pupilla: procos tua pergama Reges
Quot meruere? Tuam norit mea gloria prolem:
Æternum salue Sardinia clara triumphis;
Æternumq; vale Sardinia, Pallas, & Atlas.
Sistito Terpsicore pulsare, ego dicere versus.

Tit. Melinus versus Mellitos edidit; agros
Si caneret late: Satis est; iam pascua, campi
Rore madefacti, Cyrræo nectare tellus.
Ecquid ego? Delapsa rotet ne turris ad Vmbras
Fonat humi, Coreq: locet iam vertice summo
Tytirus, attrita moriatur veste, iugalis
Paupertatis opes nactus, diademate Matrem
Florigera cingat, radijs fulgentibus ornet,
Victorensem illum Squiuellum imitatus, & altam
Qua Diuum res amplexus, fastigia rerum
Auigit, hanc teneat mentem, quam Sorgona Carthæ
Strenua continuit. Valeant mea culmina pingues
Suscipiant fętus, tumefactaq: rore salubri
Hæc iuga dent germen: cœli dominentur amores:
Tellurisq: volup cedat, sic Tytirus optat;
Sardiniæ rerum fęlix gradus; omnia sospes
Confoueat fortuna secunda, hoc Tytirus optat
Ergo cincta maris vallo Sardinia, princeps.
Insula, Tyrrhenum quam pronum protulit æquor.
Mille per ęua vale, pretiosum,& nobile Regnum.

LAVS DEO.